






P. PAPINI STATI

THEBAIS ET ACHILLEIS

CVM

SCHOLIIS

RECENSVIT

OTTO MVELLER



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXX

P. PAPINI STATI

THEBAIS ET ACHILLEIS

CVM

SCHOLIIS

RECENSVIT

OTTO MVELLER

VOL. I


THEBAIDOS LIBRI I—VI



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXX



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

FRIDERICO · HOFMANNO

AVCTOR

D · D · L · M

PRAEFATIO.

De Thebaidos atque Achilleidos propagatione inde ab ipsius poetae temporibus per scholas labentis antiquitatis mediique aevi continuata, de codicum origine aetate dignitate, de historia, ut ita dicam, interpolationis, quam carmina sunt perpessa, de omnibus his rebus seorsum quam accuratissime potero eo libro disserere constitui, cui Janum Vertumnumque nondum spectanti nomen non tam ad editionis tempus quam ad editorum consuetudinem conveniens Prolegomena imponere placuit. itaque primum hoc tripertiti operis volumen qui cognitione ante dignabuntur, quam illud in manibus habere potuerint, et gratum eis et satis facturus esse mihi videor, si nudae breviataeque tabulae loco, qua sigla codicumque notae solent exponi, paucis demonstrabo vel potius indicabo, quae auxilia quibus rationibus quaque lege constituendae huic quidem Thebaidos recensioni sint adhibita. neque enim ab aliis adhuc, quicumque ad eandem rem sunt adgressi, neque a me ipso, cum novem abhinc annis subita occasione oblata Quaestiones Statianas promulgavi, via munita vel monstrata est ea, qua certo pede procedatur. illud autem iam tum recte intellexeram, totam variae lectionis farraginem, quae dispersa reperitur per libros scriptos et impressos, e stirpe provenisse duplici; nondum tamen perspexeram (nec potui expers tum praesidiorum hodie

mihi suppeditantium), id quod Prolegomenis posthac demonstrandum interim tamquam demonstratum praecipere visum est: duas Thebaidos recensiones iam ante scholiastae tempora inter se discrepantes extitisse.

Singula utriusque generis exempla sicut dubium non est quin ex communi litterarum ruina erepta sint atque servata, ita prospera fortuna factum est, ut duas effigies inde expressas et suo quamque archetypo simillimas oculis cernere nobis hodie quoque liceat.

Codex Puteaneus *(P)*

Unius imaginem exhibet codex olim Corbeiensis, qui deinde cessit Claudio Puteano, nunc Parisiis adservatur in bibliotheca imperiali numero 8051 insignitus, in hac editione notatur littera *P*. antiquam eius originem cum alia testantur tum subscriptio, quae legitur in fine quarti Thebaidos libri: CODEX IVLIANI V(*iri*) C(*larissimi*), testantur Servius ac Priscianus, qui lectionis varietates quasdam confirmant unius codicis Puteanei proprias. quod autem mihi constat, priorem hanc Thebaidos recensionem Statii scholiastae incognitam fuisse nec medii aevi scholasticis totam patuisse, ea re fides eius augetur tantoque puriorem antiquae lectionis fontem eum putabimus.

Codex Bambergensis *(B)*

Alterius recensionis item Prisciano, ut videtur, compertae, qua duce usus est vetus Thebaidos commentator, paene principem dicere possis librum Bambergensem N. IV. 11, quem significo littera *B*. tam certum et integrum se praebuit mihi secundi generis testem, nec integrior, opinor, umquam reperietur.

Vulgata medii aevi lectio *(M)*. **prior eius species**

Si quis tertium quoddam varietatis genus vel plura a duobus illis diversa antiquitus tradita esse existimet, errare eum persuasum habeo. omnes enim codices per Britanniam Galliam Germaniam Italiam divulgati, qui ante saeculum XII scripti sunt, ne eo quidem excepto, qui Bambergensem aetate superare dicitur Roffensis, asseclae sunt Bambergensis vel

potius simillimi libri nescio cuius, ita tamen a Bambergensi discrepantis, ut, cum hic tamquam speculo reddat commune utrique exemplum, ille passim et correctiones sine exemplo factas et lectionis varietates receperit Puteanei codicis proprias, quas in archetypi marginibus interque versuum ordines fuisse additas ex ipso Bambergensi cognoscitur.

Vulgatae medii aevi lectionis posterior species

Deinde saeculo XII vel XIII ex codice *P*, qui per longum tempus latuisse videtur, sive ex aliquo libro eius propinquo denuo haurire coeperunt. itaque factum est, ut, quae antea codicis *P* varietates in aliis libris certo nimirum numero conclusae apparent, eis tum auctis atque insuper saepe per coniecturam suppletis, novus quidam mixti generis ordo oreretur. at rivos inde manantes longius hic persequi non attinet; facile poterunt, qui variae lectionis aliquam partem perlustraverint. qua in re ut recte hac editione utantur, eos admonitos velim, lectiones codicum *P* et *B* singillatim proponi cum suis quasque signis, ceterorum non ubique singillatim. sed si totus ceterorum grex vel plurimi inter se consentiunt, talem consensum significare soleo littera *M*; sin autem sunt, qui ab illa societate discrepent, eorum codicum varietates propriis siglis notatae, prout res postulat, aut seorsum collocantur aut cum uno ex ducibus *PB* coniunguntur. littera *M* igitur repraesentat lectionem fere constantem per totum medii aevi spatium, quam dicere possumus illorum temporum vulgatam.

Singuli codices praeter Puteaneum (*P*) et Bambergensem (*B*) quam accuratissime describuntur hi:

r codex regius musei Britannici 15 CX, qui olim fuit claustri Roffensis. varias eius lectiones collatas a Bentleio supplevi in Addendis (vide p. 284)

b codex Bernensis 156, cuius variam lectionem primum volumen exhibet in Addendis

f codex olim Frisingensis 196, qui nunc est in bibliotheca Monacensi signatus numero 6396

c codex Cassellanus

π codex Cantabrigiensis qui est collegii sancti Petri, ex collatione Bentleii

δ codex ex bibliotheca collegii Emanuelis Cantabrigiae, item collatus a Bentleio. eiusdem libri collationem adhibui suppeditatam ex legato Jacobi Perizonii

φ fragmentum Cantabrigiense, quod pertinet ad partem octavi et noni Thebaidos libri, a Bentleio collatum

Accedunt passim commemorati hi:

γ codex bibliothecae publicae Cantabrigiensis, ex quo pauca notavit Bentleius

p codex Parisiensis 8052

codices musei Britannici:

regii 15 A. XXI, 15 A. XXIX, *Burneiani* 257 et 258, *Harleiani* 2463. 2474. 2498.

ab aliis viris doctis explorati:

Beh. 1. 2.	duo codices Adriani Behottii, quorum varietates supplevi in Addendis (vide p. 284)	
Busl.	liber Louaniensis Buslidiani collegii	quos Bernartius adhibuit in editione Statii (Antverpiae 1595)
Lang.	codex Caroli Langii	
Laur.	Leodiensis liber bibliothecae S. Laurentii	
Lips.	codex Lipsii	
Dan.	liber Petri Danielis	Lindenbrogio suppeditati ad Statii editionem (Parisiis 1600)
Pet.	liber Pauli Petavii	
Taur.	codex Taurinensis, cuius variae lectionis pars proponitur in Observationum Miscellanearum volumine I et II	
Par.	(Parisienses) 8053. 8054	ad fidem editionis Lipsiensis anni 1854
Colb.	Parisiensis 8055, olim Colbertinus	
Gud.	(Gudiani) 52. 54. 146	
Rehd.	Vratislaviensis ex bibliotheca Rehdigerana	
Rom.	editio Romana I anni 1475	

Venett.	editiones Venetae
Aldd.	editiones Aldinae
m	lectio vel unius libri peioris notae vel paucorum vel silentio propagata a prioribus ad recentiores editiones

Libros, qui nullis scribendi compendiis in varia lectione signantur, non opus est enumerare; neque excusare opus est, quod Barthii mendacia, quibus omnes fefellit, et hic et in variae lectionis corpore silentio praetermitto. at nolo hoc loco tacere Bentleii de editione merita, cuius egregias correctiones, una cum varia codicum lectione in marginibus exempli Gevartiani (Lugduni Batavorum 1616) ipsius manu adnotatas, plurimas in textum recipere non dubitavi, item Johannis Schraderi, cuius emendationes selectas Hauptius vir clarissimus primum publicavit in actis academiae Berolinensis mense Decembri anni 1861. praeterea quamvis exiguum suscepto operi subsidium adiunxit bibliotheca regia Berolinensis; usus enim sum, quae ibi adservantur ex Santeni legato, excerptis Nicolai Heinsii (ms. Diez. B. Sant. 81) et emendationibus Joannis Peyraredi ineditis (ms. Diez. B. Sant. 117). at multo maiorem et luculentiorem fructum ad nostri quoque laboris aliquam laudem existimo redundare de exemplo quodam editionis Bipontinae, quod hodie servatur Berolini in apparatu archaeologico universitatis litterariae. istius libri margines variis temporibus varioque stilo eadem praetexit manus haut parva notarum emendationumque copia. quae cuius viri ab ingenio manaverit, indicat titulus in prima libri plagula scriptus hic: Car. Lachmann Brunsvic., Gottingae a. d. XI m. Jun. MDCCCXI. et nisi titulus atque manus auctorem monstraret, cognosceremus ipsis adnotationibus. tam sunt dignae divina hominis divinatione plurimae, quamquam partem ab iuvene scriptam esse constat; tantumque abest ut metuam, ne impie et intemperanter ego fecisse arguar, quod omnes fere depinxi (omissis

tamen eis, quas ipse Lachmannus deleverat), ut contra plerique nostris praesertim temporibus, quibus, quidquid subito effluxit ex animis, scrinia odit atque in musea et annales solet festinare, magnopere miraturi esse mihi videantur, quod ille dum vivebat insignes suas Statii curas ipse maluit occultari.

Haec fere sunt, quae ad perpoliendam Thebaidem adhibui auxilia, plura, quam quibus opus erat. etenim de dignitate codicum *P* et *B* si cui recte supra disputavisse videbor, idem aliquo iure ita tamen adversabitur, ut, cum sic res se habeat, nimia variae lectionis mole editionem esse oneratam dicat. at aliis quoque satisfacere studui, qui, nisi tota, quae quidem adhuc est eruta, silva ante oculos proponetur, minus facile adduci poterunt ut credant. deinde haut sane inutile est, uniuscuiusque interpolationis editionibus nostris hereditate relictae ad initia tamquam gradibus descendere. denique medii aevi scholastici passim coniectura verum invenerunt, nisi forte, quod non plane negaverim, pervenit ad illos traditum ex eius codicis marginibus, a quo omnes praeter Bambergensem et Puteaneum ortos esse supra dixi, Bambergensi nescio cuius consimilis. eius modi tamen parva sunt ac perpauca.

Quae cum ita sint, perraro animum induxi neglecta codicum *PB* auctoritate alius libri lectionem admittere. illis autem duobus, quae sunt et esse debebant, editionis fundamentis ita sum usus, ut comparatis inter se et conciliatis eis prius exemplum restituere conarer aut primum, quoad sive per me sive per alios fieri posset. itaque (quandoquidem placet a rebus gravioribus incipere), cum ex utroque codice vel uno apparuerat aliquos versus non fuisse in eo exemplo, a quo communem uterque originem ducit, contempto ceterorum consensu tales versus litteris cursivis exprimi et uncis [ ] includi iussi. quae non cursivis litteris scripta eodem uncorum genere discernuntur, ea antiquioris etiam temporis mihi visa sunt figmenta; versus autem ab uno vel paucis recentioris

notae codicibus profectos ad marginem reieci inferiorem. sic igitur tres manus interpolatrices notavi. negotium minus non minoris laboris erat, sicubi singulorum varietas verborum in codicibus *PB* reperiebatur talis, ut tertium aliquid inde effici nec posset nec oporteret, alteram utram eligere, nimirum examinando, quid poetae ingenio dictionique magis esset conveniens. ceterum cum in hac tum in omnibus rebus certiorem ducem codex Puteaneus se mihi praebere solebat, quam Bambergensis, cui plures inhaerent scholarum offuciae atque sordes.

Transeo ad minutias orthographiae, quae tamen quanto leviores olim sunt visae, tanto accuratius hodie explorentur necesse est. quamobrem diligentia qua oportebat summa eiusmodi varietates codicum *PB* omnes descripsi in varia lectione; erasas litteras quarum vestigia supersunt punctis expressi, quae cerni nequeunt, eas pro numero una vel pluribus lineis indicavi sic: / // /// ////. haec tamen fere praetermisi: æ, ę = ae, ũ = um, q. = que, om̄ſ = omnes. in ipso contextu uniuscuiusque verbi scribendi rationem recepi eam, quam non singulis locis sed per totum carmen codicum *PB* consensu confirmatam repperi.

Id unum denique addo, Achilleidos versus primo hoc operis volumine eis quibus adhuc solent numeris notari, sed in ipsa Achilleidos editione primarios numeros alios esse futuros. ut enim taceam carminis a poeta ad finem non perducti distributionem illam quinquepertitatem, quam habent multi libri scripti olimque retinebant impressi, ne eam quidem esse antiquam constat, quae hodie in editionibus reperitur. sed primus liber concludatur oportebit versu, qui nunc est libri II 286. ita enim recte in solo codice Puteaneo carmen dispositum esse testantur Priscianus inst. VII 12, 65 (grammaticorum Latinorum vol. II p. 342, 5) et Eutyches art. II 6 (vol. V p. 475, 13). hic Achilleidos versus, qui nunc sunt

libri II 224 et 225, refert ad librum primum, ille item versum, qui nunc dicitur libri II 120. paenitebit igitur Hertzium et Keilium, viros clarissimos, numeros veros utroque loco traditos mutasse et ad Statii editiones accommodavisse, quae quam corrupta fide essent omnes, si nihil maius potui, certe illud demonstravisse iam mihi videor.

Scribebam Berolini mense Februario anni MDCCCLXX.

P. PAPINI STATI

THEBAIS

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER PRIMUS

Fraternas acies alternaque regna profanis
decertata odiis sontesque evolvere Thebas,
Pierius menti calor incidit. unde iubetis
ire, deae? gentisne canam primordia dirae,
Sidonios raptus et inexorabile pactum
legis Agenoreae scrutantemque aequora Cadmum?
longa retro series, trepidum si Martis operti
agricolam infandis condentem proelia sulcis
expediam penitusque sequar, quo carmine muris
iusserit Amphion Tyrios accedere montes,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS I. 1 'Fraternas . . . profanis' Servius pr. ad Verg. Aen. 3 'Pierius menti calor incidit' Ennodius carm. II 66 8 cf. Propertius IIII 11, 9 sq. Colchis . . . armigera proelia sevit humo 9 sq. 'quo carmine . . . montes' Acron ad Horat. carm. III 11, 1. cf. Silv. III 1, 16 sq. Tyrione haec moenia plectro an Getica venere lyra?

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS I. STATII POETAE LIBER THEBA|ID PRIMVS INCIPIT ·:· *P* INEP · LIB · I · STATII · PA|PINII · SVRSULI · THEBAIDOS *(quam inscriptionem sequitur vita Statii) B* PAPINII · SURSULI · STATII ThEBAIDOS · | INCIPIT LIBER PRIMUS *(vita Statii praescripta est) r* PUB: PAPINY STATY THEBAIDOS LIBRI XII · | Incip. lib. I'. Statii. pampinii. ſurſuli. thebaydoſ. *c* || *nullum exhibent titulum f p* 1 *cf. v.* 184 2 ſontiſque *r ed. Rom.* 3 Pyeriuſ *B* 5 raptoſ *P* 6 ſcrutantenq. ęquora *B* || cathmum *c (ut fere semper)* 10 amphyon *P* || Tyriiſ δ *Gronovius, Lachmannus. sed cf. Theb.* I 181 *et Vergilius Aen.* XI 131 '*saxaque subvectare umeris Troiana iuvabit.*' || attendere *Palat. quartus Gruteri*

unde graves ·irae cognata in moenia Baccho,
quod saevae Iunonis opus, cui sumpserit arcus
infelix Athamas, cur non expaverit ingens
Ionium socio casura Palaemone mater.
atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi
praeteriisse sinam; limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus, quando Itala nondum
signa nec Arctoos ausim spirare triumphos,
bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum,
et coniurato deiectos vertice Dacos,
aut defensa prius vix pubescentibus annis
bella Iovis, tuque ut, Latiae decus addite famae,
quem nova mature subeuntem exorsa parentis
aeternum sibi Roma cupit, licet artior omnis
limes agat stellas et te plaga lucida caeli,
Pleiadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

20 cf. Vergilius Georg. II 497 aut coniurato descendens Dacus ab Histro

---

VARIA LECTIO.

11 irę cognota *P* || bacho *Bcf* 12 ſeuae *c* || cur *Beh.* || arcum c^2 *p Rehd.*, *septem mss. Gruteri* 14 palemone *Pc* 15 ideo B^3 c^1 (*man.* 2 *corr. in* adeo) *pm* 18 arcthooſ *Bfr* || ſperare (ſpectare *π codex Burmanni a manu pr.*) *PBM* spirare *Bentleius*, *Marklandus ad Silv.* I 4, 91 '*f.* spirare. *sic et Heinsius ap. Burm. ad Prop.* II 12, 53 *cf. Horat. carm.* IIII 3, 24' *Lachmannus* 19 raenum *c* || Iſtrum *m edd.* 22 bella Iovi *Lachmannus coll. Horat. carm.* I 17, 3. *sed item dixit Statius Silv.* I 1, 79 '*tu bella Iovis, tu proelia Rheni . . . longo Marte domas*' *et similiter Theb.* I 487 '*Cleonaei proelia monstri*' *Ach.* II 337 '*formae certamina*' *Ach.* II 405 '*proelia silvarum*'. *de re cf. Martialis epigr.* IX 101, 14, *Tacitus hist.* III 71 *et* 74, *Suetonius Domitianus* 1 || tĕque o latiae *P* tuque o latiae *BM edd.* teque o Latiae *Gronovius.* '*puto* tuque ut Latiae: *et ut tu*, *quomodo tu maneas hominum contentus habenis*' *Lachmannus* 23 maturi *PBMedd.* mature *Lachmannus* 24 illaſ (supra scr. omneſ) *P* omniſ *Brfc Beh.*, *Dan.*, *edd. veteres* omneſ *pm* 26 boraeeq. *B* || iulci *Bc* || *vv.* 25 *et* 26 *inverso ordine exhibet γ*

sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
imprimat aut magni cedat tibi Iuppiter aequa
parte poli, maneas hominum contentus habenis,
undarum terraeque potens, et sidera dones.
tempus erit, cum laurigero tua fortior oestro
facta canam; nunc tendo chelyn satis arma referre
Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis,
nec furiis post fata modum, flammasque rebellis
seditione rogi tumulisque carentia regum
funera et egestas alternis mortibus urbes,
caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce,
et Thetis arentis adsuetum stringere ripas
horruit ingenti venientem Ismenon acervo.
quem prius heroum, Clio, dabis? inmodicum irae
Tydea? laurigeri subitos an vatis hiatus?
urget et hostilem propellens caedibus amnem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

28 sq. 'ipse ... imprimat' Scriptt. rer. mythic. lat. III 8, 10 30 sq. cf. Ovid. Trist. VII 51 sic habites terras, sic te desideret aether, sic ad pacta tibi sidera tardus eas. Silv. I 1, 105 sq. certus ames terras et quae tibi templa dicamus ipse colas, nec te caeli iuvet aula. Silv. IIII 2, 59 sq. rata numina miseris astris, templaque des habitesque domos. Silv. IIII 2, 22 V 1, 241 36 sq. 'tumulisque ... funera' scholiasta Theb. IIII 641 38 'caerula ... Dirce' Acron ad Hor. carm. IIII 2, 25

VARIA LECTIO.

28 late *Schraderus*, *Lachmannus* 29 magna (*corr. in* magni) *c*
31 sidera dones] *i. e. tuos astris inferas. cf. Martial.* IX 101,
l. laurigero
22 *Silv.* I 1, 95 *sq.* IIII 2, 59 32 pieri otua *P* Pierio *Colbertinus*, *Harl.* 2474, *Laur.*, *Palatinus primus Gruteri* 33 nunc tendo chelyn. satis arma referre *edd.* tento *Gronovius et Lachmannus. distinctionem sustulit Bentleius. cf. Theb.* VIII 374 34 exiciale *Bc* excidiale *Barthius* 35 fa/ta *B* || rebellis *Br* rebelles *PM*

36 sedicione *B* 37 egest/s *P* (a supra) || mortibus] gresibus *γ* 38 quam *P* (u supra)
39 Tethys et *Lachmannus. sed uide adn. Hauptii ad C. I. L.* III 1894 || arentis adsuetum *Bf* assuetum arentis *c* arentes assuetum *PM*
40 hismenon *f* ismenin *δ* 41 ire *ryδ* 43 urget (urguet *r*) et hostile propellens caedibus agmen *rf unus Beh.*, *unus Lindenbrogii* cedibus *Prc*

turbidus Hippomedon plorandaque bella protervi
Arcados atque alto Capaneus horrore canendus.
Impia iam merita scrutatus lumina dextra
merserat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes longaque animam sub morte tenebat.
illum indulgentem tenebris imaeque recessu
sedis inaspectos caelo radiisque penates
servantem tamen adsiduis circumvolat alis
saeva dies animi, scelerumque in pectore dirae.
tunc vacuos orbes, crudum ac miserabile vitae
supplicium, ostentat caelo manibusque cruentis
pulsat inane solum saevaque ita voce precatur:
'Di, sontes animas angustaque Tartara poenis
qui regitis, tuque umbrifero Styx livida fundo,
quam video, multumque mihi consueta vocari
adnue, Tisiphone, perversaque vota secunda,
si bene quid merui, si me de matre cadentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

45 'atque alio . . . canendus' scholiasta Theb. VIII 374 48 'longaque . . . nocte trahebat' scholiasta Theb. XI 582 51 cf. Horatius Satir. II 1, 58 seu mors atris circumvolat alis 55 cf. Hom. Il. I 568 sq. *πολλὰ δε καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία κικλήσκουσ' Ἀίδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν* 58 cf. Sophocles Oed. tyr. 419 *βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον* 60 'si . . . merui' scholiasta Theb. I 56 et schol. Lucan. VI 706. cf. Vergilius Aen. IIII 317 si bene quid de te merui; Claudianus in Rufinum I 92 quem prima meo de matre cadentem suscepi gremio

---

VARIA LECTIO.

45 archadiſ (*corr. man. sec. in* archadoſ) *c* || alio *PBM scholiasta, edd.* '*f.* alto horrore, *ut* dolor altus *Verg. Aen.* I 269' *Lachmannus. cf. Theb.* VI 499 || horrere *r* || *Inter vv.* 45 *et* 46 *leguntur in c haec* : Explicit. prologuſ. papii. Pampinii. Statii. thebaidoſ. Incipit. liber. primuſ. 47 dampnatum *Bc* 48 Oedippodeſ *P* || ſub morte tenebat *P reg. musei Britannici* 15 *A* XXI, 15 *A* XXIX, *Burn.* 257, *Harl.* 2463 ſub nocte tenebat (terebat *r* trahebat *scholiasta ad Theb.* XI 582 *py*) *BM*; *cf. Theb.* IIII 614 XI 696 49 imeque *c* 53 tum *Pδ* 54 oſtendit *π* 55 Palpat *P*; *cf. Theb.* IIII 477 || profatur *δ Harl.* 2474 56 Dii *Pc* || animoſ *r* 59 annue *BM* || tiſiſone *P* theſyphone *c* theſiphone *f*

fovisti gremio et traiectum vulnere plantas
firmasti, si stagna peti Cirrhaea bicorni
interfusa iugo, possem cum degere falso
contentus Polybo, trifidaeque in Phocidos arto
longaevum implicui regem secuique trementis
ora senis, dum quaero patrem, si Sphingos iniquae
callidus ambages te praemonstrante resolvi,
si dulcis furias et lamentabile matris
conubium gavisus ini noctemque nefandam
saepe tuli natosque tibi, scis ipsa, paravi,
mox avidus poenae digitis caedentibus ultro
incubui miseraque oculos in matre reliqui.
exaudi, si digna precor quaeque ipsa furenti
subiceres. orbum visu regnisque parentem
non regere aut dictis maerentem flectere adorti,
quos genui quocumque toro; quin ecce superbi
(pro dolor!) et nostro iamdudum funere reges

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

62 'si ... bicorni' scholiasta Theb. VII 347 64 sq. 'trifidaeque ... regem' scholiasta Theb. VII 344 71 cf. Seneca Oedip. 961 sqq. gemuit, et dirum fremens manus in ora torsit, at contra truces oculi steterunt et suam intenti manum ultro insequuntur, vulneri occurrunt suo, scrutatur avidus manibus uncis lumina 74 'orbum ... parentem' schol. Theb. I 56

VARIA LECTIO.

61 genio (*corr. in* gremio) *f* || et *om. f* 62 cyrrhea *P* cyrre[a] *B* cirrea *rc* cyrea *f* 63 iug[o]/ *P* || poſſim *Brcf* || [d]tegere *f* 64 polipo *B* || trifideque *c* || focidoſ *P* || arto[ce] *P* artu (*corr. in* arto *et manu alia in marg. additum* arvo) *c* arce *pm* 66 quero *c* 67 temet monſtrante (*man. al. corr. in* te praemonſtrante) *c* 68 dulciſ *Bf Beh.* dulceſ *PM* 69 inii *Ppm edd.* 70 tibi scis] tibi ut ſciſ *c*

71 au[1]de[v]nſ *P* || poene *PB* penae *c* || cedentibuſ *Pf Barthius* 72 in matre] in morte *Ioannes Peyraredus*, in mente *coll. Theb.* IIII 542 *Bentleius* 74 carentem *Pc²r²γ Taur.*, *Lang.*, *Laur.*, *duo mss. Lindenbrogii* 75 *cf. Ach.* II 317 v. 76 *Taur. postponit versui* 77 || ecce] arce *codex Burmanni* v. 77 *non agnoscit Barthius probante Lachmanno. cf. Theb.* IIII 614 || iamdudum in funere *P* in funere *Rehd.*

insultant tenebris gemitusque odere paternos.
hisne etiam funestus ego? et videt ista deorum
ignavus genitor? tu saltem debita vindex
huc ades et totos in poenam ordire nepotes.
indue quod madidum tabo diadema cruentis
unguibus arripui, votisque instincta paternis
i media in fratres, generis consortia ferro
dissiliant. da, Tartarei regina barathri,
quod cupiam vidisse nefas, nec tarda sequetur
mens iuvenum; modo, diva, veni, mea pignora nosces.'
  Talia dicenti crudelis diva severos
advertit vultus. inamoenum forte sedebat
Cocyton iuxta, resolutaque vertice crines
lambere sulpureas permiserat anguibus undas.
ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris
tristibus exiluit ripis. discedit inane
vulgus et occursus dominae pavet. illa per umbras
et caligantes animarum examine campos
Taenariae limen petit inremeabile portae.
  Sensit adesse dies, piceo Nox obvia nimbo
lucentes turbavit equos. procul arduus Atlans

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

81 'et ... nepotes' Servius ad Verg. Aen. I 186

VARIA LECTIO.

80 tum (m *eras.*) *c* 81 *iunge* totos in nepotes poenam ordire 82 maditum *r* 83 abripui *P Harl.* 2498 abrupi (abrupt / *erasa in fine littera* ſ *c*) *BM edd. veteres* arripui *Par.* 8053, *Gudianus* 52 *et* 146, *codex Burmanni in margine*, *unus Beh.* 84 conſorcia *B*
85 '*multi* dissiciant *legunt*' *scholiasta* diſſiciant *Lipsii liber* || baratri *PBM* 86 ſequitur (i *corr. in* e) *B* 87 modo digna ueni *PBM edd.* modo, diva, veni *scripsi. an legendum sic*: modo digna veni mea pignora nosse 88 dicenti] iactanti *m ex Verg. Aen.* I 102 IX 621
90 iu^{x}/ta *P* 91 ſulpureaſ *B* ſulphureaſ *PM* || permiſerit *δ* 92 auſtriſ *B*¹ (ł aſtriſ *B in marg.*) *rf* 94 occurſum *γ*² 95 ex agmine *π*
96 Te^{r}naraeae *B* Tenareae *c* Tenareę *f* 97 *cf. Theb.* X 146 || obſita *γ* 98 *cf. Theb.* XI 589 || athla/ſ *P* atlaſ (athlaſ *cf*) *BM*

horruit et dubia caelum cervice remisit.
arripit extemplo Maleae de valle resurgens
notum iter ad Thebas, neque enim velocior ullas
itque reditque vias cognatave Tartara mavult.
centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
turba minor diri capitis; sedet intus abactis
ferrea lux oculis, qualis per nubila Phoebes
Atracia rubet arte labor; suffusa veneno
tenditur ac sanie gliscit cutis; igneus atro
ore vapor, quo longa sitis morbique famesque
et populis mors una venit; riget horrida tergo
palla, et caerulei redeunt in pectora nodi.
Atropos hos atque ipsa novat Proserpina cultus.
tunc geminas quatit ira manus, haec igne rogali
fulgurat, haec vivo manus aera verberat hydro.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

102 cf. Verg. Aen. VI 122 itque reditque viam totiens 104 sq. 'sedet . . . oculis' schol. Theb. XI 584 109 sq. 'riget . . . palla' tamquam Vergilii schol. Theb. III 264 apud Lindenbrogium, om. schol. Bamberg.

VARIA LECTIO.

100 extimplo *cδ* exe(t)mplo *f* 102 *cf. Theb.* VIII 49 || cognataque P*γ* *scholiasta* 103 (t)ſanteſ *P* || uibrabant *γ* 104 turba minax *Lachmannus coll. Theb.* IIII 95 *sqq.* || capitiſ diri *π* || *cf. Theb.* XI 584
105 phobeſ *P* phebeſ *c* 106 Attracia *P* At/racia *B* Alratia *r* || labor] color p^2f^2 (*in ras.*) *γ*; *cf. Theb.* VI 685 *sqq.* 108 irc *c*
109 mors una] mors multa *Peyraredus. sed cf. Theb.* VIII 267
110 cerulei *Pc* || pectore *γm edd. veteres* r. h. t. pallaque, caeruleique sedent in pectore nodi *Barthius* 112 tum *δm edd.* || ira manus] ira minaſ ł manuſ *B* uſque (~~ira~~ ł illa manus) manuſ *c* ira minaſ *r* igne (*in marg.* illa) manuſ *π* ira (ł illa) minaſ *cod. Cantabrig. S. Ioannis* illa manuſ *δm edd.* 'illa minans *vel* minax' *anonymus in miscellaneis observatt.*, ira minax *Heinsius* (*Advers.* I *cap.* 5 *p.* 53), ira minans *vel* minax *Gronovius* || hec *P* 113 hec *P* || tunc g. q. illa manus, h. i. r. fulgurat, haec vivo vacuum aera verberat hydro *Barthius. cf. Theb.* X 110 *sq.* || vivo] diro *Burn.* 257

Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron
occurrit caelo, fera sibila crine virenti
congeminat, signum terris, unde omnis Achaei
ora maris late Pelopeaque regna resultant.
audiit et medius caeli Parnasos et asper
Eurotas, dubiamque iugo fragor impulit Oeten
in latus, et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.
ipsa suum genetrix curvo delphine vagantem
abripuit frenis gremioque Palaemona pressit.
Atque ea Cadmeo praeceps ubi culmine primum
constitit adsuetaque infecit nube penates,
protinus attonitae fratrum sub pectore mentes
gentilisque animos subiit furor aegraque laetis
invidia atque parens odii metus, inde regendi
saevus amor, ruptaeque vices iurisque secundi
ambitus impatiens, et summo dulcius unum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

114 sqq. cf. Verg. Aen. VII 511 sqq. at saeva e speculis tempus dea nancta nocendi ardua tecta petit stabuli et de culmine summo pastorale canit signum cornuque recurvo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne contremuit nemus et silvae insonuere profundae; audiit et Triviae longe lacus; audiit amnis sulfurea Nar albus aqua fontesque Velini, et trepidae matres pressere ad pectora natos 119 cf. Verg. Aen. I 81 montem impulit in latus 122 'pressitque Palaemona mater' Servius ad Verg. Aen. VII 516 128 sq. cf. Lucanus I 124 impatiensque loci fortuna secundi 129 sq. 'summo . . . regnis' schol. Lucani I 92 nulla fides regni sociis, omnisque potestas inpatiens consortis erit

---

VARIA LECTIO.

114 abrubta *f* || citheron *PB* cytheron *c* 116 congeminant *unus Lindenbrogii* || achei *Pc* 117 pelopeia regna *p* Pelopeiaque regna *m edd.* 118 parnaſſoſ *P* parna/ſoſ *B* parnaſuſ *M* 119 dubiumque *codices Burmanni* 120 ui/ (x *supra*) *P* || iſmoſ *r* iſtmoſ *f* || *cf. Theb.* IIII 62 121 genitrix *M* 122 abripuit *PBc* arripuit (aripuit *f*) *M edd.* || palemona *PBc* palaemola *r* preſſitque Palaemona mater *Servius* 123 cathmeo *c* || culmine] uertice *Taur.* limine *m edd.* 125 adtoniti *P* attoniti *BM* ardenti (*supra scr.* attoniti) *π* || mentes] motuſ *PBM edd.* attonitae f. s. p. mentes *Lachmannus. cf. Theb.* II 410 *sq.* 126 gentilisque *P* gentileſque *BM. cf. Theb.* VI 151 *sq.* || furor] fragor *f* || egraque *c* 128 raptaeque *γ* 129 impacienſ *B* inpatienſ *r* inpacienſ *f* || dulciſ (u *supra*) *f*

stare loco, sociisque comes discordia regnis.
sic ubi delectos per torva armenta iuvencos
agricola imposito sociare adfectat aratro,
illi indignantes, quis nondum vomere multo
ardua nodosos cervix descendit in armos,
in diversa trahunt atque aequis vincula laxant
viribus et vario confundunt limite sulcos.
haud secus indomitos praeceps discordia fratres
asperat. alterni placuit sub legibus anni
exilio mutare ducem. sic iure maligno
fortunam transire iubent, ut sceptra tenentem
foedere praecipiti semper novus angeret heres.
haec inter fratres pietas erat, haec mora pugnae
sola nec in regem perduratura secundum.
et nondum crasso laquearia fulta metallo,
montibus aut alte Grais effulta nitebant
atria, congestos satis explicitura clientis.
non impacatis regum advigilantia somnis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

145 cf. Silv. III 1, 5 Graisque effulta metallis culmina

VARIA LECTIO.

130 regni *Gronovius. sed cf. Ovid. Met.* V 378 *sq.* '*at tu pro socio, si qua est ea gratia, regno iunge deam patruo*' 131 deiectoſ *π* || tota *γ* 135 equiſ *P* et iniquis *Wakefieldus* (*silv. crit. p.* IIII *p.* 59)

136 uano *γ* 137 haut *c* 141 precipiti *B* || her^{e}oſ *c*
144 fulua *PBc*^{1}*pπδ* fulta *fc*^{2} *γm Pet., Taur., Beh., unus Burmanni, membranae Pirckhaimeri, Barthius, Gronovius, Handius.* culta *Gebhardus. cf. Theb.* III 326 XI 398 *Claudianus bell. Get.* 223 '*fultaque despiciens auro laquearia dives*' *Avienus descript. terrae* 376 '*templa Sinopaei Iovis adstant nixa columnis, divite saxorum circumvestita metallo, auro fulta gravi, niveo radiantia dente*', *et apud Lucanum* X 113 *boni codices praebent:* '*fulcit gemma toros et iaspide fulta supellex*' 145 late *Pet., edd. vett.* || suffulta *Lindenbrogius*
146 clientiſ *Bf* clienteſ *PM* 147 non] nondum *Rehd., edd. Venetae, Gebhardus* (*Crepund.* 3, 4), *traductum e v.* 144 || inpacatiſ *Brcf* || aut uigilantia *δ*

pila, nec alterna ferri statione gementes
excubiae, nec cura mero committere gemmas
atque aurum violare cibis; sed nuda potestas
armavit fratres, pugna est de paupere regno.
dumque uter angustae squalentia iugera Dirces
verteret aut Tyrii solio non altus ovaret
exulis ambigitur, periit ius fasque bonumque,
et vitae mortisque pudor. quo tenditis iras,
a, miseri? quid si peteretur crimine tanto
limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
cardine, quem portu vergens prospectat Hibero,
quasque procul terras obliquo sidere tangit
avius aut Borea gelidas madidive tepentes
igne Noti? quid si Phrygiae Tyriaeque sub unum
convectentur opes? loca dira arcesque nefandae
suffecere odio, furiisque inmanibus emptum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

149 sqq. 'necdum cura ... regno' schol. Lucan. I 96 152 sq' 'dumque ... verteret' schol. Theb. II 433 164 sq. 'iam ... honos. schol. Theb. I 312

VARIA LECTIO.

148 ferri] fieri *Harl.* 2463 'ferri *verb. pass.*' *Bentleius* 149 necdum cura *scholiasta Lucani* 150 poteſteſ *r* 152 dirçe *f* 154 perit *P* || bonumqu/e *B* 155 quo tenditis iras] irae *Lachmannus. sed cf. Theb.* IX 238 156 ah (ha *unus Lindenbrogii*) *M* || peterentur *π* 157 polo *P* || qu/em *B* || folç miſſuſ *B* ſol menſuruſ *f unus Beh.* ſol demiſſuſ *Taur.* ſol emerſuſ *N. Heinsius ad Ovid. Fast.* III 399 '*ex veteri codice*' 158 porta ... Ibera *coniecerunt Gruterus, Gronovius, Heinsius coll. Theb.* X 1 160 Aut notuſ aut boree *P*

161 Igne noti · non (t quid) ſi frygiae tyriaeq. (*spatio relicto inter* non *et* ſi) *P* phrygiae tyriaeue (phrigie *B* frigie *f* tyriae prygiaeue *p* frigie tirieque (ue) *δ* phrygiae tyriaeque *cod. Burmanni et Cantabrigiensis S. Ioannis*) *BM.* igne] imbre *Schraderus. sed cf. Theb.* VII 224
162 convertentur *m edd. vett.* converrentur *Fr. Modius et Gruterus* ſubuectentur *π* || arceſqu/e *B* 163 ſufficere *P* || odiiſ *δ* || furiiſ (*cum* que *ab alia manu addito*) *c* furtisque *edd. inde ab Amstelodamensi a.* 1624 || inmanibuſ *Bfr* immanibuſ *PM* || e(m)·ptum *P* emptum (emptum est *m edd.*) *BM*

Oedipodae sedisse loco. iam sorte cadebat
dilatus Polynicis honos. quis tunc tibi, saeve,
quis fuit ille dies, vacua cum solus in aula
respiceres ius omne tuum cunctosque minores,
et nusquam par stare caput? iam murmura serpunt
plebis Echioniae, tacitumque a principe vulgus
dissidet, et, qui mos populis, venturus amatur.
  Atque aliquis, cui mens humili laesisse veneno
summa nec impositos umquam cervice volenti
ferre duces, 'hancne Ogygiis' ait 'aspera rebus
fata tulere vicem? totiens mutare timendos
alternoque iugo dubitantia subdere colla?
partiti versant populorum fata manuque
fortunam fecere levem. semperne vicissim
exulibus servire dabor? tibi, summe deorum
terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
sedit? an inde vetus Thebis extenditur omen,
ex quo Sidonii nequiquam blanda iuvenci

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

165 sq. cf. Silv. I 2, 209 'quis tibi tunc . . . dies' 173 sq. 'Ogygiis . . . vicem' schol. Theb. II 85

VARIA LECTIO.

164 loco] toro *Schraderus* || carebat *PBM* cadebat *Bernartius ex manuscriptis Lipsii et Busl.*, *Lindenbrogius, Barthius.* '*Opinor* iam sorte cadebat dilatus Polynicis honos. *sorte ducta in annum sequentem differebatur honor regius Polynicis. post Eteoclis annum elapsum demum carebat sorte dilatus Polynicis honos; nunc vero de anno primo loquitur. scribe igitur* cadebat. *sors ita tulit ut Polynicis honor differretur' Lachmannus. cf. Vergilius Georg.* IIII 165 '*sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti*' 165 poliniciſ *Bc* || honor *p* || tunc *Ppδ* tum *BM* || ſeuae *Pc* ſaeuae *r* ſoeue *f* || *cf. Theb.* VIII 162 XII 698 167 reſſpicereſ *f* || cunctoſqu/e *B* 168 nu[f]mquam *P* 169 tacitumqu/e *B* 171 leſiſſe *Bc* || *cf. Theb.* II 16 172 inpoſitoſ. *Br* || unquam *f* 174 tocienſ *B* 175 ſubtere (*littera* t *corr. in* d *atramento pallidiore*) *f* 176 manuquae *B* 178 *sq. cf. Theb.* III 488 179 sociis] caecis *Gruterus* 181 Sidonii] Sidonius *Lachmannus coll. Theb.* III 300. *sed cf. Theb.* I 10 || nequi[c]quam *B*

pondera Carpathio iussus sale quaerere Cadmus
exul Hyanteos invenit regna per agros,
fraternasque acies fetae telluris hiatus
augurium seros dimisit ad usque nepotes?
cernis, ut erectum torva sub fronte minetur
saevior adsurgens dempto consorte potestas.
quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu!
hicne umquam privatus erit? tamen ille precanti
mitis et adfatu bonus et patientior aequi.
quid mirum? non solus erat. nos vilis in omnis
prompta manus casus, domino cuicumque parati.
qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
vela trahunt, nutat mediae fortuna carinae,
(heu dubio suspensa metu tolerandaque nullis
aspera sors populis!) hic imperat, ille minatur.'
  At Iovis imperiis rapidi super atria caeli
lectus concilio divum convenerat ordo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

185 cf. Lucanus IIII 549 sqq. sic semine Cadmi emicuit Dircaea cohors ceciditque suorum vulneribus dirum Thebanis fratribus omen 191 cf. Silv. II 2, 129 sqq. nos, vilis turba, caducis deservire bonis semperque optare parati spargimur in casus. Vergilius Aen. XI 372 nos animae viles 193 cf. Silius X 323 nubifer Eurus

---

VARIA LECTIO.

182 carpatio *P* carphacio *B* carphatio (*cum* h *expuncta ab al. manu*) *c* || querere *Bc* || '*iunge* nequiquam iussus' *Lachmannus* 183 h^{y}anteoſ *f* 184 Fraternaſ (*om.* que) *γ*. *cf. Theb.* I 1 || fęte *B* || hiatu *PBM edd.* hiatus *Lachmannus. cf. Theb.* VIII 19 185 augurum *B* 186 sub fronte] ceruice *cod. Anglicanus Heinsii* 187 ſeuior *c* || affurgenſ *M* || daempto *B* d^{z}empto *c* || consorte] $^{con.}$ſorte *B* 189 unquam *f* 190 effatu *Bf*[1] affatu *M* || pacientior *B* 191 omneſ *M* 194 traunt *B* || maediae *B* 195 ſuſpecta *π* || 'populi nulli, *qui nihil*, *pro nihilo*, *nullius auctoritatis sunt. sic* respublica nulla est *Cic. off.* I 11,6 (*ubi v. Heusing.*) II 1, 8' *Lachmannus* 196 m^{s}orſ P 197 imperii (*sed ultimam* i *prima manus correxit in* o) *P* imperio (*sic Theb.* II 20 VII 77) *Rehd.*, *edd. vett.* imperiiſ *BM. cf. Theb.* VI 376 X 2 || atria] ardua *Taur.* 198 laetuſ *f unus Beh.*

interiore polo. spatiis hinc omnia iuxta,
primaeque occiduaeque domus et fusa sub omni
terra atque unda die; mediis sese arduus infert
ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
stellantique locat solio; nec protinus ausi
caelicolae, veniam donec pater ipse sedendi
tranquilla iubet esse manu. mox turba vagorum
semideum et summis cognati nubibus amnes
et compressa metu servantes murmura venti
aurea tecta replent. mixta convexa deorum
maiestate tremunt, radiant maiore sereno
culmina et arcano florentes lumine postes.
postquam iussa quies siluitque exterritus orbis,
incipit ex alto (grave et inmutabile sanctis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

200 sq. cf. Silv. I 4, 73 occiduas primasque domos et sole sub omni permeruit iurata manus 203 cf. Sidonius Apollinaris carm. VII 38 sqq. iam pater aureo tranquillus sese solio locat. inde priores consedere dei 205 sq. 'mox ... semideum' schol. Theb. I 720 206 'et summis ... amnes' schol. Theb. I 365

VARIA LECTIO.

199 ſpaciiſ *Pcf* || ł ·iuſta r^2 *Taur.*, *unus Beh.*, *Barthius.* spatiis huic omnia iuxta *Marklandus* (*ad Silv.* II 7, 14). *cf. Theb.* IX 641 *sq.*
200 occiduaeque domoſ primaeque γ occiduaeue *Taur.* || et fusa] effuſa *PBM* et sicca *vel* et visa *vel* atque usta *Barthius* et fusa *Marklandus et Lachmannus.* '*Pari spatio hinc distant omnia, Oriens Occidensque et omnis terrae marisque plaga sub quocumque sole (die) fusa, i. e. extenta, sita*' *Lachmannus. cf. Silv.* III 3, 99 *sq.* '*evolvit, quantum Romana* sub omni *pila* die ... *poscat*' 201 atquę *P* || una rf^1 *cod. reg. musei Britann.* 15 *A* 21 ł ima p^2 f^2 π^2 || medium π *Burn.* 257 202 de/uſ *B* deuſ *codex Burmanni (sed totus versus in margine tantum apparet)* || trahit omnia *Taur.* 204 Caelicole *P* Celicolae *c* 205 iuuet *P* 207 conpreſſa *Bf* || metu] ł diu π^2 208 tecta] templa *Taur.*, *edd. ante Danielem Heinsium* (*Amst. a.* 1624)
209 tremunt (F) *P* 210 culmina] atria *c* || archano *Pcf* || *cf. Theb.* II 276 211 iuxta (ł iuſta) (*sed illud* iuxta *altera manu correctum in* tuta) *f* || ſiluitqu/e *B* 212 inmutabile *Br* immutabile *PM* || ſciſ̃ *Br*

pondus adest verbis, et vocem Fata secuntur):
'Terrarum delicta nec exsaturabile Diris
ingenium mortale queror. quonam usque nocentum
exigar in poenas? taedet saevire corusco
fulmine, iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
bracchia et Aeoliis desunt incudibus ignes.
atque adeo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, caelumque rotis errantibus uri,
et Phaethontea mundum squalere favilla.
nil actum, neque tu valida quod cuspide late
ire per inlicitum pelago, germane, dedisti.
nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos
scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
mens cunctis inmota manet; quis funera Cadmi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

213 'et . . . secuntur' Servius ad Aen. X 628 et II 54 225 'Perseos . . . scinditur' schol. Theb. III 441 227 cf. Vergilius Aen. IIII 449 mens immota manet

---

VARIA LECTIO.

213 verbis] dictiſ π || ſecuntur *PBcf* sequuntur *edd.* 214 exſaturabile *Pp Busl.*, *Laur.*, *Colb.* exſatiabile *codex Anglicanus Heinsii* exſuperabile (exuperabile *f*) *BM scholiasta*, *edd.* 215 qu/eror *B* || quo1//1adusq. *B* quoaduſque *Gudianus* 52, *Lipsiensis*, *cod. Anglicanus Heinsii* 216 exigor *m* || tedet *c* || ſevire *Pc* ſeruire (*supra scr.* ł ſeuire) *r* ſe/uire *f* || chorufco *c* 217 fatiscunt] fatigant π 218 brachia *BM* || eoliiſ *c* 219 adeo (*supra scr.* ł ideo) *r* ideo *PBM scholiasta*, *edd. cf. Theb.* I 15 V 111 XI 108 *Ach.* II 341 220 aequoſ *B (lineam duxit per* a *tertia manus)* || caelumquae *B* || uti π 221 phoetontea *P* phaethontaea *B* pheton'ea *c* phetontea *r* 222 nihil *B (lineolas exaravit* 3ª *man.)* || actum est *edd.* est *om. PBM. cf. Theb.* V 702 XII 442 223 inlicitum *PBrf* illicitum *M* || pelaguſ *Pc*¹ (*corr. al. manu in* pelago), *Dan.*, *Anglicanus Heinsii* pelago *BM* 224 quiſ ſanguiniſ *B* 225 agroſ (*supra scr.* ł argoſ) *r* agroſ *pm* || *cf. Theb.* I 392. 677 II 437 *Ach.* II 225 226 scinditur] funditur *Lachmannus. sed cf. Vergilius Aen.* VIII 142 '*sic genus amborum scindit se sanguine ab uno*'. || abhorigine *B* 227 inmota] impoſita *P* inpoſta *Bf* impoſta *M* impasta *Barthius*, infesta *Barclaius*, inſausta *Cruceus*, infausta *vel* incesta movet *Guietus*, inmota *Peyraredus ex Verg. Aen.* IIII 449 || manet] mouet *Brcf Busl.*, *Dan.*, *Colb.*, *Anglicanus Heinsii*, *sex codd. Handii*

nesciat et totiens excitam ab sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem, mala gaudia matrum
erroresque feros, memorum et reticenda deorum
crimina? vix lucis spatio, vix noctis abactae
enumerare queam mores gentemque profanam.
scandere quin etiam thalamos hic impius heres
patris et inmeritae gremium incestare parentis
appetiit, proprios monstro revolutus in ortus.
ille tamen superis aeterna piacula solvit
proiecitque diem, nec iam amplius aethere nostro
vescitur; at nati (facinus sine more!) cadentes
calcavere oculos. iam iam rata vota tulisti,
dire senex! meruere tuae, meruere tenebrae
ultorem sperare Iovem. nova sontibus arma
iniciam regnis, totumque a stirpe revellam
exitiale genus. belli mihi semina sunto
Adrastus socer et superis, a, iuncta sinistris
conubia. hanc etiam poenis incessere gentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

228 cf. Verg. Aen. I 84 totumque a sedibus imis 231 cf. Verg. Aen. VIII 407 iam noctis abactae 235 'proprios . . . ortus' schol. Theb. X 796 238 cf. Verg. Aen. V 694 VIII 635 sine more 245 sq. 'hanc . . . decretum est' Eutych. de disc. coni. lib. II (Putsch. p. 2184)

VARIA LECTIO.

228 tocienſ (c *corr. in t man.* 3) *B* || excifam *δ* || ab sedibuſ *Brf* a ſedibuſ *PM edd. cf. Theb.* I 270 229 Eumenidae (*corr. ab al. man. in* Eumenidum) c || matriſ *δ* 230 Erroreſque (qu/e *B*) feroſ (uagoſ *Pet. ex Ovidii Met.* IIII 502) nemorum *BPM edd.* erroresque feros hominum *Marklandus* (*ad Silv.* IIII 2, 15) erroresque feros, memorum et r. d. *sripsi. cf. Quaestiones Statianae p.* 34 *et Theb.* VII 208 *sqq.* 231 ſpacio *Bfc* || ab acto *π* 232 profanam] nefandam *Taur.* prophanam *c* 233 ħereſ *P* 234 inmeriitae *c* immeritae *fm*

235 Adpetiit *B* || monſtrum *codex Lipsii*, *Langii*, *Laur.*, *octo codd. Handii*, *Anglicanus Heinsii*, *Bernartius*, *Schraderus*, *Heinsius*, *Handius* || proprioſ reſolutuſ (*om.* monstro) *p* || in hortuſ *P* || *cf. Theb.* X 796 238 morte *δ* 239 iam *alterum om.* (*sed supra scr. man.* 3) *B*

240 meruaere *B* 241 Altorem *r* || sperare] ł ſpectare *unus Beh.*

242 regnis] populiſ *Pet.* || stirpe] ſede *δ* 243 exiciale *Bc* 244 adiuncta *PBM edd.* 'f. ah iuncta' *Lachmannus.* 245 Conubia *PBr* Connubia *M*

decretum; neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus et saevae periit iniuria mensae.'
Sic pater omnipotens. ast illi saucia dictis
flammato versans inopinum corde dolorem
talia Iuno refert: 'mene, o iustissime divum,
me bello certare iubes? scis, semper ut arces
Cyclopum magnique Phoroneos inclita fama
sceptra viris opibusque iuvem, licet inprobus illic
custodem Phariae somno letoque iuvencae
restinguas, saeptis et turribus aureus intres.
mentitis ignosco toris; illam odimus urbem,
quam vultu confessus adis, ubi, conscia magni
signa tori, tonitrus agis et mea fulmina torques.
facta luant Thebae; cur hostes eligis Argos?
quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
et Samon et veteres armis excinde Mycenas,
verte solo Sparten. cur usquam sanguine festo
coniugis ara tuae, cumulo cur turis Eoi
laeta calet? melius votis Mareotica fumant

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

249 sq. cf. Verg. Aen. I 50 talia flammato secum dea corde volutans 258 'tonitrus ... torques' sine nomine citat Servius ad Aen. V 694 264 'Mareotica fumat' Acron ad Horat. carm. I 37, 14 'Mareotica fumat Coptos' sine nomine et corrupte commentator Cruquianus ad Horat. carm. I 37, 14

VARIA LECTIO.

246 Decretum eſt δ *Eutychius* || archano *Pc* 247 ſeua^{te} *P* ſeuae *c* 248 omnipotenſ ait. illi c^2 252 magni qu/e pharoneoſ *B* magni (*om.* que) pharaneoſ (o 3m.) *f* pharoneoſ *r* pharaneoſ (o) *c* || inclyta *PB* 253 opibuſquae *B* || inprobuſ *PBrf* improbuſ *M* 254 l°&oq. *P* letoq. *B* laetoque *c* 255 Reſtingua/ſ *B* Restinguaſ *fcδ Beh.*, *scholiasta* Extinguaſ *PM* || septiſ *PBM* || turribus intres] *cf. Theb.* I 427 257 confessus] *i. e. te confessus. cf. Theb.* II 122 *Ach.* II 46 258 thori *c* 259 thæbac *B* 260 si tanti est *Gronovius* || ſcĩ *Br* 261 excinde *Prf* exſcinde *BM* || mſcenaſ (*corr. in* mycenaſ) *P* 262 verte] Ferte *c* || ſole (o) ſpartem *B* || unquam *Lang.* 264 mareotica *B* || fumant *P* fumat *BM edd.* || *cf. Theb.* IIII 705 *sqq.*

Coptos et aerisoni lugentia flumina Nili.
quod si prisca luunt auctorum crimina gentes,
subvenitque tuis sera haec sententia curis,
percensere aevi senium, quo tempore tandem
terrarum furias abolere et saecula retro
emendare sat est? iamdudum ab sedidus illis
incipe, fluctivaga qua praeterlabitur unda
Sicanios longe relegens Alpheos amores.
Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis
imposuere locis, illic Mavortius axis
Oenomai Geticoque pecus stabulare sub Haemo
dignius, abruptis etiamnum inhumata procorum
reliquiis trunca ora rigent. tamen hic tibi templi
gratus honos, placet Ida nocens mentitaque manes
Creta tuos. me Tantaleis consistere tectis
quae tandem invidia est? belli deflecte tumultus
et generis miseresce tui. sunt impia late
regna tibi, melius generos passura nocentes.'
  Finierat miscens precibus convicia Iuno.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

279 sq. cf. Verg. Aen. IIII 349 sq. quae tandem Ausonia Teucros considere terra invidia est?

VARIA LECTIO.

265 Coptos] Comptoſ *fδ* comtos *commentator Cruquianus* || aeriſon⁊ī *B* 266 luant *πδ* || actorum *Taur.* luunt auctorum *in ras. P* 267 subvenitque tuis sera haec] Haec. ſera ſubuenitque (qu/ę *B*) tuiſ *Bf* ſera haec *in ras. P* subvenietque *Barthius*
268 senium *in ras. P* 269 ſecula *BM* 271 fluctiſuga *Barthius* || qua] quaſ *γ* || subterlabitur *ed. Rom.* p̄p̄tlabitur *f*
272 Sicanoſ *δ edd.* || alpheuſ *δ* 273 Archadeſ *Pc* || nefandiſ *δ* *Anglicanus Heinsii* 274 inpoſuere *r* || mauorciuſ *B* || a/xiſ *f*
275 Oeno//geticoq. (magi) *B* || ſtabular/e *B* || hemo *Prc* 276 abrubtiſ *f*
277 Reliquiiſ *Bf* Relliquiiſ *PM* 278 honor *c* 279 tantaliiſ *P* || tectis] t̄riſ *f* reguiſ *Anglicanus Heinsii* templiſ *Taur.* 280 deflec/te *B*
281 miſereſcę *B* miſerere *rγδc²* *unus Lindenbrogii*, *Anglicanus Heinsii* || inpia *B* 282 generiſ (o) *c* || paſſuroſ (a) *f* 283 precibuſ miſcenſ *Pf unus Beh.* || conuitia *Pr*

at non ille gravis dictis, quamquam aspera motu,
reddidit haec: 'equidem haud rebar te mente secunda
laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos
consulerem, neque me, detur si copia, fallit,
multa super Thebis Bacchum ausuramque Dionen
dicere; sed nostri reverentia ponderis obstat.
horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris
obtestor, mansurum et non revocabile verbum,
nil fore, quod dictis flectar. quare impiger alis
portantes praecede notos, Cyllenia proles,
aera per liquidum, regnisque inlapsus opacis
dic patruo: superas senior se tollat ad auras
Laius, extinctum nati quem vulnere nondum
ulterior Lethes accepit ripa profundi
lege Erebi, ferat haec diro mea iussa nepoti:
germanum exilio fretum Argolicisque tumentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

291 cf. Horatius epist. I 18, 71 volat inrevocabile verbum
293 cf. Claudianus rapt. Pros. I 92 i, celeres proscinde notos
295 cf. Verg. Aen. II 699 genitor se tollit ad auras; ibid. IIII 176 mox sese attollit in auras

---

VARIA LECTIO.

284 grau[i]eſ *δ* at non ille gravi dictis (quamquam aspera) motu reddidit haec *Barthius* 285 [e]quidem *B* || hau[d]rebar *P* haut rebar[te] mente *c* hanc rebar mente *δ* 286 quaecumque *π* || equuſ *c* 287 Consuleram *unus Lindenbrogii* || ſi detur *Pδ edd. vett.* 288 thebaſ *P* || bachum *Bfc* || dionem (dion[a]em *f*) *PBM* 289 Dicereſ & [d]noſtri *P* Dicere/ſed *B* 290 laticeſ etenim *rf unus Beh.* 291 et inreuocabile (et in/euocabile *f* atque irreuocabile *unus Vlaming.*, *Harl.* 2463) uerum *PBM* et non revocabile verbum *scripsi* 292 quo dictiſ *fπ Rehd.*, *Palat. primus*, *Palat. quintus a manu secunda*, *edd.* qui *Palat. quartus. cf. Verg. Aen.* XII 11 '*nihil est, quod dicta retractent ignavi Aeneadae*' || aleſ *PBM edd.* alis *Gruterus ex Palatino quarto*
293 *cf. Theb.* V 368 Portateſ *r* || nothoſ *fc* 294 Aara c^1 || elapſuſ *f* 295 ſe attollat *Pf Beh.*, *Taur.*, *quattuor mss. Gruteri* ſe adtollat *r* 296 Laiuſ et extinctum *P* 297 lętheſ *P* loetheſ *f* || profunde *δ* 298 herebi *Bfc* hebi *r* || haec] hic *P*

hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
arceat, alternum regni infitiatus honorem.
hinc causae irarum, certo reliqua ordine ducam.'
Paret Atlantiades dictis genitoris et inde
summa pedum propere plantaribus inligat alis,
obnubitque comas et temperat astra galero.
tum dextrae virgam inseruit, qua pellere dulces
aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara et exanguis animare adsueverat umbras.
desiluit, tenuique exceptus inhorruit aura.
nec mora, sublimis raptim per inane volatus
carpit et ingenti designat nubila gyro.
Interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furto deserta pererrat
Aoniae. iam iamque animis male debita regna
concipit, et longum signis cunctantibus annum
stare gemit. tenet una dies noctesque recursans
cura virum, si quando humilem decedere regno

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

303 sqq. cf. Verg. Aen. IIII 238 sqq. Dixerat. ille patris magni parere parabat imperio et primum pedibus talaria nectit aurea, quae sublimem alis sive aequora supra seu terram rapido pariter cum flamine portant. tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco pallentis, alias sub Tartara tristia mittit, dat somnos adimitque et lumina morte resignat. Verg. Aen. I 689 paret Amor dictis carae genetricis et alas exuit. Homerus Odyss. ε 43 sqq. Il. Ω 339 sqq. 316 cf. Verg. Aen. I 662 urit atrox Iuno et sub noctem cura recursat

---

VARIA LECTIO.

300 Hoſpiciiſ *Bc* 301 regnum^{i} *P* || inficiatuſ *PB* inficietur *fc* 302 dicam *Brfp*^{1}*γ* || *v.* 302 *spurius esse videtur Lachmanno* 303 athlantiadeſ *Pf* atlanciadeſ *Bc* 304 inligat *PBr* illigat (alligat *pγ Taur.*) *M* 305 galaero *B* 307 *cf. v.* 585 308 exanguiſ P^{1} (i *corr. in* e) *Brf*^{1} (i *corr. in* e) exangueſ *M edd.* || adſuaeuerat *B* 309 Diſiluit *Taur.* Diſſiluit *m* Deſiliit *δ* || umbra r^{1} (ł aura r^{2}) *f Beh.* 310 ſublimiſ *P* ſublimeſ *BM* || raptim] raptuſ *edd. vett.* 311 giro *B* 312 uaguſ olimque exul ab argiſ^{uiſ} *p* 313 furt/^{o} *B* forto *r* furtim *Laur., Lang., Aldd.* 317 deſcendere *δ. cf. Theb.* II 396

germanum et semet Thebis opibusque potitum
cerneret; hac aevum cupiat pro luce pacisci.
nunc queritur ceu tarda fugae dispendia, sed mox
attollit flatus ducis et sedisse superbus
deiecto iam fratre putat; spes anxia mentem
extrahit et longo consumit gaudia voto.
tunc sedet, Inachias urbes Danaeiaque arva
et caligantes abrupto sole Mycenas
ferre iter inpavidum, seu praevia ducit Erinys,
seu fors illa viae, sive hac inmota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
deserit et pingues Baccheo sanguine colles.
inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron
porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem,
praeterit. hinc arte scopuloso in limite pendens

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

319 cf. Verg. Aen. V 230 vitamque volunt pro laude pacisci; Aen. XII 49 letumque sinas pro laude pacisci 322 sq. cf. Claudianus in Prob. et Olybr. cons. 65 sq. non anxia mentem spes agit et longo tendit praecordia voto 325 'et . . . Mycenas' Priscianus inst. XI 9, 39 (I p. 574 ed. Hertz), Acron ad Horat. carm. I 16, 17, schol. Lucan. VII 451

VARIA LECTIO.

319 luce] laude *Peerlkampus* || pa,ſci (ci *suprascr.*) *f* 320 quaeritur *B* || ceu] heu *Barthius* || fuge *P* 321 Attollit flatuſ. et ſediſſe ſuperbuſ ducis *P* ſuperbum *δ* 322 deiecto ſe fratre (ferre *δ*) *BM* deiecto iam fratre *P Vossianus* 323 longo] ſummo *γ* 324 inachaiaſ (*sed corr. man. ead. in* inachiaſ) *c* || danaiaque *Brf edd. Venetae et Romana* danneiaque rura *Taur.* daneiaque *p Aldd.* 325 micenaſ *Bc. cf. Theb.* II 184 326 impauidum *m* || preuia *B* || eriny/ (ſ *eras.*) *P* herynif *B* herinif *f* herinnyſ *r* erynif *c* 327 ſorſ *δ* || inmota *Brc* immota *PM* || uacabat c^1 328 ogiiſ *f* 329 bacheo *fc* Pentheo *Barthius et N. Heinsius* (*Advers. lib.* II *cap.* 2 *p.* 214). *sed Liber quoque apud Thebas a Titanibus discerptus esse traditur. cf. Lobeckii Aglaophamos* I *p.* 572 *sqq.* 330 mole c^1 more *vel* mole *Anglicanus Heinsii* || chithaeron *P* citheron *Bc* 331 laſſumque (qu/e *B*) *PBM schol.* lapſumque *πδ sex mss. Gruteri, Colb., Paris.* 8053, *Gronovius* (*diatribe cap.* 38) lapſuque *pm Rehd., edd. vett.* || equora *c* 332 arte] arceſ *γ* Actes *Marklandus*

infames Scirone petras Scyllaeaque rura
purpureo regnata seni mitemque Corinthon
linquit, et in mediis audit duo litora campis.
Iamque per emeriti surgens confinia Phoebi
Titanis late, mundo subvecta silenti,
rorifera gelidum tenuaverat aera biga.
iam pecudes volucresque tacent, iam Somnus amaris
inserpit curis pronusque per aera nutat,
grata laboratae referens oblivia vitae.
sed nec puniceo rediturum nubila caelo
promisere iubar, nec rarescentibus umbris
longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.
densior a terris et nulli pervia flammae
subtexit nox atra polos. iam claustra rigentis
Aeoliae percussa sonant, venturaque rauco
ore minatur hiemps, venti transversa frementes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

337 cf. Verg. Aen. V 721 et Nox atra polum bigis subvecta tenebat 338 'rorifera ... biga' Servius ad Verg. Aen. II 272 et ad V 721 corrupte et sine nomine 339 cf. Verg. Aen. II 268 Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris incipit et dono divom gratissima serpit. id. ibid. IIII 525 cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque volucres 341 cf. Verg. Aen. IX 224 sq. cetera per terras omnis animalia somno laxabant curas et corda oblita laborum 344 'longa ... Phoebo' tamquam Lucani Servius ad Verg. Aen. II 268 348 cf. Verg. Aen. V 19 mutati transversa fremunt ... venti

---

VARIA LECTIO.

333 chirone δ || ſcylleaque *Pr* ſcilleaque *c* 334 mitemque] ditemque (ex Hom. *B* 570 ἀφνειόν τε Κόρινθον) *Schraderus* mollemque *Lachmannus* || chorinthom (N supra m) *P* chorinthon *c* 335 littora *BM* 336 phebi *fc* 337 Titanis et late *P* Titani/ſ (i *eras.*) *f* || ſubuecta *Pc*¹ *r*²*m* ſubiecta *Br*¹*fc*²*πγδ Dan.*, *scholiasta* 339 amariſ *f sicut emendavi in Museo Rhenano* XVIII *p.* 194 auariſ *PBM edd.* 340 Inrepſit *P cod. Burmanni* Irrepit *Pet.*, *Heinsius ad Ovid. Met.* VII 155. *cf. Theb.* VIII 216 *sq.* || per aera] ex aethere *P Palatinus pr. Gruteri* 344 nituere] micuere *Taur.* || Phoebo] celo *π* celo phebo (celo subpunctum) δ

345 *cf. Theb.* II 527 346 polos] //loſ *B* || regentiſ *P* 347 Aoliae *c* || perculſa *Bfc Beh.*, *edd. vett.* perclufa *Lang.* 348 hiempſ *PB* hyempſ *c* hiemſ *M* || tranſfuſa frementiſ δ

confligunt axemque emoto cardine vellunt,
dum caelum sibi quisque rapit. sed plurimus Auster
inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquens,
defunditque imbres, sicco quos asper hiatu
praesolidat Boreas; nec non abrupta tremescunt
fulgura, et attritus subita face rumpitur aether.
iam Nemea, iam Taenariis contermina lucis
Arcadiae capita alta madent; ruit agmine magno
Inachus et gelida surgens Erasinus in unda.
pulverulenta prius calcataque flumina nullae
aggeribus tenuere morae, stagnoque refusa est
funditus et veteri spumavit Lerna veneno.
frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellae
bracchia silvarum, nullisque aspecta per aevum
solibus umbrosi patuere aestiva Lycaei.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

352 sq. 'sicco . . . Boreas' Serv. ad Verg. Aen. VIII 429 360 'funditus . . . veneno' Priscianus inst. VII 12, 62 (I p. 339 ed. Hertz) 363 'umbrosi . . . Lycaei' Servius ad Verg. Georg. III 472, unde descripsit Isidorus orig. XIIII 8

VARIA LECTIO.

349 axemquae *B* || emoto cardine] *an* emotum cardine? || vellunt] uerſant *Taur.* uoluunt *Dan.* 350 rapit] petit γ || hauſter *P* 351 Inglomerat (Inglomeraſ *Taur.*) noctem et tenebroſa uolumina torquet *BM edd.* 352 Diffunditque *p*$\gamma\delta$ *Laur.*, *Lang.* 353 Praeſolidat (*vel* Preſolidat *vel* Praeſolitat) *PBM* Perſolidat *cpm edd.* || tremeſcunt *PBc*$^{1}\gamma$ tremiſcunt *M edd.* 354 *cf. Theb.* X 924 355 nemeae *P* nemee *p*$\delta\gamma$ nemea *BM scholiasta* || taenareiſ (*vel* tenareiſ) *PBM edd.* (trenareiſ *c*^{2} trenariiſ δ) 356 Archadiae *fc* || agmine magno (*supra scr.* ł facto) *P* agmine facto *BM ex memoria clausulae Vergilianae* (*Aen.* I 83 VIII 595 *Georg.* IIII 167). *cf. Servius ad Georg.* I 322 357 Inacuſ *f* || et gelidaſ uergenſ eraſinuſ in ủndaſ (∧ ad arctoſ *man.* 2) *P* et gelidaſ (gelidoſ *B Dan.* geminaſ δ) ſurgenſ eraſinuſ ad arctoſ (in arctoſ γ in undaſ *Pet.*) *BM edd.* gelidas surgens Erasinus ad auras *Dubnerus* gelida surgens Erasinus in unda *scripsi vestigia Puteanei secutus; Erasinus enim non ad Arctos vergit, sed meridiem versus fluit* 358 calcataque *P* calcandaque *BM edd.* 360 Funditur *c*^{1} 362 Brachia *PBM* || euum *fc* 363 eſtiua *c* || licaei *P* licei *fc*

ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis
miratus, modo nubigenas e montibus amnes
aure pavens passimque insano turbine raptas
pastorum pecorumque domos, non segnius amens
incertusque viae per nigra silentia vastum
haurit iter; pulsat metus undique et undique frater.
ac velut hiberno deprensus navita ponto,
cui neque Temo piger nec amico sidere monstrat
Luna vias, medio caeli pelagique tumultu
stat rationis inops, iam iamque aut saxa malignis
expectat submersa vadis aut vertice acuto
spumantes scopulos erectae incurrere prorae.
  Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
adcelerat, vasto metuenda umbone ferarum
excutiens stabula et prono virgulta refringit
pectore; dat stimulos animo vis maesta timoris,
donec ab Inachiis victa caligine tectis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

364 sqq. cf. Horatius carm. III 29, 36 sqq. nunc lapides adesos stirpesque raptas et pecus et domos volventis una non sine montium clamore vicinaeque silvae, cum fera diluvies quietos inritat amnes 366 cf. Valerius Flaccus IIII 664 pavor ora virum, pavor occupat aures

370 cf. Verg. Aen. V 52 Argolicove mari deprensus 377 sq. cf. Verg. Aen. VI 179 itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum; Claudianus de bello Get. 354 aut spelaea subit metuenda ferarum; id. de laud. Stilich. I 127 sq. lateque corusco curvatas glacie silvas umbone ruebat

---

VARIA LECTIO.

365 Miratuſ PBc^1 Miratur *M edd.* || /e montibuſ *f* 366 aure] ire *coll. Theb.* III 38 *Lachmannus. sed cf. Theb.* XII 222 367 peccorumque *B* pecudumque *δ Taur.*, *unus Burmanni.* || *incisionem maiorem, quam ponunt edd. ante* non segnius, *sustuli.* || ſegnior f^2 'aliī non ſegnior' *glossator B* 368 vastum] paſtum c^1 370 hiberno] yonio *γ* 371 neque (*vel* neq.) amico *PBM edd.* nec *scripsi; vide Quaestiones Statianae p.* 13 *et Museum Rhenanum* XVIII *p.* 195 372 caelo B^1 || pelagiquae *B* 375 spumantes] *cf. Theb.* II 33 || occurrere *δ* 377 Accelerat *M* 378 Excucienſ *f* || uirgulā *f*

379 stimulos] famuloſ *r* || meſta *fc* vis mixta timore *Peyraredus. sed cf. Theb.* X 493

emicuit lucem devexa in moenia fundens
Larisaeus apex. illo spe concitus omni
evolat, hinc celsae Iunonia templa Prosymnae
laevus habens, hinc Herculeo signata vapore
Lernaei stagna atra vadi, tandemque reclusis
infertur portis. actutum regia cernit
vestibula; hic artus imbri ventoque rigentes
proicit ignotaeque adclinis postibus aulae
invitat tenuis ad dura cubilia somnos.
Rex ibi tranquillae medio de limite vitae
in senium vergens populos Adrastus habebat,
dives avis et utroque Iovem de sanguine ducens.
hic sexus melioris inops, sed prole virebat
feminea, gemino natarum pignore fultus.
cui Phoebus generos (monstrum exitiabile dictu!
mox adaperta fides) fato ducente canebat
saetigerumque suem et fulvum adventare leonem.
id volvens non ipse pater, non docte futuri

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

391 'in medium ... habebat' schol. Lucan. I 129 392 cf. Verg. Aen. X 201 dives avis 396 sq. cf. Verg. Aen. VII 255 hunc illum fatis externa ab sede profectum portendi generum 397 cf. Euripides Phoen. 422 (411) κάπρῳ λέοντι θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους

VARIA LECTIO.

382 Lariſeuſ *Pfc* || aper *δ* || spe] pede *temere coniecit Bernartius* 383 *cf. Theb.* IIII 44 384 Laeuoſ *P* Leuuſ *B* || habenſ *P Paris.* 8054, *Rehd., edd. vett.* abet *B* habet *M*; *cf. Theb.* II 382 *sqq.* || vapore] labore *Peyraredus* 385 Lernei *Bfc* || atra] alta *p* || recluſuſ c^1 386 infert se *Iortinus* || portuſ c^1 || ac tutu *πγδ* 387 hic] hinc *B* hinc *c* hiſ *δ* 388 adcliniſ *PBr* accliniſ (acliniſ *f*) *M* accliuiſ *m Venett., Aldd.* 389 tenuiſ *P* tenueſ *BM* teneros *Marklandus* (*ad Silv.* I 3, 42) || ſomnoſ *P* 390 tranquillo (*corr. in* tranquillae) *c* 391 ſaenium *P* medium *scholiasta Lucani ex v.* 390 || uerge[n]ſ *f* || [h]abebat *B* hab[b]eat *f* 392 *cf. Theb.* I 226 *Ach.* II 225 394 nat[a]urum *f* 395 phebuſ *c* || exiciabile *fc* 396 fato *P Voss. m. pr., Vlam., Burn.* 257 aeuo *BM edd.* 397 Setigerumque *BM* 398 Id *P* (*cf. Theb.* V 648) Haec *BM edd.*

Amphiarae vides, etenim vetat auctor Apollo;
tantum in corde sedens aegrescit cura parenti.
  Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum
conscius horror agit) eadem sub nocte sopora
lustra terit, similesque notos dequestus et imbres
infusam tergo glaciem et liquentia nimbis
ora comasque gerens subit uno tegmine, cuius
fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
attulit. haut passi sociis defendere noctem
culminibus paulum alternis in verba minasque
cunctantur; mox ut iactis sermonibus irae
intumuere satis, tum vero erectus uterque
exertare umeros nudamque lacessere pugnam.
celsior ille gradu procera in membra simulque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

400 cf. Silius VIII 213 cura aegrescente 412 cf. Verg. Aen. V 426 constitit in digitos extemplo arrectus uterque

---

VARIA LECTIO.

v. 399 *om. B in textu, sed exhibet in marg. pr. man. in eadem linea, qua v.* 401 *scriptus est. eundem versum et suo loco et post versum* 400 *repetitum habet c* || Amphiorae *c* 400 tantum] Toto *γ* || egreſcit *Pc* || parenti/ (ſ *eras.*) *P* parenti (parentiſ *pm edd. inde ab Aldd.*) *BM* paventi *edd. Venett., N. Heinsius ad Ovid. Met.* VII 308 '*ex optimo cod.*' *cf. Theb.* XII 193 *sq.* 401 calidona *Bc* 402 Oleneuſ *r* Aeneuſ *p* Oeneuſ *δ reg. musei Brit.* 15 *A* XXIX Oeneiuſ *Harl.* 2463. 2498 Oeniuſ *Anglicanus Heinsii* || tedeuſ (*corr. in* tideuſ) *c* 403 eadem sub nocte] et eadem nocte *f* || ſapora *r* 404 terit] tenet *δ* || ſimiliſque *f* || nothoſ *fc* || conqueſtuſ *Pet.* 405 glatiem *f* 406 ora comasque rigens *Heinsius ad Claudian. de bell. Get.* 355 || ſubiit *γ* || tecmine *f* 407 hum/ (o *scr. supra litt. eras. man.* 3) *B* || gelido (*corr. in* gelida) *c* || abebat *B* 408 c/ruent[a]em *f* cruentans *Heinsius ad Ovid. Heroid.* V 16 409 Adtulit *P* || haut *Pc* [h]aut *B* haud *M* 410 alterni *P* 413 humeroſ *PBM* 414 procera] //// era *B*

integer annorum, sed non et viribus infra;
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
maior in exiguo regnabat corpore virtus.
iam crebros ictus ora et cava tempora circum
obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Rhiphaeae, flexoque genu vacua ilia tundunt.
non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti
cum redeunt crudisque virum sudoribus ardet
pulvis, at hinc teneros caveae dissensus ephebos
concitat, exclusaeque expectant praemia matres;
sic alacres odio nullaque cupidine laudis
accensi incurrunt, scrutatur et intima vultus
unca manus penitusque oculis cedentibus intrat.
forsan et accinctos lateri (sic ira ferebat)
nudassent enses, meliusque hostilibus armis
lugendus fratri, iuvenis Thebane, iaceres,
ni rex insolitum clamorem et pectore ab alto
stridentes gemitus noctis miratus in umbris

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

415 sq. 'nec non et viribus . . . animus' Priscianus inst. VII 5, 16 (I p. 299 ed. Hertz) 416 cf. Verg. Aen. VI 726 sq. totamque infusa per artus mens agitat molem 417 'maior . . . virtus' Servius ad Verg. Georg. IIII 83. cf. Silv. VI, 29 tantus in attonito regnabat pectore luctus 418 cf. Verg. Aen. V 434 sqq. multa cavo lateri ingeminant . . . erratque auris et tempora circum crebra manus

---

VARIA LECTIO.

415 sed non et] nec non et *Priscianus* || et] in π || *interpunctionem quam posui in exitu versus omittunt edd.* 416 totoſ (*om.* que) *Brcp Pet.*, *Beh.* 418 timpora *c* 420 Ripheae *Pfc* Riphaeae *B. cf. Theb.* XI 115 *et vide Servius ad Georg.* III 382 || tendunt π 421 piſéo *Pr* 422 reddunt *Brcδ Burn.* 258, *Harl.* 2474
423 at hinc] adhuc π^1 || cauaeae *B* || diſtenſuſ (t *corr. in* ſ) *B* diſſusuſ *r* || efoeboſ *P* ęphoeboſ *B* ephoeboſ *f* ephebo *c* 424 excluſeque *P* || premia *PB* 425 sic] Hic *c* || accreſ (*corr. in* alacreſ) *f* || nullaeque *r* 426 ſcrutantur *B* || ultima (*corr. in* intima) *B*
427 $\overset{u}{/}$nca *B* || intrat *P* inſtat (ſtat *in ras., ut videtur*) *B* inſtat *M edd. cf. Theb.* I 255 IX 872 XI 369 428 accincto *Gevartius*, *Gronovius al.* 429 hoſtib. (li *supra scr. m. rec.*) *f* hoſtibus *r*
431 inſolituſ c^1 432 u/briſ *B*

movisset gressus, magnis cui saucia curis
•pendebat somno iam deteriore senectus.
isque ubi progrediens numerosa luce per alta
atria dimotis adverso limine claustris
terribilem dictu faciem, lacera ora putresque
sanguineo videt imbre genas: 'quae causa furoris,
externi iuvenes (neque enim meus audeat istas
civis in usque manus), quisnam inplacabilis ardor
exturbare odiis tranquilla silentia noctis?
usque adeone angusta dies et triste, parumper
pacem animo somnumque pati? sed prodite tandem,
unde orti, quo fertis iter, quae iurgia? nam vos
haut humiles tanta ira docet, generisque superbi
magna per effusum clarescunt signa cruorem.'
Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes.
incipiunt una: 'rex o mitissime Achivum,
quid verbis opus? ipse undantis sanguine vultus
aspicis.' haec passim turbatis vocis amarae
confudere sônis. inde orsus in ordine Tydeus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

434 'pendebat . . . senectus' Acron ad Hor. carm. II 11, 8
443 sq. cf. Verg. Aen. I 369 sq. sed vos qui tandem . . . quove tenetis iter?

VARIA LECTIO.

433 ſobria *PBM edd.* saucia *Lachmannus* 434 ſenecta *γ* 436 demotiſ *Brfc* || auerſo *γ unus Gruteri* || lumine *fγ duo Gruteri* limite *Velseri cod.* 437 terribileſ dictu facieſ *γ* || lacerφ $\overset{o}{a}$ra *P* 439 istas] ire *Burmannus* istic *vel* istac *Handius* 440 in usque] inire *δ unus Gudii*, *Taur.*, *Palat.* 4. 5. 6 iniſſe *Palat. secundus Gruteri* uenire *cod. anonymi in Miscellaneis obss. cf. Theb.* XI 258 ||. implacabiliſ *m* impacabiliſ *Anglicanus Heinsii* 443 animoſ omn/umq. *B*
444 horti *P* 445 Haut *Pc* Aut (*man.* 2 *corr. in* haud) *B* Haud *M*
446 eff$\overset{v}{e}$ſum (3m.) *f* offuſum *Anglicanus Heinsii* 447 commixto *πγ*
448 mittiſſime *r* iuſtiſime *duo Gruteri* fortiſſime *unus Parisiensium Handii. cf. v.* 467 449 opus? ipse] opuſ eſt c^2m *Aldd. al.* || undan$\overset{e}{t}$iſ *P* undanteſ *BM* 451 confundere (n *eras.*) *f*

continuat: 'maesti cupiens solacia casus
monstriferae Calydonis opes Acheloiaque arva
deserui; vestris haec me ecce in finibus ingens
nox operit. tecto caelum prohibere quis iste
arcuit? an quoniam prior haec ad limina forte
molitus gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros unaque ferunt Cyclopas in Aetna
compositos. sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum, nobis sociare cubilia terrae.
sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
quisquis es, his, aut me, si non effetus oborto
sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Oeneos et Marti non degenerare paterno
accipies.' — 'nec nos animi nec stirpis egentes —'
ille refert contra, sed mens sibi conscia fati
cunctatur proferre patrem. tunc mitis Adrastus:
'immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

461 cf. Verg. Aen. X 862 aut hodie victor spolia illa cruenta . . . referes 462 sq. cf. Verg. Aen. V 396 sanguis hebet frigentque effetae in corpore vires 464 sq. 'Marti . . . aspicies' schol. Theb. IIII 111 apud Lindenbrogium, om. schol. Bamb.

VARIA LECTIO.

452 meſti *fc* || ſolacia *PBc* ſolatia *M* || *interpunctionem mutavi ita, ut Tydei oratio, quae in edd. a versu* 453 *incipit, statim a verbo* maesti *initium sumat* 453 calidoniſ *Bfc* 454 Deſerui haec me ueſtriſ in finibuſ ingenſ *codex Burmanni* || haec] hic *p* ſet *π* ecce h̄ in finibuſ *γ* || urgenſ *δ* 456 Arcuit c^1f^2 Arguit *PBM* || an] aut *π* || quoniam] quō *f* || lumina (u *corr. in* i) *f* 457 Molituſ Pc^1 *Bernartius*, *Lachmannus* Molitur *BM* 458 Centa͘roſ imaque *f* || Cyclopeſ *edd. vett.* || ethna *c* 459 rapidiſ *pπγ Beh.*, *Pet.*, *Anglicanus Heinsii* 460 *correxi interpunctionem*, *qua pessumdant sententiam edd. ita:* fasque sūum: nobis sociare cubilia terrae? 461 aūt (*man.* 2 *corr. in* haud) *B* 462 Quiſquiſ iſ eſ *p* '*ex vet. cod.*' *Heinsius ad Ovid. Trist.* II 112, 56 || aut ſi me non *π* || effectuſ *δ* || oborto *Pm* ab orto *Bp* aborto *M* ni (non effetus ab ortu) sanguis *Barthius* 463 ͪebet (*prior* e *in ras.*) *B* habet *c* 465 egenteſ *P* egemuſ *BM edd.* 466 facti *ſym* fatali *Taur.* 468 quaſ B^3f^2pm *edd.* quae $PB^1f^1c\pi$ || inopina ſuaſit *pγδ Aldd.*

aut virtus aut ira, minis succedite tecto.
iam pariter coeant animorum pignora dextrae.
non haec incassum divisque absentibus acta;
forsan et has venturus amor praemiserit iras,
ut meminisse iuvet.' nec vana voce locutus
fata senex, siquidem hanc perhibent post vulnera iunctis
isse fidem, quanta partitum extrema protervo
Thesea Pirithoo, vel inanem mentis Oresten
opposito rabidam Pylade vitasse Megaeram.
tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
iam faciles (ventis ut decertata residunt
aequora, laxatisque diu tandem aura superstes
inmoritur velis) passi subiere penates.
Hic primum lustrare oculis cultusque virorum
telaque magna vacat. tergo videt huius inanem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

470 cf. Verg. Aen. XI 292 coeant in foedera dextrae 473 cf. Verg. Aen. I 203 forsan et haec olim meminisse iuvabit; Valerius Flaccus I 249 quae meminisse iuvet 483 sq. 'tergo . . . leonem' schol. Theb. VI 722

VARIA LECTIO,

470 iam] Nam *c* || animorum im pignora *B* animorum (amborum *δ* *Lipsii cod.*) in pignora *PM edd.* animorum pignora *Lachmannus. cf. Theb.* IX 62 472 Forſitan *(syllaba* ſi *adrasa) P* || praemiſerit *Pm* praemiſerat *BM* 473 Et meminiſſe *duo codd. Gruteri* 475 Eſſe *PBM scholiasta*, *edd.* isse *Gruterus*, *Barthius. cf. Theb.* VI 548 *Lucanus* IIII 143 *sq.* '*postquam omnia fatis Caesaris ire videt*' *Valerius Flaccus* IIII 216 *sq.* '*mox omnibus idem ibit honos*' || ł quantũ quanta/ partitum *P* quan//////um *B* quanta paſtitum *f* quanta parutum *(corr. in* partitum *man. al.) c* 476 pirothoo *r* perithoo *c* phirithoo *f* || horeſten *c* oreſtem *M edd.* 477 rabiem (da *supra*) *B* rapidam *lemma schol. Bamb. fδm Aldd.* || pila deuitaſſe *c* || maegeram *P* megeram *fc* 478 mulcente *P* || rege *P* 480 Equora *c* || laſſatiſque *pδ Lipsii liber*, *edd. vett.*, *D. Heinsius ad Claud. Rufin.* I 276 || tamen *PBM edd.* tandem *Peyraredus* 481 Inmoritur *Brfc* Immoritur *PM* || paſſi/ *PB* ł laſſi γ^2 passu *Bernartius* || paenateſ *P* penanteſ *f* 483 vacat *om.* (*sed supra scr. man.* 2) *f* || inanem leonem] *cf. Theb.* VI 722

inpexis utrimque iubis horrere leonem,
illius in speciem, quem per Teumesia tempe
Amphitryoniades fractum iuvenalibus annis
ante Cleonaei vestitus proelia monstri.
terribiles contra saetis ac dente recurvo
Tydea per latos umeros ambire laborant
exuviae, Calydonis honos. stupet omine tanto
defixus senior, divina oracula Phoebi
agnoscens monitusque datos vocalibus antris.
obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
horror iit. sensit manifesto numine ductos
adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo
portendi generos, vultu fallente ferarum,
ediderat; tunc sic tendens ad sidera palmas:

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

489 cf. Verg. Aen. II 722 haec fatus latos umeros subiectaque colla veste super fulvique insternor pelle leonis 490 sqq. cf. Verg. Aen. VII 249 sqq. talibus Ilionei dictis defixa Latinus obtutu tenet ora soloque immobilis haeret . . . et veteris Fauni volvit sub pectore sortem, hunc . . . portendi generum 493 sq. 'laetusque . . . iit' Servius ad Verg. Aen. II 559 497 cf. Verg. Aen. I 93 duplicis tendens ad sidera palmas

---

VARIA LECTIO.

484 Inpexiſ *PBr* Impexiſ *M* 485 quē (ł $\overset{o}{q}$ *supra scr.*) ꝑ $\overset{e}{t}$umeſia *f* 486 Amphytrioniadeſ *B* || fracto (o *in ras.*) *f* || iuuenalibuſ *PB*[1] (*supra* a *littera* i *scr. man.* 3) //uenalibuſ *f* iuuenilibuſ *M edd.* || annis] armiſ *fcpr*[2] *γ*[2] *δm* 487 cleonei *Pc* || ueſtitur (ł uſ *supra scr.*) *P* ueſtitur (ueſtiuit *γ*) *BM edd.* 'quem vestitur *graece quidem recte dicitur, non latine, etsi* induere *accusativo saepe iungitur. num leg.* quo . . . fracto . . . ante Cleonaei vestitus praemia monstri: *nam* praemia *sunt pro* praeda *dicta, ut apud Tibull.* I 2, 26 *Propert.* II 4, 15 *Horat. epod.* 2, 36' *Lachmannus. sed vide adnotationem nostram ad Theb.* I 22 *et de accusativo cf. Theb.* II 277. 583 IIII 267 VI 733 *Ach.* II 179

488 Terribiliſ *P* || ſetiſ *M* 489 Thydea *c* || $\overset{h}{u}$meroſ *B* humeroſ *PM*
490 Exubię *P* 491 divinaque oracula *Taur. et unus Burmanni, unde ille coniecit* divinaque carmina || phebi *c* 492 *cf. Ach.* I 32
493 Obtuitu gelido *π* || letuſque *f* 494 iit] init *δ Taur.* hic ut *π* 495 Affore *M* 496 Portenti *δ* || fallante *π*

'Nox, quae terrarum caelique amplexa labores
ignea multivago transmittis sidera lapsu,
indulgens reparare animum, dum proximus aegris
infundat Titan agiles animantibus ortus,
tu mihi perplexis quaesitam erroribus ultro
advehis alma fidem veterisque exordia fati
detegis; adsistas operi tuaque omina firmes.
semper honoratam dimensis orbibus anni
te domus ista colet; nigri tibi, diva, litabunt
electa cervice greges, lustraliaque exta
lacte novo perfusus edet Vulcanius ignis.
salve prisca fides tripodum obscurique recessus!
deprendi, fortuna! deos.' sic fatus et ambos
innectens manibus tecta interioris ad aulae
progreditur. canis etiamnum altaribus ignes
sopitum cinerem et tepidi libamina sacri
servabant; adolere focos epulasque recentes
instaurare iubet. dictis parere ministri
certatim adcelerant; vario strepit icta tumultu
regia: pars ostro tinctos auroque sonantes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

505 cf. Verg. georg. I 231 certis dimensum partibus orbem
513 cf. Verg. Aen. V 743 VIII 410 cinerem et sopitos suscitat ignis

---

VARIA LECTIO.

498 Nox] Mox *δ* 500 egriſ *c* 501 Infundet *π* || animalibuſ *π* 502 perplexis] prolixiſ *Lipsii liber* || queſitam *c* || erroribus] ambagibuſ *Taur.* 503 veterisque exordia fati] *cf. Theb.* III 636 VIII 619 504 ad(s)iſtaſ *P* adſiſtaſ *Br* aſſiſtaſ *M* || tu(a)ęq. *f* || omnia *c* 505 demensis *Lachmannus* 506 colet iſta domuſ *γ* 507 electa] ł et flexa *r*² 508 uulcan(i)uſ *P* 509 obſcuriquae *B* 510 Deprendit *Palat. primus Gruteri*, *Gruterus*, *Barthius* 511 ulteriorïſ (ult *in ras.*) *B* ulteriorïſ *PM* interioris *Schraderus*. *cf. Theb.* II 226 512 Egreditur *c* 513 trepidi *(corr. in* tepidi *al. man.)* *c* 516 adcelebrant *P* accelerant *BM* || icta] ł alta *π*² aula *Taur.* 517 paſ (r *supra scr. man.* 3) *B* || tenueſ *PBM edd.* tinctos *scripsi*

emunire toros altosque inferre tapetas,
pars teretis levare manu ac disponere mensas.
ast alii tenebras et opacam vincere noctem
adgressi tendunt auratis vincula lychnis.
his labor inserto torrere exanguia ferro
viscera caesarum pecudum, his cumulare canistris
perdomitam saxo Cererem. laetatur Adrastus
obsequio fervere domum, iamque ipse superbis
fulgebat stratis solioque effultus eburno.
Parte alia iuvenes siccati vulnera lymphis
discumbunt, simul ora notis foedata tuentur
inque vicem ignoscunt. tunc rex longaevus Acasten
(natarum haec altrix eadem et fidissima custos
lecta sacrum iustae Veneri occultare pudorem)
imperat acciri tacitaque inmurmurat aure.
Nec mora praeceptis, cum protinus utraque virgo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

520 sq. cf. Verg. Aen. I 726 sq. dependent lychni laquearibus aureis incensi et noctem flammis funalia vincunt 522 sq. cf. Verg. Aen. VIII 179 sqq. tum lecti iuvenes ... viscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris dona laboratae Cereris 525 'obsequio fervere domum' Sergius explan. in Donatum I p. 505 (ed. Keil) 526 cf. Verg. Aen. VII 94 sq. atque harum effultus tergo stratisque iacebat velleribus 527 cf. Verg. Aen. X 834 volnera siccabat lymphis

VARIA LECTIO.

518 Immunire *Anglicanus Heinsii* || t[o]eroſ (o *supra scr. man.* 3) *B* thoroſ *c* toris *Barthius* || alteque *P* alt[o]eſque (o *supra scr. man.* 3) *B* altoſque (altaſque *δ*) *M edd. cf. Verg. Aen.* IX 325 '*tapetibus altis*' || inferrę *P* 519 teretiſ *B* tereteſ *PM* || leu[i]are (i *supra scr. man.* 3) *B* lauare *f* leuiare *Anglicanus Heinsii* 521 Adgreſſi *PBr* aggreſſi *M* || intendunt *δ* || uincla lichiniſ *Taur.* uincula linghiniſ *codex anonymi in miscell. obss.* lichniſ *Bfc* ligniſ *p* 524 perdomitam] Edomitam *c* 525 ſuperbuſ (*supra scr.* ł biſ) *π* 526 Fluebat (*corr. in* Fulgebat) *f* 529 longeuuſ *PB* || acaſten *P* aceſten *BM edd.* 530 hec *P* || alitrix *c* || [e]adem *P* 531 ueneri iuſtae *c* || ocultare *f*

arcano egressae thalamo (mirabile visu);
Pallados armisonae pharetrataeque ora Dianae
aequa ferunt terrore, minis. nova deinde pudori
visa virum ut facies, pariter pallorque ruborque
purpureas hausere genas, oculique verentes
ad sanctum rediere patrem. postquam ordine mensae
victa fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
quo Danaus libare deis seniorque Phoroneus
adsueti. tenet haec operum caelata figuras:
Perseus anguicomam praesecto Gorgona collo
ales habet, iam iamque vagas (ita visus) in auras
exilit; illa gravis oculos languentiaque ora
paene movet vivoque etiam pallescit in auro.
hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis;

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

535 cf. Verg. Aen. III 544 Palladis armisonae   537 sq. cf. Apollonius Rhodius Arg. *Γ* 297 sq. *ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς ἐς χλόον ἄλλοτ' ἔρευθος*   544 sq. cf. Ovid. met. IIII 699 sq. Gorgonis anguicomae Perseus superator et alis aetherias ausus iactatis ire per auras   546 sq. 'illa . . . auro' schol. Theb. VI 539   548 sqq. cf. Verg. Aen. V 254 sqq. quem praepes ab Ida sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis; longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt custodes, saevitque canum latratus in auras

---

VARIA LECTIO.

534 Archano *Pc* || egreſſa^e thalamo *P* egreſſa ethalamo *Brf* egreſſa thalamo *δ* egreſſae a thalamo *Beh.*   535 Palladiſ *δ* || *cf. Theb.* II 236 *sqq.*   536 mini7 (ſ *supra scr. manu recentissima*) *B* minuſ *PM edd.* minis *Lachmannus* || nona (v *supra* n *scr. man.* 3) *f*   537 Viſa uirum facieſ *PBM edd.* visa virum ut facies *Heinsius*   538 auſere (h *praeposita man.* 2) *B* tinxere *c* auxere *Bernartius. cf. Theb.* X 168 *sq.* XI 336   539 / antum *B* || redi,re *f*   540 Ficta *c*   541 Ialideſ *π*   543 Aſſueti *PM* || celata *Pc* || figuram *c*   544 Perseus *Bentleius* Aureuſ *PBM edd.*   *v.* 545 *om. P (sed addidit corrector)* || abet *B* || uagaſita *B* uaguſ ita *f*   546 graueſ *BM* || laguentiaq. *B*   547 Pene *c* Pone *f* || vivoque] ł fulvoque γ^2 548 frygiuſ *P* phyrgiuſ (*corr. in* phrygiuſ *man.* 3) *B* frigiuſ *fc* || *totum hunc versum in margine habet Taur.*

Gargara desidunt surgenti et Troia recedit,
stant maesti comites, frustraque sonantia lassant
ora canes umbramque petunt et nubila latrant.
hanc undante mero fundens vocat ordine cunctos
caelicolas, Phoebum ante alios, Phoebum omnis ad aras
laude ciet comitum famulumque evincta pudica
fronde manus, cui festa dies largoque refecti
ture vaporatis lucent altaribus ignes.
'Forsitan, o iuvenes, quae sint ea sacra quibusque
praecipuum causis Phoebi obtestemur honorem'
rex ait, 'exquirant animi. non inscia suasit
religio, magnis exercita cladibus olim
plebs Argiva litant; animos advertite, pandam.'
'Postquam caerulei sinuosa volumina monstri
terrigenam Pythona deus septem orbibus atris
amplexum Delphos squamisque annosa terentem
robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco
fusus hiat nigro sitiens alimenta veneno,
perculit, absumptis numerosa in vulnera telis,
Cirrhaeique dedit centum per iugera campi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

559 sq. cf. Verg. Aen. VIII 185 sqq. non haec sollemnia nobis, has ex more dapes, hanc tanti numinis aram vana superstitio veterumque ignara deorum inposuit 565 cf. Verg. georg. III 439 linguis micat ore trisulcis

---

VARIA LECTIO.

549 deſcidunt *Taur.* || et] ac *π* 550 meſti *Pfc* || sonacia *Barthius* || laxant *πγm* 551 umbraſque *γ* || et] ac *π* 553 phebum *c* || aram *P* 555 cui] tibi *π* 557 que *B* 558 Precipuum *B* || phebi (o *add. man. al.*) *c* || obteſtamur *p* 559 exquirat (*supra* a *scr.* n) *f* exquirunt *γπ*^{1}*m edd.* || inscia] irrita *γ* 560 Religio *Bf* Relli^{gi}·o *P* Relligio *M* 561 Plepſ *Br* || litaṇt *P* litat *r* 562 cerulei *fc* 563 phytona *B* phitona *rfc* 564 Implexum *c* 565 cuſtaliiſ *B* 566 ſicienſ *c* vitians sata laeta *Kochius* (*coniectaneorum in poetas lat. pars* 2, *p.* 4) 567 adſumptis *B* aſſumptis *rf* 568 Cirrheique *P* Cirrhaei quededit *B* Cirreique *fc* Cirraeique *r*

vix tandem explicitum, nova deinde piacula caedi
perquirens nostri tecta haut opulenta Crotopi
attigit. huic primis et pubem ineuntibus annis
mira decore pios servabat nata penates,
intemerata toris. felix, si dulcia numquam
furta nec occultum Phoebo sociasset amorem.
namque ut passa deum Nemeaei ad fluminis undam,
bis quinos plena cum fronte resumeret orbes
Cynthia, sidereum Latonae feta nepotem
edidit; ac poenae metuens (neque enim ille coactis
donasset thalamis veniam pater) avia rura
eligit ac natum saepta inter ovilia furtim
montivago pecoris custodi mandat alendum.
non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
gramineos dedit herba toros et vimine querno

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

571 sqq. cf. Verg. Aen. VII 52 sq. sola domum et tantas servabat filia sedes, iam matura viro, iam plenis nubilis annis 573 sq. cf. Verg. georg. IIII 346 dulcia furta; Propertius II 30, 28 dulcia furta Iovis; Ovid. met. IX 558 dulcia fraterno sub nomine furta tegemus 576 cf. Ovid. fast. II 175 Luna novum decies implerat cornibus orbem 580 sq. cf. Verg. Aen. III 49 sqq. hunc ... Priamus furtim mandarat alendum Threicio regi

---

VARIA LECTIO.

569 cędi *B* cedi *f* ł caeli r^2 caediſ *PM* caedi *Heinsius*, *Gronovius*. *cf. Theb.* I 566. 596. 621. IX 664 XII 69 570 aut (*corr. in* haud) *B* haut *Pc* haud *M* 571 et pubeſcentibuſ anniſ *δπm Colb.* (*ascr.* i. e. pubem ineuntibuſ), *edd. ante Gronovium* (*ex Theb.* I 21 IX 765) adpubeſcentibuſ anniſ *p Barthius* et pubem ineuntibuſ anniſ *PBrfcy Dan.*, *Beh.*, *Gruteri tres*, *Velseri cod.* 572 pio *PBM scholiasta*, *edd.* pios *Bentleius*. *cf. Ach.* II 65 *silv.* IIII 8, 22 V 1, 145 '*piumque intravit ... larem*' || ſeruauit *δ* || penanteſ *f* 573 thoriſ *c* || dulcia] Delia *PBM edd.* dulcia *scripsi*. *cf. Ach.* II 264 574 phebo *c* || ſotiaſſet *f* 575 Iamque *c* || nemei *Pc* nemaei *B* nemęe *f* || ad *om. r* || undaſ *y* 576 cum fronte] cum luce *Gronovius* (*obss.* IIII 15) 577 latona *P* || foeta *M* 578 poena^e *P* || penae *c* 580 ac] et (ł ac *supra scr.*) *r* || ſępta *B* ſepta *PM* 581 Multiuago *π* || mandata lendum *B* 583 dedit herba toros] ſomnoſ (ł toroſ *supra scr.*) dedit herba *r* thoroſ *c* || et] ſed *P* || quaerno *B*

texta domus; clausa arbutei sub cortice libri
membra tepent, suadetque leves cava fistula somnos,
et pecori commune solum. sed fata nec illum
concessere larem; viridi nam caespite terrae
proiectum temere et patulo caelum ore trahentem
dira canum rabies, morsu depasta cruento,
dissicit. hic vero attonitas ut nuntius aures
matris adit, pulsi ex animo genitorque pudorque
et metus. ipsa ultro saevis plangoribus amens
tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
occurrit confessa patri; nec motus et atro
imperat (infandum!) cupientem occumbere leto.
sero memor thalami maestae solacia morti,
Phoebe, paras, monstrum infandis Acheronte sub imo
conceptum Eumenidum thalamis, cui virginis ora
pectoraque, aeternum stridens a vertice surgit
et ferrugineam frontem discriminat anguis.
haec tam dira lues nocturno squalida passu

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

587 cf. Verg. Aen. III 304 viridi ... caespite 588 cf. Verg. georg. I 375 aut bucula caelum suspiciens patulis captavit naribus auras 589 cf. Verg. Aen. II 215 et miseros morsu depascitur artus 592 sq. cf. silv. V 1, 198 nunc implet saevo viduos clamore penates 596 sq. 'sero ... paras' Priscianus inst. XV 3, 11 (vol. II p. 69 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

584 Tecta *f* 585 fistula] buccina *Pet.* 586 ficta (*corr. in* fata) *c* 587 larem] ſolum *δ* (*ex v.* 586) || uiridi *Pm Rom.*, *Venett.* uiridiſ (ſ *expuncta*) *c* uiridiſ *BM Aldd.* || ceſpite *PBM* 588 *cf. Theb.* IIII 792 590 Diſſic^{i}& *P* Diſſicet *tres codd. Handii* Diſcidit *Palat. primus Gruteri* Afficit *Pet.* Difiicit *m* || hic] hinc *δ* nunciuſ *c* 592 Et metuſ /ultro /ipſa *P* || ſaeuiſ (*vel* ſeuiſ) *BM* meſtiſ *Pπ Burn.* 257 || clangoribuſ *Burn.* 257 clamoribuſ *reg. musei Britannici* 15 *A* XXIX 594 ł decurrit r^2 || et] at *m Venett.*, *Aldd.* 595 loeto *f* laeto *c* 596 Sera *f* || meſtae *Pfc* || ſolatia *M* || mortiſ *Priscianus* 597 Thebe *c* || sub imo] profundo *Pet.* 599 Pectoraqu/e *B* || ſurgat (a *corr. in* i) *B* 601 tum *Brfc*^{2} cum c^1 || noctur$\overset{o}{n}$ſ qualida *B* ſualida (q *add. man.* 2) *f*

inlabi thalamis, animasque a stirpe recentis
abripere altricum gremiis morsuque cruento
devesci et multum patrio pinguescere luctu.
haut tulit armorum praestans animique Coroebus
seque ultro lectis iuvenum, qui robore primi
famam posthabita faciles extendere vita,
obtulit. illa novos stabat populata penates
portarum in bivio; lateri duo corpora parvum
dependent, et iam unca manus vitalibus haeret,
ferratique ungues tenero sub corde tepescunt.
obvius huic, latus omne virum stipante corona,
it iuvenis, ferrumque ingens sub pectore duro
condidit, atque imas animae mucrone corusco
scrutatus latebras tandem sua monstra profundo
reddit habere Iovi. iuvat ire et visere iuxta
liventis in morte oculos uterique nefandam

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

605 cf. Verg. Aen. II 407 non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus 607 cf. Verg. Aen. VI 807 virtutem extendere factis; id. ibid. X 468 famam extendere factis 608 sqq. 'illa . . . dependent' Priscianus inst. VII 6, 26 (vol. I p. 308 ed. Hertz) 614 cf. Verg. Aen. X 601 tum latebras animae pectus mucrone recludit 616 cf. Verg. Aen. II 27 iuvat ire et Dorica castra desertosque videre locos 617 cf. Verg. Aen. III 216 sq. foedissima ventris proluvies

VARIA LECTIO.

602 Inlabi *Pr* Inlabi[τ] (τ *supra scr. man.* 3) *B* Illabi *M* || recentiſ *rfc Beh.* nocenteſ p^1 recenteſ *(sed* enteſ *manu posteriori rescr. in B)* PBp^2m 603 Arripere *rfpm Beh., edd. vett.* || *cf. Theb.* I 589 604 Diueſci *Brfcδ novem codd. Handii* || patrio multum *γ* || lucto *π* tabo *Anglicanus Heinsii* 605 Aut *(corr. in* haud) *B* Haut *c* Haud *PM* || p̄ſtanſ *P* preſtanſ *B* || animi//q. *f* || chorebuſ *rc* corebuſ *f* 606 electiſ *γ* 607 Fa/mam poſtabita *B* || *cf. Theb.* IIII 33 608 nouaſ *Pet.* || stabat] ibat *PBM Priscianus, edd.* stabat *Kochius coll. Theb.* XI 339 || poenateſ *P* per urbeſ *Pet.* 610 et iam ħunca (h *eras. man.* 3) *B* et adunca *Taur.* atque unca *γ. cf. Theb.* I 427 || heret *fc* haeſit *Taur.* 611 ungeſ (v *supra* g *scr. man.* 3) *f* 612 corona] caterua *Anglicanus Heinsii* 613 Id B^1 || ſup *f* || diro *m edd.* 614 choruſco *c* 615 latebras] tenebraſ[late] (late *supra scr. man.* 2) *p* 616 abere[h] *B* 617 Libentiſ[v] *P* Liuenteſ *ƀM* || utrique Bf^1 || nefandum[a] *f*

proluviem et crasso squalentia pectora tabo,
qua nostrae cecidere animae. stupet Inacha plebes,
magnaque post lacrimas etiam nunc gaudia pallent.
hi trabibus duris (solacia vana dolori)
proterere exanimes artus asprosque molares
deculcare genis; nequit iram explere potestas.
illam et nocturno circum stridore volantes
inpastae fugistis aves, rabidamque canum vim
oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
saevior in miseros fatis ultricis ademptae
Delius insurgit, summaque biverticis umbra
Parnasi residens arcu crudelis iniquo
pestifera arma iacit, camposque et celsa Cyclopum
tecta superiecto nebularum incendit amictu.
labuntur dulces animae, Mors fila Sororum
ense metit captamque tenens fert manibus urbem.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

623 cf. Verg. Aen. VIII 265 nequeunt expleri corda tuendo 625 'inpastae ... aves' schol. Theb. II 520 apud Lindenbrogium, om. schol. Bamberg. cf. Lucretius IIII 681 Verg. Aen. IIII 132 canum vis 630 respicit Servius ad Verg. Aen. VI 630 632 cf. Verg. Aen. III 140 linquebant dulces animas

---

VARIA LECTIO.

618 ſualentia f^1 liuentia uiſcera *Pet. et Heinsii cod.* liquentia viscera *Heinsius ad Sil. Ital.* II 463 *et* XVI 135 619 plebeſ *BM* pubeſ *Pm edd.* pubeſ *vel* uirtuſ *Anglicanus Heinsii* 620 etiamnum *m edd.* || gaudia] uulnera *vel* gaudia *Anglicanus Heinsii* 621 Hi (c *add. man.* 3) *B* Hic *c* || ſolatia *BM* || doloriſ *γ* 622 exanimoſ *Prf Dan.*, *Busl.*, *lemma schol. Bamb.* || asprosque] aptoſque (*supra scr.* ł aſproſ) *π* ſcaproſque *Busl.* scabrosque *Heinsius* 623 Deculare (c *supra scr. man.* 3) *f* Decalcare *p* Proculcare *Pet.* || genuſ c^1 || nequidirã *P* || potestas] uoluntaſ *cod. Burmanni*, *unde ille coniecit* voluptas 624 et *om.* *δ* || stridore] ſtetere (*supra scr.* ł ſtridore) *f* 625 Impaſtae *fm* || rapidamque *πγ* || *cf. Theb.* I 589 626 trepidarum *δ* || luparum *δ* 627 Seuior *f* || adaempte *B* 628 infurget *B* || umbra] arce *vel* umbra *Anglicanus Heinsii* 630 campoſ (*om.* que) *δ* || cyclorũ (p *supra scr.*) *P* 631 ſuptecto (i *supra scr.*) *P* 633 capitamq. *f* || *ante* tenens *vacuum spatium habet B*

quaerenti, quae causa, duci, quis ab aethere laevus
ignis et in totum regnaret Sirius annum,
idem auctor Paean rursus iubet ire cruento
inferias monstro iuvenes, qui caede potiti.'
'Fortunate animi longumque in saecula digne
promeriture diem! non tu pia degener arma
occulis aut certae trepidas occurrere morti.
comminus ora ferens Cirrhaei in limine templi
constitit et sacras ita vocibus asperat iras:'
'Non missus, Thymbraee, tuos supplexve penates
advenio; mea me pietas et conscia virtus
has egere vias. ego sum, qui caede subegi,
Phoebe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
et squalente die, nigra quem tabe sinistri
quaeris, inique, poli. quodsi monstra effera magnis
cara adeo superis, iacturaque vilior orbi
mors hominum et saevo tanta inclementia caelost,
quid meruere Argi? me, me, divum optime, solum
obiecisse caput fatis praestabat. an illud,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

635 'et ... annum' Servius ad Verg. Aen. III 141 638 sq. 'longumque ... diem' Priscianus inst. V 5, 26 (I p. 159 ed. Hertz) 644 cf. Verg. Aen. V 455 conscia virtus 651 cf. Verg. Aen. IX 427 me me (adsum qui feci), in me convertite ferrum

---

VARIA LECTIO.

634 Querenti *c* || que *B* || haetherc *B* || leuuſ *Pf* 635 et] an *Beh.* || annum] orbem *p* 636 actor *π* || pean *Pfc* 637 cede *Pfc* 638 ſecula *Bfc* 639 turpia $P^2πδ$ 640 Occulliſ (*sed prior l eras.*) *P* Attuliſ *π* || haut $πc^2$ || certe *Bfc* 641 Cominuſ *δm* || cirrhei *P* cirrei *Brfc* 642 iras] auraſ *c* 643 Non] Nec *Venett.*, *Aldd.* || tymbrcę *P* tymbree *c* tymbree *f* 645 cede *PBc* 646 Phebe *c* || quem] quid *δ* 647 ſualente f^1 || quem nigra *γ* 648 Queriſ *fc* 649 orbi *PBrfc Taur.*, *Beh.*, *Lindenbrogii mss.* orbiſ *pm* orbe *cod. anonymi in miscellan. obss.* I *tom.* 1 'ollis *aut in v.* 650 morsque' *Schraderus* 650 morsque *Lachmannus* totque *Kochius* (*coniectan.* II *p.* 5) || caelo eſt *Pfcm* caelo *Brπγδ* caelost *scripsi* 651 divum] diue *e* 652 preſtabant *f* praeſtabit $pδγ^1m$

saeve, magis cordi, quod desolata domorum
tecta vides, ignique datis cultoribus omnis
lucet ager? sed quid fando tua tela manusque
demoror? expectant matres, supremaque fiunt
vota mihi. satis est; merui, ne parcere velles.
proinde move pharetras arcusque intende sonoros
insignemque animam leto demitte; sed illum,
pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis,
dum morior, dispelle globum.' — 'sors aequa merentes
respicit. ardentem tenuit reverentia caedis
Letoiden, tristemque viro summissus honorem
largitur vitae; nostro mala nubila caelo
diffugiunt, at tu stupefacti a limine Phoebi
exoratus abis. inde haec stata sacra quotannis
sollemnes recolunt epulae, Phoebeaque placat
templa novatus honos. has forte invisitis aras
vos quae progenies? quamquam Calydonius Oeneus,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

654 sq. cf. Verg. Aen. XI 209 certatim crebris conlucent ignibus agri

VARIA LECTIO.

653 saeve] Lene (Leue *γ*) *PBM edd.* laeve *Gronovius* saeve *Bentleius* || magis] mihi *δ* || quod] q̅m̅ *δ* 655 lucet] Aret (*supra scr.* ł lucet) *δ* luget *Heinsius e ms.* || sed quid] etquin (n *corr. in* d *man.* 3) *B* et quid *rc* quid *om.* f^1 (*sed supra lineam add. man.* 3) || tua tela] tua iam (*al. man. ordinem* iam tua *indicavit*) *c* || tua tela manusque] tua demoror arma *γ* 656 demoror expectant] Atque manuſ ſpectant *γ* || matriſ (i *corr. in* e) *P* || ſuppremaq. *f* || fiunt] figunt *P* fundunt *δ Lang.*, *Venett.* 657 uelliſ *B*

658 faretraſ *B* || arcuſ (*om.* que) *γδ* 659 lęto *PB* laeto *c* || dimitte *PBM* 660 imminet *M* || agriſ *γ* aruiſ *δ Taur.* 661 moriar *Taur.* || diſpelle *P* depelle *BM edd.* || ſorſ *Pπγδ* forſ *BM. cf. Ach.* I 252 || equa *c* aequam crenteſ *B* 662 cediſ *f* 663 Letoiden PB^1 Latoiden (*vel* Latoidem) *M* 664 uittae *Dan.* 665 at tu] actu *π* || phebi *c* 666 Exorratuſ abiiſ *B* || stata sacra] ſtatutaq. *π*

667 Sollempneſ *c* || recolunt epulaſ P^1 (*supra litteram* ſ *scr.* ł e P^2) *Taur.* redeunt epulae *f Beh.* epulae recolunt *π* || phoebeaquae *B* phebeaque *c* || placeat *f* 668 inuiſitiſ ad araſ *ms. Lindenbrogii*, *unde ille coniecit* ivistis ad aras 669 Voſ q. *P* Voſ quoque *m Aldd.*

et Parthaoniae, si dudum certus ad aures
clamor iit; tibi iura domus. tu pande, quis Argos
advenias, quando haec variis sermonibus horast.'
Deiecit maestos extemplo Ismenius heros
in terram vultus, taciteque ad Tydea laesum
obliquare oculos; tum longa silentia movit:
'non super hos divum tibi sum quaerendus honores,
unde genus, quae terra mihi, quis defluat ordo
sanguinis antiqui; piget inter sacra fateri.
sed si praecipitant miserum cognoscere curae,
Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe,
est genetrix Iocasta mihi.' tum motus Adrastus
hospitiis (agnovit enim): 'quid nota recondis?
scimus' ait, 'nec sic aversum fama Mycenis
volvit iter. regnum et furias oculosque pudentes
novit, et Arctois si quis de solibus horret,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

679 cf. Verg. Aen. II 10 set si tantus amor casus cognoscere nostros; Verg. Aen. XI 3 praecipitant curae 683 cf. Verg. Aen. I 568 nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe 685 sqq. cf. Verg. Aen. VII 225 sqq. audiit et si quem tellus extrema refuso summovet oceano et si quem extenta plagarum quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui

---

VARIA LECTIO.

670 Det *c* || parthaonię *Pm edd.* (ſpartaonie *δ*) porthaoniae (port^h^aonię *f* porta oniae *c* portioniae *Dan.*) *BM schol. cf. Theb.* II 726 || ſi dudum *PBM* dudum ſi *edd.* 671 quis] per *c* 672 horast] horae *P* hora *π* hora eſt *BM* horast *scripsi* 673 meſtoſ *fc* || ex·emplo *P* ex,emplo *f* extimplo *γδc*² extemplo (*supra scr.* ł lacrimãſ) *π* lachrymaſ *Dan.* lacrimanſ *p Barthius* || iſthmeniuſ *P* hiſmeniuſ *f* 674 tidea *B* 676 querenduſ *c* 679 miserantem noscere *Lachmannus* 680 mauorcia *B* || thebae *Pc* thebę *B* 681 est] Et *pm edd.* || genitrix *M* || io caſta *c Beh.* || cum *Beh.* 682 Hoſpitiſ *P* Hoſpici · ſagnouit *B*¹ Hoſpitiiſ (Hoſpiciiſ *fc*) *M schol.* Auſpiciiſ *γ* '*cf. v.* 492' *Bentleius* || quod (*corr. man. al. in* quid) *c* 683 aduerſum *p scholiasta* || miceniſ *Bc* 684 pudentes] '*f.* parentis *vel* pudendos' *Lachmannus. cf. v.* 47. *versum* 684 *inde a verbo* regnum *et sequentes tres cum prima voce v.* 688 *tamquam adulterinos expungit Franciscus Guyetus*

quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat
Oceanum, et si quos incerto litore Syrtes
destituunt. ne perge queri casusque priorum
adnumerare tibi; nostro quoque sanguine multum
erravit pietas, nec culpa nepotibus obstat.
tu modo dissimilis rebus mereare secundis
excusare tuos. — sed iam temone supino
languet Hyperboreae glacialis portitor ursae.
fundite vina focis, servatoremque parentum
Letoiden votis iterumque iterumque canamus.'
'Phoebe parens, seu te Lyciae Patarea nivosis
exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliae flavos amor est tibi mergere crines,
seu Troiam Thymbraeus habes, ubi fama volentem
ingratis Phrygios umeris subiisse molares,
seu iuvat Aegaeum feriens Latonius umbra

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

696 sq. 'seu . . . iugis' Acron ad Horat. carm. III 4, 64; cf. Horat. carm. III 4, 61 sqq. qui rore puro Castaliae lavit crinis solutos, qui Lyciae tenet dumeta natalemque silvam, Delius et Patareus Apollo 700 cf. Verg. Aen. XI 131 saxaque subvectare umeris Troiana iuvabit

VARIA LECTIO.

687 incerto in litore *π* incerto ſydere *c* 688 Diſtituunt *P* Deſtitunt *f*¹ || queɽigaſ uſq. *P*¹ || casusque] gemituſque *Anglicanus Heinsii* || priorum] tuorum *πδ* 689 Adnumerare *PBr* Annumerare *M* 692 sed] et *BM* || ſopino (*corr.* o *ex* u) *c* ſupremo *π* 693 hyperborɑeę *B* hipborae *f* hiperboleae *c* || glatialiſ *B* 694 ſeruatoremquɑe *B* 695 Letoiden *PB*¹. *cf. v.* 663 Latoiden *M edd.* Latoden (i *supra* o *scr.* 3 *man.*) *f* || iterum (que *om.*, *sed al. man. add. inter lineas*) iterumque *c* || canamuſ (n *in ras.*) *c* 696 Phebe *c* || liciae *Bfc* || pataraea *m edd.* 697 du^m·&aiugiſ *P* 698 tibi] te *π*. *unde Iortinus coniecit* demergere *aut* immergere 699 tymbreuſ *Pc* thymbreuſ *B* || abeſ (h *scr. supra* a *man.* 3) *B* 700 instratos humeris Phrygios *anonymus in obss. miscell.* I *tom.* 1. *sed* ingrati umeri *sunt*, *quibus gratia relata est nulla*, *quibus pretium promissum non solvit Laomedon. vide Lachmannus ad Propert.* III 16 (II 24), 13 || frygioſ *P* frigioſ *c* || ^humeriſ *PB* (h *supra scr.* *P*²*B*²) humeriſ *M* || ſubiſſe *PBf* 701 ęgeum *P* aegeum *B* egeum *c* egeũ *f*

Cynthus et adsiduam pelago non quaerere Delon,
tela tibi longeque feros lentandus in hostes
arcus et aetherii dono cessere parentis
aeternum florere genas. tu doctus iniquas
Parcarum praenosse manus fatumque quod ultrast,
et summo placitura Iovi, quis letifer annus,
bella quibus populis, quae mutent sceptra cometae.
tu Phryga summittis citharae, tu matris honori
terrigenam Tityon Stygiis extendis harenis.
te viridis Python Thebanaque mater ovantem
horruit in pharetris. ultrix tibi torva Megaera

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

708 cf. Lucan. I 529 terris mutantem regna cometen 710 cf. Verg. Aen. VI 595 sqq. nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum, cernere erat, per tota novem cui iugera corpus porrigitur 712 sqq. cf. Verg. Aen. VI 605 furiarum maxima iuxta accubat et manibus prohibet contingere mensas; Valerius Flaccus II 192 sqq. inferni qualis sub nocte barathri accubat attonitum Phlegyan et Thesea iuxta Tisiphone saevasque dapes et pocula libat

---

VARIA LECTIO.

702 adſiduam *PB* aſſiduam *M* || querere *Bc* 704 Arguſ (c *supra* g) *P* || aetheri° (o *supra scr. manu recentissima*) *B* etherii *f* || parentef *PBM edd.* parentis *Barthius*, *Bentleius*, *Lachmannus* 705 aeternum florere genae *Weberus* aeternae florere genae *Lachmannus*. *sed* genas *est accusativus quem dicunt graecum*, *et dicit Statius* tibi dono cessit aeternum florere genas *pro enuntiato hoc* tibi dono cessit aeternus flos genarum, *sane licentia quadam nec ab ipso alibi usurpata nec a ceteris unquam poetis Latinis. praeterea notabilis est substantivorum et verborum* (tela, arcus, florere) *in eadem enuntiati parte vicissitudo, quae tamen reperitur v.* 701 *sq. Theb.* II 311 *sqq.* IIII 475 *sq.* IX 694 *sqq.* XI 746 *sq.* || gnaſ (*supra* g *man.* 2 *scr.* e) *f* || dictuſ δ 706 ultraſim (eſt *supra scr.*) *P* ultra eſt *BM* ultrast *scripsi* 707 qui/ (ſ *eras.*) *c* || lętifer *B* loetifer *f* laetifer *c* 708 quae mutent *PBM* qui mutent *Beh.* quae mutant *fπ* mutent quae *edd.* || conettę (ł cometę *man.* 3 *ascr.*) *B* 709 fryga *P* friga *f* || ſūmittiſ *P* ſubmittiſ *m* || cytharae *Bc* || honore *Taur.*, *cod. Burmanni* 710 tytion *B* tition *f* triton (i *supra scr.*) *c* || hareniſ *Pfc* areniſ *BM* 711 pithon *Bc* phiton *rf* 712 faretriſ *r* pharethriſ *f* || ·ęgera (M *supra scr.*) *P* megera *Bfc*

ieiunum Phlegyan subter cava saxa iacentem
aeterno premit accubitu dapibusque profanis
instimulat, sed mixta famem fastidia vincunt.
adsis, o memor hospitii, Iunoniaque arva
dexter ames, seu te roseum Titana vocari
gentis Achaemeniae ritu, seu praestat Osirin
frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
indignata sequi torquentem cornua Mithram.'

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

713 sq. 'Phlegyan . . . accubitu' Servius ad Aen. VI 618

VARIA LECTIO.

713 Ieuenum *B* Ieiun/um *f* || flegyam *P* Phlegyam *m Servius*, *edd.* flegyan *B* flegan (i *supra*) *f* fleian *c* 714 dabibufque *f* || profandif *δ* 716 Affif *fcp Beh.* || hofpicii *Bfc* || iuniaq. (on *supra scr. man.* 3) *f*

717 tenef (amef *supra*) (*sed utraque lectio man. 3 in ras.*) *B* || tę *P* 718 achemenię *P* achaemeniae *B* achemenie *r Burn.* 258 achemeniae *f Beh.* achimenii *c* achimenie *reg. mus. Brit.* 15 *A* XXI, 15 *A* XXIX, *Burn.* 257, *Harl.* 2474. 2498 achimeniae *p edd. vett.* achimenee *Harl.* 2463. Achaeorum *Barthius* || preftat *P* || ofirin *Bc* o firin *f* ofirim *PM* 719 perfaei *P* 720 mitram *fm*

STATII POETÆ LIB̃· I· THEBAID̃· EXPLIC̃ | INCIPIT EIUSDEM LIBER· II· *P* P· PÃPINĨ STÃTĨ THEBAIDOS· LIB̃· I· EXPLICIT· (*sequitur argumentum libri* II) INCIPIT LIBER II FELICITER *B*

S· P· S· LIBER SECUNDUS INCIPIT· (*argumento libri* II *praescripto*) *f* Explicit liber Imuf.· (*sequitur argumentum libri* II) | Incipit liber IIduf *c*

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER SECVNDVS

Interea gelidis Maia satus aliger umbris
iussa gerens magni remeat Iovis; undique pigrae
ire vetant nubes, et turbidus implicat aer,
nec zephyri rapuere gradum, sed foeda silentis
aura poli. Styx inde novem circumflua campis,
hinc obiecta vias torrentum incendia cludunt.
pone senex trepida succedit Laius umbra
vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
transabiit costas cognatis ictibus ensis
impius, et primas Furiarum pertulit iras.
it tamen et medica firmat vestigia virga.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS II. 2 sq. 'undique . . . aer' Servius ad Aen. VI 554 5 cf. Verg. georg. IIII 480 Aen. VI 439 et noviens Styx interfusa coercet 6 cf. Verg. Aen. VI 550 quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis 9 sq. cf. Verg. Aen. II 553 lateri capulo tenus abdidit ensem; Aen. IX 431 sq. sed viribus ensis adactus transabiit costas 11 cf. Verg. Aen. III 659 trunca manu pinus regit et vestigia firmat; Lucan. IIII 41 et fixo firmat vestigia pilo; Claudian. rapt. Pros. I 19 ebria Maeonius firmat vestigia thyrsus

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS II. 2 ferenſ *π* || remeat magni *γ* || undi (que pigrae *eras.*) *B* 3 et] aut *Servius* || turpiduſ *r* || inplicat *B* || aer *eras. B* 4 rapuere] tenuere *γ* || feda *f* || ſ////tiſ *B* 5 ſtix *Bf* || nouae *corr. man. al. in* nouem *c* || campis] ripis *Bentleius* 6 claudunt *cπγδ* 7 laiuſ in umbra *δ* 8 *cf. Theb.* III 88 9 costas] animam *P* 10 et primas *om.*, *sed ascr. in marg. B*

tum steriles luci possessaque manibus arva
et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque tellus
miratur patuisse retro, nec livida tabes
invidiae functis quamquam et iam lumine cassis
defuit. unus ibi ante alios, cui laeva voluntas
insultare malis rebusque aegrescere laetis 18
semper et ad superos, hinc et gravis exitus aevi, 17
'vade' ait, 'o felix, quoscumque vocaris in usus,
seu Iovis imperio, seu maior adegit Erinys
ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano iubet emigrare sepulchro,
heu dulcis visure polos solemque relictum
et virides terras et puros fontibus amnes,
tristior has iterum tamen intrature tenebras.'
  Illos ut caeco recubans in limine sensit
Cerberus, aeque omnes capitum subrexit hiatus,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

15 cf. Verg. Aen. II 85 cassum lumine 18 cf. Horat. epist. I 2, 57 invidus alterius rebus macrescit opimis 22 cf. Tibull. I 2, 45 sq. haec cantu finditque solum manesque sepulcris elicit et tepido devocat ossa rogo 26 sqq. cf. Verg. Aen. VI 417 sqq. Cerberus haec ingens latratu regna trifauci personat, adverso recubans inmanis in antro. cui vates, horrere videns iam colla colubris, melle soporatam et medicatis frugibus offam obicit; Ovid. met. IIII 450 sq. tria Cerberus extulit ora et tres latratus simul edidit

---

VARIA LECTIO.

13 adſtupet *PBr* abſtupet *π* aſtupet *M* 15 et *om. r* || iam *om. δ* *Beh.*, *Lindenbrogius* || quamquam functiſ et lumine caſſiſ *edd. vett.* 16 alios] oculoſ p^1 || leua *fp* || uolutaſ p^1 uoluptaſ p^2 *vv.* 17 *et* 18 *transposui* 17 hinc] ł huic γ^2 || et grauiſ *PBM* eſt grauiſ *m* || excituſ *c* || ad superos *glossator Bamb. recte interpretatur* apud superos; *in edd. autem vulgo legitur et distinguitur perperam sic:* cui laeva voluntas semper, et ad superos hinc est gravis exitus, aevi insultare malis 18 raebuſque *B* || egreſcere *Pf* 19 ait *om.*, *sed habet inter lineas B* 20 adegit] adheſit *π* || eriniſ *PBfc* 22 Teſſaliſ *f* || archano B^2f || ſepulcro *B* 23 dulciſ *P* dulceſ *BM* 24 puriſ *π* 26 ceco *f* || limi^{n}te (n *supra scr. al. man.*) *c* 27 aeque] atque *PBM edd.* alte *Lachmannus* aeque *scripsi* Cerberus anguicomus *Kochius* (l. l. p. 5) || ſurrexit *δ* ſūrexit (ſub *supra*) *γ* erexit *c*

saevus et intranti populo; iam nigra tumebat
colla minax, iam sparsa solo turbaverat ossa,
ni deus horrentem Lethaeo vimine mulcens
ferrea tergemino domuisset lumina somno.
Est locus (Inachiae dixerunt Taenara gentes),
qua formidatum Maleae spumantis in auras
it caput et nullos admittit culmine visus.
stat sublimis apex ventosque imbresque serenus
despicit et tantum fessis insiditur astris.

[illic exhausti posuere cubilia venti,
fulminibusque iter est; medium cava nubila montis
insumpsere latus, summos nec praepetis alae
plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.]

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

35 sq. cf. Claudianus Fl. Mallii Theod. cons. v. 206 sqq. sed ut altus Olympi vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit, perpetuum nulla temeratus nube serenum, celsior exsurgit pluviis, auditque ruentes sub pedibus nimbos et rauca tonitrua calcat 36 'summisque insiditur astris' Priscianus inst. X 4, 23 et 5, 29 (I p. 515, 15 et p. 522, 4 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

28 Seuuſ *f* || nigra] colla *f unus Beh.* 29 colla] Nigra *f unus Beh.* || tu/rbauerat *c* 30 letheo *PB* 32 inacię *P* tenara *Pfc*[1] taenera *B* trenara *c*[2] 33 malace *B* || ad (in *supra*) auraſ *P* || *cf. Theb.* I 375 34 Id (τ *supra*) *P* Et (*corr. in* It) *c* || capud *f* || am/mittit (m *eras. et* d *supra scr. man.* 3) *B* 35 ſerenoſ *P* || *vv.* 35 *et* 36 *suppositicios iudicat Guyetus* 36 summisque insiditur astris *Priscianus* || astris] aruiſ (*supra scr.* aſtriſ *man.* 2) *p* *vv.* 37—40 *om. PBrfcp Paris.* 8053, *Colb.*, *Dan.*, *Beh.*, *duo Gudiani*, *Lipsiensis*, *cod. reg. mus. Brit.* 15 *A* XXI, 15 *A* XXIX, *Burn.* 258, *neque agnoscit scholiasta*; *sed in marg. habent man. recentiore PBr Burn.* 258, *in textu γδπ Pet.*, *Taur.*, *Burn.* 257, *Harl.* 2463. 2474. 2498, *Bernartii codd. ut videtur*, *edd. vett.* *v.* 37 *om. margo B*, *ea schedae parte abscissa*, *in qua olim erat exaratus.* exauſti *margo P* 39 insumpsere] Inſedere *margo Bπγ Harl.* 2463. 2474 Inſidere *Taur.* || ſumoſ *margo B* ſummiſ (o *supra* i *scr. man.* 2) π || p̄petiſ ale *margo P* *margo B* 40 adid *margo P* abit (d *supra*) π || pulſat *margo B*

ast ubi prona dies, longos super aequora fines
exigit atque ingens medio natat umbra profundo.
interiore sinu frangentia litora curvat
Taenaros, expositos non audax scandere fluctus.
illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos
in portum deducit equos, prior haurit harenas
ungula, postremi solvuntur in aequora pisces.
hoc, ut fama, loco pallentis devius umbras
trames agit nigrique Iovis vacua atria ditat
mortibus. arcanus, perhibent si vera coloni,
stridor ibi et gemitus poenarum, atroque tumultu
fervet ager; saepe Eumenidum vocesque manusque
in medium sonuere diem, Letique triformis
ianitor agricolas campis auditus abegit.
hac et tunc fusca volucer deus obsitus umbra
exilit ad superos, infernaque nubila vultu
discutit et vivis adflatibus ora serenat.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

41 sq. cf. silv. II, 2, 48 sq. cum iam fessa dies et in aequora montis opaci umbra cadit, vitreoque natant praetoria ponto 50 sqq. cf. Claudianus in Rufin. I, 126 sqq. illic umbrarum tenui stridore volantum flebilis auditur questus. simulacra coloni pallida defunctasque vident migrare figuras. hinc dea prosiliit

---

VARIA LECTIO.

41 longaſ (o *supra* a *scr. man.* 3) *B* 42 umbra] unda *π* *vv.* 43 *et* 44 *post v.* 36 *collocat Barthius* 43 flagrantia *corr. in* frangentia *B* flagrantia (ł frangentia *supra scr.*) *r* frangens sua litora *Barthius* || littora *f* 44 Taenaruſ *m* || expoſitaſ (o *scr. supra* a) *π* || audenſ *γp Busl.*, *Laur.*, *cod. Burmanni*, *edd. vett.* auſuſ r^2 *Taur.*
45 aegaeon *P* egeo *f* 46 aequoſ *P* || harenaſ *PBfp* arenaſ *M*
47 aequore *Taur.* 48 fuma *corr. in* fama *c* || pallentiſ *PB*(?)*fc* *Dan.* pallenteſ *m* 49 ditant *P* 50 mortibus] Montibuſ *γ. cf. Theb.* I 37 VI 793 IX 58 *Ach.* I 434 || arcanus] archadii *Pf* arcadii *BM* *edd. inepte, nam Taenari accolae non sunt Arcades.* arcanus *scripsi. cf. Silius Ital.* XIII 428 *arcanum murmur anhelans* 52 ſepe *f* || aeumenidum *B* || manſq. *B* 53 lętique *P* loetique *f* 55 Haec *r* 'Hoc *sc. loco*' *Schraderus* || tum *Brfc Beh.*, *Burn.* 258 nunc γ^2 || furva *Lachmannus* 57 adflatibuſ *P* a/flatibuſ (d *eras. et supra scr.* f *man.* 2) *B* afflatibuſ *M*

inde per Arcturum mediaeque silentia Lunae
arva super populosque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepidusque adsurgit honori
numinis et recto decedit limite caeli.
inferior volat umbra deo, praereptaque noscit
sidera principiumque sui, iamque ardua Cirrhae
pollutamque suo despectat Phocida busto.
Ventum erat ad Thebas; gemuit prope limina nati
Laius et notos cunctatur inire penates.
ut vero excelsis suamet iuga nixa columnis
vidit et infectos etiam nunc sanguine currus,
pone retro turbatus abit; nec summa Tonantis
iussa, nec Arcadiae retinent spiramina virgae.
et tunc forte dies noto signata Tonantis
fulmine, praerupti cum te, tener Euhie, partus
transmisere patri. Tyriis ea causa colonis
insomnem ludo certatim educere noctem
suaserat; effusi passim per tecta, per agros,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

58 cf. Verg. Aen. II 255 tacitae per amica silentia lunae 74 cf. Verg. Aen. IX 166 sq. noctem custodia ducit insomnem ludo; Lucan. X 173 sq. longis Caesar producere noctem inchoat adloquiis; Val. Flacc. I 251 ludoque educite noctem; Claudian. de III cons. Honor. v. 48 vigiles producere noctes

---

VARIA LECTIO.

58 peracturum (r *supra scr. al. man.*) *c* ‖ mediaeque] mutaeque *Valckenarius ad Ammonium p.* 135 ‖ ſilentia /lunae *B* 60 adſurgit *PBr* affurgit *M* 61 diſcedit *π* 62 volat] meat *Pcp ex v.* 59 63 ſuum *m Venet., Aldd.* ‖ cyrrę *f* 65 ad hebaſ (t *supra scr. man.* 3) *f* 66 Laţuſ *P* ‖ cunctatuſ *PBrc*^{1} ‖ pφenatoſ *P* poenateſ *B* 67 &celſiſ *P* et celſiſ *B* ‖ suamet] ſedem et *Beh.* 68 infeſtoſ *δ* ‖ etiamnum *Pm edd.* 69 pone *scripsi* Pene *P* Pęne *B* Paene *M* ‖ nec] tunc *Taur.* sed *Dubnerus* 70 archadiae *f* ‖ nec] sed *Dubnerus* 72 noto] '*f.* torto' *Lachmannus* 72 prerupti *B* praecipiti *π* praerepti *Heinsius* ‖ cũtener *P* ‖ euhie *PBc*^{1} *Anglicanus Heinsii* euchie *rfc*^{2}*p* euie *m* 74 educere] ducere (e *add. al. man.*) *c* ducere *δm cf. Theb.* VIII 219

serta inter vacuosque mero crateras anhelum
proflabant sub luce deum; tunc plurima buxus
aeraque Tyrrhenos sonitus vincentia pulsu,
ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas
impulerat matres Baccho meliore Cithaeron.
qualia per Rhodopen rabido convivia coetu
Bistones aut mediae ponunt convallibus Ossae;
illis semianimum pecus excussaeque leonum
ore dapes, et lacte novo domuisse cruorem
luxus; at Ogygii si quando adflavit Iacchi
saevus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
spargere et inmerito sociorum sanguine fuso
instaurare diem festasque reponere mensas.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

76 sq. Verg. Aen. IX 325 sq. toto proflabat pectore somnum
88 cf. Verg. Aen. III 63 instauratque diem

VARIA LECTIO.

76 uacuaſque *cπ* ‖ hanelum *B* 77 Perflabant *δ* *Taur.; cf. Theb.* V 209 ‖ tunc *Pπ* tum *BM* 78 Aeraque taurinoſ ſonitu uincentia pulſuſ PB^1 (ł tauriſonoſ B^3) *M edd.* '*forte* aeraque Tyrrhenos sonitus vincentia pulsu. σάλπιγξ Τυρσηνική. *cf. Theb.* III 650 *Valer. Flacc.* I 319 *obruat Idaeam quantum tuba Martia buxum, Tibull.* I 3, 24 I 8, 22 *aera repulsa sonant' Lachmannus. cf. Theb.* VI 404 VII 631. *non dubitavi Lachmanni emendationem in textum recipere. nam qui dixerit* '*aereus clangor*' (*Theb.* VIII 263, *ubi mss. male offerunt* '*clamor*') *et* '*aereus fragor*' (*Theb.* VIII 343), *cum vix tamen crediderim strepitum tympanorum ex taurina pelle factorum ausum esse dicere* '*pulsus taurinos*'. *videtur autem loci depravatio vetustior esse Claudiano, qui quidem hisce verbis* (*de cons. Stilich. lib.* III *v.* 364 *sq.*) 'taurinaque pulsu *Baccharum Bromios invitant tympana remos*' *asperum illud dictum tamquam Statianum imitando variaverit, ipsam tamen asperitatem vitaverit atque minuerit. cf. Theb.* V 730 VIII 219 *sqq.* 79 numeroſa c^1
80 bacho *B* ‖ meliore/ (m *eras.*) *B* ‖ citherom *P* citheron *B*
81 per rodopen *f* perdopen *c* ‖ rabido PcB^3 rapido B^1M ‖ conuiua (i *supra scr. man.* 3) *B* ‖ *cf. Theb.* V 261 *sqq.* 82 Biſthoneſ *PB* ‖ convallibus] in uallibuſ *γ* ‖ oſſe *p* 83 ł illic P^2 ‖ ſem/animum *f* ‖ *cf. Ach.* II 384 *sqq.* 84 cruorem] furorem *P*
85 adflauit *B* afflauit *PM* ‖ iacci *P* iachi *f* 86 Seuuſ *f*
87 inmerito *PB* immerito (immeritoſ *r*) *M* 88 Inſtituere *δ* ‖ ſ/eſtaſq. (a *eras.*) *f*

Nox ea, cum tacita volucer Cyllenius aura
regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto
membra toro. pro gnara nihil mortalia fati
corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem.
tunc senior quae iussus agit; neu falsa videri
noctis imago queat, longaevi vatis opacos
Tiresiae vultus vocemque et vellera nota
induitur. mansere comae propexaque mento
canities pallorque suus, sed falsa cucurrit
infula per crines, glaucaeque innexus olivae
vittarum provenit honos; dein tangere ramo
pectora et has visus fatorum expromere voces:
'Non somni tibi tempus, iners, qui nocte sub alta
germani secure iaces, ingentia dudum
acta vocant rerumque graves, ignave, paratus.
tu veluti, magnum si iam tollentibus austris

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

91 cf. Verg. Aen. IX 325 sq. tapetibus altis extructus 92 cf. Verg. Aen. X 501 nescia mens hominum fati sortisque futurae 97 cf. Verg. Aen. VI 48 non comptae mansere comae 98 sqq. cf. Verg. Aen. VII 417 sq. induit albos cum vitta crinis, tum ramum innectit olivae 105 sq. 'tu . . . Ionium' schol. Theb. II 193

VARIA LECTIO.

89 uoluc[e]rũ π || cilleniuſ *Bf* || aura] hora *Burmannus ad Valer. Flacc.* II 60 90 dilapſuſ π illapſuſ γ allapuſ *m* 91 aſſiriiſ *Bf* || tapedibuſ (τ *supra scr. man.* 3) *B* 93 Corda capit tunc ille *r* cap[i]et *P* 95 longeui *B* 96 Tereſię *P* || uellere (a *supra scr. man.* 1) *f* 97 manſerę come *P* 98 Canitieſ *PB* caniciеſ *M*

99 glauceq. *f* || innixuſ π 100 conuenit π || dein *BM* dehinc *Pm edd. vide quaestiones Statianae p.* 13 || frangere π
101 exprimere *r* 102 iner/ſ *f* || *distinctionem, quam posui ante vocem* iners, *omittunt edd.* nunc somni tibi tempus, iners? *Barthius*

104 Arcta *c* 105 ſe *P* || ăſtriſ (v *supra scr. man.* 2) *f* || tu, veluti m. ſ. i. t. a. I. n. i. ſ. n. magister, immemor e. q. s. *edd.*, *interpunctionem nostram fecimus praeeunte Lachmanno*

Ionium nigra iaceat sub nube, magister
inmemor armorum versantisque aequora clavi
cunctaris. iamque ille novis (scit fama) superbit
conubiis viresque parat, quis regna capessat,
quis neget, inque tua senium sibi destinat aula.
dant animos socer augurio fatalis Adrastus
dotalesque Argi, nec non in foedera vitae
pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.
hinc tumor, et longus fratri promitteris exul.
ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto
mittit; habe Thebas, caecumque cupidine regni
ausurumque eadem germanum expelle, nec ultra
fraternos inhiantem obitus sine fidere coeptis
fraudibus aut Cadmo dominas inferre Mycenas.'
Dixit, et abscedens (etenim iam pallida turbant
sidera lucis equi) ramos ac vellera fronti

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

111 sq. 'dant ... Argi' schol. Theb. II 210 (sed om. schol. Bamb.)
115 cf. Verg. Aen. IIII 268 sq. ipse deum tibi me claro demittit Olympo regnator; Aen. V 727 et caelo tandem miseratus ab alto est

---

VARIA LECTIO.

107 Immemor *PM* 108 ſcit *PB* (*sed* cit *in ras.*) *rcδ*f^3 ſit f^1 ſat *π* ſic *py* (*sed* ic *alia manu*) *m edd. vett.* '*f.* sic *vel* it' *Lachmannus.* ut *Kochius* (*l. l. p.* 5) *coll. v.* 47 *et Verg. georg.* IIII 318 scit *interpretatur scholiasta et tuentur Gronovius coll. Theb.* V 456 VIII 103 *Ach.* I 12 *Verg. Aen.* XI 259 *et Burmannus (misc. obss. vol.* I *tom.* 1*) coll. Gratii cyneg. v.* 202. *cf. Theb.* II 346. 621 || ſuperbuſ *Colb.*, *Gudianus* 52 *et* 146 110 tua *PBM* sua *edd. vett. et plurimae recentiores* || deſtinet *f* 113 Fraterno placuit pollutuſ *δ* 114 timor (v *supra*) *P* || fratri longuſ *π* longuſ patri *δ* 116 habet hebaſ *B* habet Thebaſ *edd. vett.* || cecumque *B* 118 Fraternoſ obituſ inhiantem fidere (*om.* sine) *γ* || fidereceptiſ (ł foedere *supra*) *P* fide receptiſ Bc^1 fidere ceptiſ c^2 fidere ceptiſ *margo c, edd. inde a Gronoviana nonnullae* diffidere coeptis *Wakefieldus* (*silv. crit. p.* IIII *p.* 136)
119 Fraudibus] ł fratrib. P^2 || aut] et *δ* || domina/ſ (n *eras.*) *f* || mecenaſ (y *supra*) *P* micaenaſ *B* 120 abcedenſ (ſ *supra scr. man.* 3) *f*
121 lucis] ſoliſ *π* || ac] et *π*

deripuit, confessus avum, dirique nepotis
incubuit stratis, iugulum mox caede patentem
nudat et undanti perfundit vulnere somnum.
illi rupta quies, attollit membra toroque
erigitur plenus monstris, vanumque cruorem
excutiens simul horret avum fratremque requirit.
qualis ubi audito venantum murmure tigris
horruit in maculas somnosque excussit inertes,
bella cupit laxatque genas et temperat ungues,
mox ruit in turmas natisque alimenta cruentis
spirantem fert ore virum; sic excitus ira
ductor in absentem consumit proelia fratrem.
Et iam Mygdoniis elata cubilibus alto
impulerat caelo gelidas Aurora tenebras,
rorantis excussa comas multumque sequenti
Sole rubens; illi roseus per nubila seras
advertit flammas alienumque aethera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

132 sq. cf. Verg. Aen. IX 62 sq. ille asper et improbus ira saevit in absentis 135 cf. Ovid. met. 835 postera depulerant aurorae lumina noctem

---

VARIA LECTIO.

122 Deripiuit *P* Deripuit *Bfp* Diripuit *corr. in* Deripuit *c* (?) Diripuit *m Taur.*, *uterque cod. anonymi in misc. obss.*, *edd.*
123 Incumbunt *f* || cede *Pf* || parentem *c* 124 /undanti (n *eras.*) *f* || perfudit *r* (*supra scr.* ł perfundit) *p Beh.*, *scholiasta Bamb.* || vulnere] ſanguine *Beh.*, *Anglicanus Heinsii*, *margo cod. anonymi*
125 rapta *Bernartius. sed vide Theb.* III 707 IIII 715 *Verg. Aen.* VII 458 '*olli somnum ingens rumpit pavor*' *Lucan.* I 239 '*rupta quies populi*' 126 monſtrif plenuſ *r* || uacuumq. (*supra scr.* uanumq.) *r*
127 Excucienſ *f* 128 tigreſ *P* 129 in maculis *Cruceus*
132 exituſ (c *supra scr. man.* 2) *B* exituſ (c *supra scr. man.* 3) *f*
133 conſummit *r* 134 Et iam] Iam de *δ* || mygdoniſ *P* migdoniiſ *B* 135 Inpulerat *rδ* Expulerat *Laur.* dispulerat *Lachmannus. sed vide Theb.* III 35 136 Rorantiſ *P* Roranteſ *BM* || comeſ *B*
138 Auertit *Taur.* obvertit *Barthius* 139 equo/ (ſ *eras.*) *c*

impleat atque ipsi radios vetet esse sorori,
cum senior Talaionides nec longa morati
Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros
corripuere toris. illos post verbera fessos
exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus; at Inachio tenuis sub pectore regi
tracta quies, dum mente deos inceptaque versat
hospitia, et quae sint generis adscita repertis
fata movet. postquam mediis in sedibus aulae
congressi inque vicem dextras iunxere locumque,
quo serere arcanas aptum atque evolvere curas,
insidunt, prior his dubios compellat Adrastus:
'Egregii iuvenum, quos non sine numine regnis
invexit nox dextra meis, quibus ipse per imbres
fulminibus mixtos intempestumque Tonantem
has meus usque domos vestigia fecit Apollo,
non equidem obscurum vobis plebique Pelasgae
esse rear, quantis conubia nostra procorum
turba petant studiis; geminae mihi namque, nepotum
laeta fides, aequo pubescunt sidere natae.

VARIA LECTIO.

140 radoſ (i *supra* o *scr. man.* 3) *f* 141 talaionideſ *Prc* tala/onideſ (i *eras.*) *B* talaonideſ *fp edd.* thalaoniadeſ *δ* 142 Dircheuſque *P* Dirceuſque *B* || gradu *unus Beh. manu recentiore* || acheloniuſ *f* etholiuſ *δ* 145 ſub pectora *Beh.* 146 Fracta *Beh.*, *Taur.*, *cod. anonymi* fracta *vel* rapta *vel* rupta *Mitscherlichius* (*epist. crit. p.* 59). *at deteriorem vel interruptum fuisse Adrasti somnum etiam adiectivum 'tenuis' significat; nec quicquam offensionis habet elocutio 'quietem trahere', qua utitur Propertius* I 14, 9 || incẽtaque *δ* 147 Hoſpicia *B* || adſita (c *supra* ſ *scr.* B^3) B^1 adſuta *unus Beh.* aſcita *fm* 149 Congreſſu c^1 150 Quo/ (ſ *eras.*) *f* || archanaſ *PBf* || aptumq. (actumque *Taur.*) reuoluere *γδ Taur.* aptumque euoluere *unus Beh.*, *Burmannus* 151 conpellat *B* || adraſtoſ (v *supra* o *scr. man.* 3) *f* 152 iuueneſ $c^2δ$. *vide Theb.* II 483 153 nox atra dextra (*verbum* atra *rescripsit et lineolam sub verbo* dextra *duxit man.* 3) *B* nox dextra *Pc Colb.*, *Lang.*, *Anglicanus Heinsii* nox atra *M edd. vett.* 156 plebiſq. *P* 157 ſne *ante* rear *add.* B^2 || reor cr^2m *edd.* || connubia *M* 158 petant *P* petat *fγ Taur.*, *unus Beh.*, *anonymi cod.*, *Aldd.*; *vide Theb.* I 561 VI 262. 651 VII 806 *Ach.* I 559

quantus honos quantusque pudor, ne credite patri,
et super hesternas licuit cognoscere mensas.
has tumidi solio et late dominantibus armis
optavere viri (longum enumerare Pheraeos
Oebaliosque duces) et Achaea per oppida matres,
spem generis, nec plura tuus despexerat Oeneus
foedera Pisaeisque socer metuendus habenis.
sed mihi nec Sparta genitos nec ab Elide missos
iungere fas generos; vobis hic sanguis et aulae
cura meae longo promittitur ordine fati.
di bene, quod tales stirpemque animosque venitis,
ut responsa iuvent. hic durae tempore noctis
partus honos, haec illa venit post verbera merces.'
  Audierant, fixosque oculos per mutua paulum
ora tenent, visique inter sese ordine fandi
cedere. sed cunctis Tydeus audentior actis
incipit: 'o quam te parcum in praeconia famae
mens agitat matura tuae, quantumque ferentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

163 sq. cf. Verg. Aen. XI 581 sq. multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres optavere nurum

---

VARIA LECTIO.

160 ne] n^{c}·δ nec *commendat Barthius. certe corruptus est locus* 161 agnoſcere *r* 162 armiſ $P^1B^2r^2fc\gamma^1\delta m$ aruiſ *margo* $PB^1r^1p\pi\gamma^2$ *unus Beh., Taur., edd. vett.* 163 Obtauere *f* || longum eſt numerare *γ* || phaereoſ *P* pharaeoſ (phareoſ *f*) *BM edd.* 164 Oebalioſqu/e (a *eras.*) *B* || achea *PB* 165 diſpexerat oencoſ *P* 166 Federa *f* || piſeiſque *PB* piſeuſque *c* Pisaeisve *Lachmannus. vide adn. ad Theb.* III 377 167 Set *π* || ſpartae *π* 168 generi *Lachmannus* || hic] hic/ *B* et *f Beh.* 169 Iura *edd. inde a Gronoviana* 170 Dii B^2f || ſtirpeque P^1 ſtirpeſque *δ* || animoque Pc^1 animoſq. f^1 || uentiſ f^1 171 tempora *P* 172 Partiſ f^1 || post vulnera *Barthius coll. Theb.* I 474 || merciſ *P* 173 oculos] animoſ *unus Beh. a pr. man.* 174 ſeſe (ordi) nefandi *P* 175 ſet *π* || cunctoſ c^1 || tideuſ *B* || audatior *p* audacior *π Taur., Beh., cod. anonymi* 176 quã/te *B* || proeconia *B* praecordia *r* 177 ferentem] faventem *Lachmannus. sed cf. Seneca epist.* 22 '*nec instare fortunae ferenti*'

fortunam virtute domas! cui cedat Adrastus
imperiis? quis te solio Sicyonis avitae
excitum infrenos componere legibus Argos
nesciat? atque utinam his manibus permittere gentis,
Iuppiter aeque, velis, quas Doricus alligat intus
Isthmos et alterno quas margine summovet infra!
non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
saeva nec Eleae gemerent certamina valles,

* * *

Eumenidesque aliis aliae sub regibus, et quae
tu potior, Thebane, queri; nos vero volentes
expositique animis.' hic interfatus et alter
subicit: 'anne aliquis soceros accedere tales
abnuat? exulibus quamquam patriaque fugatis
nondum laeta Venus, tamen omnis corde resedit
tristitia, adfixique animo cessere dolores.
nec minus haec laeti trahimus solacia, quam si
praecipiti convulsa noto prospectet amicam
puppis humum. iuvat ingressos felicia regni

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

179 sq. 'quis ... Argos' schol. Theb. IIII 50 182 sq. cf. Homer. Il. Ω 544 ὅσσον Λέσβος ἄνω, Μάκαρος ἕδος, ἐντὸς ἐέργει καὶ Φρυγίη καθύπερθε. Ovid. met. VI 419 sq. quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo, exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo 184 cf. Claudian. in Prob. et Olyb. cons. 171 sq. ante Thyesteis iterum conterrita mensis intercisa dies refugos vertetur in ortus

---

VARIA LECTIO.

178 cedit fc^2p 179 ſycioniſ *Pf* ſicyoliſ B^1 180 Exitum B^1 ‖ infreneſ *y* ‖ conponere *B* 181 committere *δ* ‖ genteſ *BM* 182 Iupiter equę *f* ‖ intuſ *P* undiſ *BM edd. cf. Theb.* VII 15 *Ach.* I 407. 410 *sq.* 183 Iiiſtmoſ *Bf* ‖ ſubmouet *PM* 184 non] Nec *δ* ‖ interſuſa *δ* ‖ micenaſ Br^1 ł tenebraſ r^2 185 aeleae *P* elaee *B* ‖ uilleſ (a *supra* i *scr. man.* 3) *B. post hunc versum aliquid excidisse arbitror* 186 alię aliiſ $P^1\pi$ 187 potior] poteriſ *cπ* ł potiſ eſ p^2y^2 *Taur.*, *cod.. anonymi*, *unus Beh.* potiſ *alter Beh.* ‖ quaeri *PB* ‖ uolanteſ B^1 188 ſic interſatuſ *PBM edd.* hic interfatus *Lachmannus* 189 Subiicit *M* ‖ ſocioſ c^1 190 patriaqu/e *B*
192 Triſticia *B* ‖ adfixique *PBr* affixique *M* 193 ſolatia *M*
194 Precipiti *f* ‖ notho *f* 195 iugat B^1

omina, quod superest fati vitaeque laborum
fortuna transire tua.' nec plura morati
consurgunt, dictis impensius aggerat omne
promissum Inachius pater, auxilioque futurum
et patriis spondet reduces inducere regnis.
Ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem
advenisse duci generos primisque hymenaeis
egregiam Argian nec formae laude secundam
Deipylen tumida iam virginitate iugari,
gaudia mente parant; socias it Fama per urbes,
finitimisque agitatur agris procul usque Lycaeos
Partheniosque super saltus Ephyraeaque rura.
nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
insilit ac totis perfundit moenia pinnis,
Labdaciumque ducem praemissae consona nocti
territat; hospitia et thalamos et foedera regni

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

203 sq. 'egregiam ... Deipylen' Priscian. inst. II 8, 46 (tom. I p. 72, 19 ed. Hertz) 205 cf. Verg. Aen. IIII 173 extemplo Libyae magnas it Fama per urbes; Ovid. met. VI 146 sq. Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti rumor it, et magnum sermonibus occupat orbem

---

VARIA LECTIO.

196 Omnia *P* 198 Cum ſurgunt *f*¹ || inpenſiuſ *B* 199 auxilioqu/e *B* 200 patris] ṕciiſ *π* || redueſ *f*¹ || reducere *Taur.* 201 orbem *B*¹*π* 202 Aduentaſſe *unus Beh. a prima man.* || hymeniiſ *P* himeneiſ *Bf* 203 argian *Brc Priscianus* argiã *f* argiam *Pm* || laud/e (a *eras.*) *B* 204 Deypilen *Bc* Deiphilen *fpm* 206 Finitimiſ (que *om.*) *Taur.*, *Beh.* || agitatur *om. c* || proculq. (uſ *supra* l *add. B*²) *B*¹ || lyceoſ *P* licaeoſ *B* 207 Parthaenioſque *B* Parthenidoſque *π* Parthemioſque *δ* || ephyreaque *P* ephireaq. *Bf* epireaque *c* 208 ogygiiſ *π* || eadem] '*melius esset* itidem' *Lachmannus* || thebiſ *π* 209 ac *scripsi* haec *PB* (hec *r* hic *δ*) *M* et *Lips.*, *edd.* || perfudit *B*² *Taur.* || pinniſ *PB*¹ penniſ (pęniſ *f*) *M* || motis pervadit *Lachmannus. sed cf. silv.* V 4, 16 *sq.* '*inde veni (scil. Somne) nec te totas infundere pennas luminibus compello meis*' 210 Lapdaciumque *f* || premiſſę *P* praemiſſe *B* 211 hoſpitium *πδ* || et halamoſ *f*¹ || federa *f*

permixtumque genus (quae tanta licentia monstro,
quis furor?) et iam bella canit. diffuderat Argos
expectata dies: laeto regalia coetu
atria complentur, species est cernere avorum
comminus et vivis certantia vultibus aera.
tantum ausae proferre manus! pater ipse bicornis
in laevum prona nixus sedet Inachus urna.
hunc tegit Iasiusque senex placidusque Phoroneus,
et bellator Abas indignatusque Tonantem
Acrisius nudoque ferens caput ense Coroebus,
torvaque iam Danai facinus meditantis imago.
exin mille duces, foribusque inmissa superbis
unda fremit vulgi; procerum manus omnis et alto
quis propior de rege gradus, stant ordine primi.
interior sacris calet et sonat aula tumultu

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

212 sq. cf. Lucan. I 8 quis furor, o cives, quae tanta licentia ferri 214 sq. cf. Ovid. met. V 2 sq. fremida regalia turba atria conplentur 216 cf. Verg. Aen. VI 849 vivos ducent de marmore voltus 218 cf. Verg. Aen. VII 792 caelataque amnem fundens pater Inachus urna

VARIA LECTIO.

212 *maiorem interpunctionem post verbum* genus *habent edd.* 213 Quiſ furor eſt? iam bella canit *PBM edd.* Quis furor? et iam b. c. *Lachmannus* || perfuderat *c* 214 loeto *P* || caetu *B* 215 conplentur *B* 216 Comminuſ *PBf* Cominuſ *M* || era *f* ora $\gamma^2\delta$ *Lipsius elect.* I *cap.* 29 217 perferre *PB* (conferre δ^1 praeferre *Dan.*, *Busl.*) *M* proferre *Bernartius*, *Lindenbrogius*, *Marklandus ad silv.* V 3, 132 || bicorni *P* 218 leuum *f* || *cf. Theb.* VI 274 219 tegit] que tegit δ tangit γ ſequit[2] π || placidusque] ſeniorque δ || phoroneoſ *Bf Dan.* 220 aba *f* 221 capud. P^1 || chorebuſ *r* corebuſ *f*. *cf. Theb.* VI 286 222 facieſ *c* || /imago (h *eras.*) *f* 223 Exhinc *Taur.* || foribuſ cũ inmiſſa *P* foribuſ cum inmiſſa *B* (cũmiſſa γ^1 commiſſa *πρδ Taur.*, *unus Beh. man.* 2) *M edd.* foribuſque inmiſſa *unus Beh. et anonymi*, *Aldd.*, *Heinsius ad Claud.* XV 138, *Lachmannus. mihi legendum videtur* exin mille ducum foribusque inmissa s. u. f. v. *cf. Theb.* III 606 224 unda] Turba *c* | uolgi *P* || manus *om.* B^1f (*sed add. inter lineas* B^2, *in margine* f^1) 225 prop/ior *f* prior eſt δ

femineo; casta matrem cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum undique fusae
foedera conciliant nova solanturque timorem.
ibant insignes vultuque habituque verendo
candida purpureum fusae super ora pudorem
deiectaeque genas; tacite subit ille supremus
virginitatis amor, primaeque modestia culpae
confundit vultus; tunc ora rigantur honestis
imbribus, et teneros lacrimae iuvere parentes.
non secus ac supero pariter si cardine lapsae
Pallas et asperior Phoebi soror, utraque telis,
utraque torva genis flavoque in vertice nodo,
illa suas Cyntho comites agat, haec Aracyntho;
tunc, si fas oculis, non umquam longa tuendo
expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

227 sqq. cf. Claudian. rapt. Pros. II 322 sq. reginam casto cinxerunt agmine matres Elysiae, teneroque levant sermone timores **234** cf. Verg. Aen. IX 251 et voltum lacrimis atque ora rigabat

---

VARIA LECTIO.

227 matrẽ *P* matrem c^1 *lemma schol. Bamb.* matrum *Bfryc*^{2}*p uterque Beh.*, *Taur.*, *Dan.* matreſ *m edd.* || corna f^1 229 Fędera *f* || nova] ſacra *cod. anonymi* || ſolu/nturq. (*prior* u *corr. in* a) *B* 230 habitu uultuque *Beh. uterque* 231 ruborem *y Lips.*, *Laur.*, *Barthius* 232 Effuſaeq. genaſ *δ* || tacitae *Bm* (*Beh. uterque*, *Dan.*) || ſuprema P^1 (e *in exitu verbi add.* P^2) 233 primeque *f* || moleſtia $r^1fc^1\delta$ 234 Confundit *c* Offundit *δ* || ora *om.* f^1 235 iuuer/e *B* || parentes] pavores *Barthius.* et generos lacrimae et iuvere parentes *Lachmannus. nihil mutandum arbitror; sunt enim teneri parentes Tydeus et Polynices*, *novi mariti. cf. silv.* IIII 8, 26 '*se iuveni laetam dat virgo parenti*' 236 cardin/e *B* || *cf. Theb.* I 535 237 Phoebo *scholiasta*, *ut videtur* 238 nodo] cono (*sed* n *expuncta man. al. et supra scr.* đ) *c*, *unde M. Schmidt mus. Rhen.* XX *p.* 459 *coniecit* conno, *i. e.* κόννῳ, *quod ut comprobem tantum abest*, *ut nequeam intellegere. nodus nimirum est coma in vertice capitis substricta* 239 agit *r* || aracintho *Bf* arachinto *r* || *v.* 239 *sq. om.* p^1 240 non/umquam *f* 241 aut] et *δ*

de Iove, mutatosque velint transumere cultus,
et Pallas deceat pharetras et Delia cristas.
Certant laetitia superosque in vota fatigant
Inachidae, quae cuique domus sacrique facultas.
hi fibris animaque litant, hi caespite nudo
nec minus auditi, si mens accepta, merentur
ture deos, fractisque obtendunt limina silvis.
ecce metu subito (Lachesis sic dura iubebat)
impulsae mentes, excussaque gaudia patri,
et turbata dies. innuptam lumine adibant
Pallada, Monychiis cui non Argiva per urbes
posthabita est Larisa iugis; hic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret aetas,
virgineas libare comas primosque solebant
excusare toros. celsam subeuntibus arcem
in gradibus summi delapsus culmine templi,
Arcados Euhippi spolium, cadit aereus orbis,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

242 sq. 'mutatosque . . . cristas' Priscianus inst. XVIII 10, 89 (II 247, 9 ed. Hertz). cf. Claudian. de raptu Pros. II 38 sq. potuitque videri Pallas, si clipeum, si ferret spicula, Phoebe 244 cf. silv. I 4, 13 certant laetitia 252 sq. cf. Verg. Aen. I 15 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo

---

VARIA LECTIO.

242 uelit *m edd. vett.* || mutatoſq.^ue lintranſſumere *P* tranſſumere *rf* 244 lęticia *B* || ſuperoſ (*om.* que) *f* 246 animoque *π* || ceſpite *PM* 247 Ne minuſ *f*¹ || ſi (sic *Barthius*) menſ accepta meretur *BM edd.* merentur *P* 248 obtundunt *δ* || lumina *codex anonymi* 249 dira *m Beh.* 1. 2, *edd.* || iubebat] precatur *δ* 250 Inpulſae *r* || excuſſaquae *B* ł expulſaque *r*² || patri *P* patriſ *B* (patrum *Beh.* 2 uulgi *pδm ex v.* 306) *M edd.* 251 innuptae limina adibant Palladoſ *cod. anonymi* lumine *p Lang.*, *Bernartius* limine *PBM* || adibat *δ*

252 monychiiſ *P* monichiiſ *BM* Munychiiſ *edd.* || per orbeſ *B* Phoronei *Lachmannus* 253 Poſtabita *B* || eſ *r* || lariſa *B*¹ lariſſa *PM* || huic *anonymus* (*obs. misc. tom.* I *p.* 197) 254 iusta *anonymus l. l.* || adoleuerat *c Taur.* 257 delapſuſ *Pδ*² *Lindenbrogius*, *Bentleius* delapſum *BM* 258 heuippi *P* euripi *π Lang.*, *Laur.*, *Taur.*, *Beh.* 1. 2 euchippi *δ* *Lips.*, *Busl.* Euippi *m edd.*

praemissasque faces, festum nubentibus ignem,
obruit, eque adytis simul exaudita remotis
nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.
in regem conversi omnes formidine prima,
mox audisse negant; cunctos tamen omina rerum
dira movent, variisque metum sermonibus augent.
nec mirum; nam tu infaustos donante marito
ornatus Argia geris dirumque monile
Harmoniae. longa est series, sed nota malorum
persequar, unde novis tam saeva potentia donis.
Lemnius haec, ut prisca fides, Mavortia longum
furta dolens, capto postquam nihil obstat amori
poena nec ultrices castigavere catenae,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

265 sq. 'nec . . . geris' Priscianus inst. II 8, 46 (vol. I p. 72, 17 ed. Hertz) 267 sq. cf. Verg. Aen. I 341 sq. longa est iniuria, longae ambages; sed summa sequar fastigia rerum

---

VARIA LECTIO.

259 Premiſſaſq. *f* || feſtum (que *add. inter lineas al. man.*) *c*
260 adi/ (tiſ *supra litteram erasam scr. man.* 2) *B* 261 tu/ba (r *eras.*) *f* || firmare] conferre *cod. anonymi. cf. Theb.* II 11. 586 || graduſ *π* 263 omnia *fc* 264 sermonibus] terroribuſ *Beh.* 1. 2
265 tu/ *B* tum *Prc Beh.* 1. 2 || infeſtoſ *δ*[1] 266 argiua *c* || mou//le (N *supra scr. man.* 2) *B* 267 Harmonię *P* Harmon/ae *B* Hermionę *f Beh.* 2, *schol. Bamb.* Hermione *rp* Hermioneſ *π Taur.*, *unus Beh.* Herminiae *c*[1] (?) Hermoniae *c*[2] Harmione *δ* Armione *Dan.* Harmonieſ *m edd.*, *cf. Theb.* II 272 IIII 206 VII 603 VIII 236 IX 824 X 893 || sed] ſi *f. cf. Theb.* I 9 || *Bernartius probante Lachmanno distinguit sic:* longa est series, sed nota, malorum. *quam distinctionem accipere, deinde autem totam de Harmoniae monili historiam (inde a v.* 268 *ad v.* 398) *eicere tamquam interpositam a vetere interpolatore omnino non me poeniteat. vide prooemia.*
268 Profequar *m edd,* || tam feua *P* ſit tanta *Beh.* 269 haec *PBM* (eſt *π unus Beh.*) hoc (*'decus v.* 272 *sequitur') Schraderus* || prisca fides] *cf. v.* 289 *et Theb.* I 509 || longa *Aldd., Bernartius* 270 capto *om. p*[1] coepto *Heinsius coll. Theb.* XI 536 *et Ovid. epist.* XVI (XVII) 189 *dum novus est, potius coepto pugnemus amori* 'capto *h. e. deprehenso, ut Prop.* II 23, 10' *Lachmannus* || nil *P* || obtat *B*[1] 271 cataene *B*

Harmoniae dotale decus sub luce iugali
struxerat. hoc, docti quamquam maiora, laborant
Cyclopes, notique operum Telchines amica
certatim iuvere manu, sed plurimus ipsi
sudor. ibi arcano florentis igne zmaragdos
cingit et infaustas percussum adamanta figuras
Gorgoneosque orbes, Siculaque incude relictos
fulminis extremi cineres viridumque draconum
lucentes a fronte iubas; hic flebile germen
Hesperidum et dirum Phrixei velleris aurum.
tum varias pestes raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quae pessima ceston
vis probat; haec circum spumis lunaribus unguit
callidus atque hilari perfundit cuncta veneno.
non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
non Decor Idaliusque puer, sed Luctus et Irae

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

275 sq. 'sed . . . sudor ibat' Servius ad Aen. XII 90

VARIA LECTIO.

272 Harmonię *P* Harmionae B^2 Armoniae c^1 Hermione *rp* Hermionę *f* Hermioneſ *π* Harmione *δ* Armione *Dan.* Hermionae *uterque Beh. cf. v.* 267 273 Struxerit *δ* 274 operumtelchyneſ *B* telechineſ *δ* 275 Certati/m *B* Certamen *π* || ipsi] illi *δ. cf. Theb.* III 403 *sq.* 276 ibi] ibat *Servius* || archano *PB* || florentiſ *Bc* florenteſ *PM* || zmaragdoſ *PBr* ſmaragdoſ (ſmaragduſ c^1) *M* || *cf. Theb.* I 210 277 iungit (*vel* vincit *vel* stringit) et infaustae percussum adamanta figurae *Heinsius* (*advers.* II *cap.* 4 *p.* 232) cogit *Burmannus* || infauſtiſ *fc* || adamante B^1 (?) || figuriſ *fc. vide adn. ad Theb.* I 487 279 hesterni cineres *Heinsius l. l.* || drachonum *P*
280 Lucenteſque *c* || hoc π^1 || garmen c^1 281 fryxei *Pr* phrixaei *B*
282 Tunc *π* || auro *cδ Beh.* 1. 2 283 Tiſiphoniſ *P* Tiſyphoniſ *B* Teſiphoniſ *fδ* Theſyphoneſ *c* || cęſtom *P* coeſton *B* || *cf. Theb.* XI 66 284 ſpumiſ circum *c* || ungui/ *B* ungunt (it) *r* ungit *PM*
285 Caliduſ f^1 Palliduſ *c* || atque] ac *δ* || atque hilari] et Scythico *Lachmannus coll.* IIII 505 atque hyali *anon. coll. Verg. georg.* IIII 235. *sed cf. Theb.* III 641 V 201 VIII 191 || perfudit B^1*r* *Taur.*
286 hac c^1 || paſſithea *P* 287 Nec (t non) *r* || decuſ *π cod. anon.* || Idaliusve *Lachmannus*

et Dolor et tota pressit Discordia dextra.
prima fides operi: Cadmum comitata iacentem
Harmonia versis in sibila dira querellis
Illyricos longo sulcavit pectore campos.
improba mox Semele vix dona nocentia collo
induit, et fallax intravit limina Iuno.
teque etiam, infelix, perhibent, Iocasta, decorum
possedisse nefas; vultus hac laude colebas,
heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.
tunc donis Argia nitet vilesque sororis
ornatus sacro praeculta supervenit auro.
viderat hoc coniunx perituri vatis et aras
ante omnis epulasque trucem secreta coquebat
invidiam, saevis detur si quando potiri
cultibus, heu nihil auguriis adiuta propinquis.
quos optat gemitus, quantas cupit impia clades!
digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
arma, quid insontes nati meruere furores?
  Postquam regales epulas et gaudia vulgi
bisseni clusere dies, Ismenius heros
respicere ad Thebas iamque et sua quaerere regna.
quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

297 sq. 'tunc ... auro' Priscianus inst. I 9, 54 (I p. 41, 4 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

288 preuſſit *f* || deſtra *π* 290 Harmonia *PB*¹ Hermiona *B*²*f* *Beh.* 1 Hermione *rπp Beh.* 2 || dura *π* || quaerelliſ *P* quereliſ *M* 291 Illiricoſ *B* || *cf. Theb.* III 290 292 Inproba *B* || ſemeluix *P* 294 deorum *c Beh.* 1. 2, *Lang.*, *Laur.*, *Aldd.* 295 ac *P* 296 largior *Anglicanus Heinsii* 297 Tunc *P Priscianus* Tum *BM* || ui/leſque *B* 298 ſuperueni/t *f* '*f.* cultu superemiuet auri' *Lachmannus. sed cf. Theb.* VII 275 299 coniux *m* 300 omniſ *P* igniſ *B*¹ *Dan.* at oĩſ *B*² *in marg.* omneſ (*vel* oĩſ) *M* || coquebant *P* 302 nichil *c* 303 inpia *P* 305 inſontiſ *π* || furoriſ *f* 306 aepulaſ *P* 307 clauſere *δp unus Beh.* || iſthmeniuſ *P* hiſmeniuſ *Brfp* 308 iamque et] iam iamq. et *π* et iam *m* || querere *B* 309 benigna] *vel* maligna *Anglicanus Heinsii*

fratris, Echionia steterat privatus in aula,
respiciens descisse deos trepidoque tumultu
dilapsos comites, nudum latus omne fugamque
fortunae. namque una soror producere tristis
exulis ausa vias; etiam hanc in limine primo
liquerat et magna lacrimas incluserat ira.
tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
praecipuus ducis, et profugo quos ipse notarat
ingemuisse sibi, per noctem ac luce sub omni
digerit; exedere animum dolor iraque demens
et, qua non gravior mortalibus addita curis,
spes, ubi longa venit. talem sub pectore nubem
consilii volvens Dircen Cadmique negatas
adparat ire domos. veluti dux taurus amata
valle carens, pulsum solito quem gramine victor
iussit ab erepta longe mugire iuvenca,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

313 sq. 'namque ... vias' schol. Theb. XII 405 323 sqq. cf. Verg. georg. III 225 sqq. victus abit longeque ignotis exulat oris multa gemens ignominiam plagasque superbi victoris, tum quos amisit inultus amores; et stabula aspectans regnis excessit avitis; Lucan. II 601 sqq. pulsus ut armentis primo certamine taurus silvarum secreta petit, vacuosque per agros exul in adversis explorat cornua truncis, nec redit in pastus, nisi cum cervice repleta excussi placuere tori; mox reddita victor quoslibet in saltus comitantibus agmina tauris invito pastore trahit

VARIA LECTIO.

311 respiciens] suspirans *Barthius* || deciſſe f^1 abiiſſe *c* diſceſſe *p* *Tollius ex ms. ad Auson. p.* 270 deſiſſe *Taur.* deceſſe *anonymus e ms.* 313 triſtiſ *Pf schol. Theb.* XII 405 triſteſ *BM* 314 hanc] '*f.* haec' *Lachmannus* 315 *cf. Theb.* V 654 XII 318 316 hirariſ *schol. Bamb.* || uultuſ r^1 317 et *om. f* 319 Degerit B^1 || exçedere *B* (c *eras. man.* 3) || /iraque *B* 320 curiſ *P probante Heinsio ad Ovid. her.* II 9 cura *(sed in B latet sub* a *aliud quid) BM* 321 *cf. Theb.* I 322 *sq.* || ueni/ *B* 322 Conſilii *Pp Schraderus* Conſilio *BM* consilio solvens *Barthius* 323 Apparat *M* || veluti cum taurus avita *Heinsius ad Claud. bell. Get.* 410 a/mata *B* 324 pulſiſ ſolido *Beh.* 325 arrepta *p* || longum mugire *Heinsius l. l.* ł migrare P^2

cum profugo placuere tori cervixque recepto
sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus,
bella cupit pastusque et capta armenta reposcit,
iam pede, iam cornu melior, pavet ipse reversum
victor, et attoniti vix agnovere magistri;
non alias tacita iuvenis Teumesius iras
mente acuit, sed fida vias arcanaque coniunx
senserat; utque toris primo complexa iacebat
Aurorae pallore virum 'quos, callide, motus
quamve fugam moliris?' ait 'nil transit amantes.
sentio, pervigiles acuunt suspiria questus,
numquam in pace sopor. quotiens haec ora natare
fletibus et magnas latrantia pectora curas
admota deprendo manu? nil foedere rupto
conubiisve super moveor viduaque iuventa,
etsi crudus amor necdum post flammea toti
intepuere tori; tua me, properabo fateri,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

327 cf. Verg. Aen. XII 104 sq. irasci in cornua temptat arboris obnixus trunco 330 cf. Verg. Aen. XII 717 pavidi cessere magistri 334 sq. cf. Verg. Aen. IIII 296 sq. at regina dolos (quis fallere possit amantem?) praesensit motusque excepit prima futuros 336 cf. silv. III 5, 2 pervigili ducis suspiria cura 338 cf. Hom. Od. υ 13 κϱαδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. silv. II 1, 13 et admoto latrant praecordia tactu 340 cf. Verg. Aen. X 42 nil super imperio moveor 342 sq. cf. Verg. Aen. XII 56 sq. si quis Amatae tangit honos animum

---

VARIA LECTIO.

326 thori *f* 327 fractaeque in pectora *Pcpπ* fractaeque (fractoque *r*) in pectore (corpore *Taur.*) *BM*. *cf. Theb.* VI 271 || quercuſ $P^1B^1r^1$*Dan.*, *Burn.* 258 ł uireſ P^2 ał. uireſ B^2 uireſ *M fortasse ex Verg: Aen.* XII 424 '*atque novae rediere in pristina vires*' 328 paſtuſque *P cod. anonymi* ſaltuſque *BM* (que *om.* δ) *edd.* || rapta *Barthius et anonymus* 329 melior cornu *π* 331 aliuſ f^1 || tacite *P* tacitaſ *Br* tacituſ fc^2 || tumeſiuſ f^1c^1 themeſiuſ δ 332 mente coquit *Heinsius* (*advers.* IIII *cap.* 3, 578) acuit/ *B* 333 conplexa *B* 335 Quamque *c* || nihil *P* 336 quaeſtuſ *B* 337 ornatare (a *supra* o) *P* 338 latrantia PB^1 (*corr. in* iactantia *man.* 2 *vel* 3) pr^2 iactantia *M* 339 dependo f^1 || nihil *P* 340 Conubiiſque (*sed* que *man. al. in ras. et supra scr.* ue *man. pr.*) *c*

tangit, amate, salus. tune incomitatus, inermis
regna petes? poterisque tuis decedere Thebis,
si neget? atque illum sollers deprendere semper
Fama duces tumidum narrat raptoque superbum
difficilemque tibi; necdum consumpserat annum.
me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos,
aut avium lapsus, aut turbida noctis imago
terret, et a, memini, numquam mihi falsa per umbras
Iuno venit. quo tendis iter? ni conscius ardor
ducit et ad Thebas melior socer.' hic breve tandem
risit Echionius iuvenis tenerumque dolorem
coniugis amplexu solatur, et oscula maestis
tempestiva genis posuit lacrimasque repressit:
'Solve metus animo, dabitur mihi, crede, medentum
consiliis tranquilla quies; te fortior annis
nondum cura decet. sciat haec Saturnius olim

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

356 sq. 'dabitur ... tranquilla dies' Priscianus inst. VII 16, 75 (I 351, 16 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

343 Angit amata (amate *c*) ſaluſ *PBM* angit, amate, salus *Schraderus* tangit, amate, salus *Bentleius* 344 petiſ *P* petenſ *B* || poteriſne *π et malit anonymus* || excedere $π^1$ diſcedere $π^2$ deſcendere *cod. anonymi* 345 atque] ac *δ* atqui *Bernartius et Lachmannus* || dephendere *P* reprendere *Lachmannus* 346 ducem *unus Beh.* || ſuperbim *f* 347 nedum *Beh.* || conſumpſerit *δ Lips.* cum necdum insumserat annum *Barthius* 348 exta *in ras. f* 349 lapſoſ *B* 350 Terr&et a,memini (h *supra*) *P* Territet a.memini (a *et* h *supra scr.* 3 *man.*) *B* Territet ha *r* Territat ah (*vel* ha) *M* || numquid mihi *Taur.* || *cf. Theb.* V 621 351 niſi conſciuſ *π unus Beh.* inconſciuſ *Taur.* quo conſciuſ *m* num conscius *autumat Kochius* (*coniect.* II *p.* 9) 353 dolorem] pudorem *Taur. et unus Beh. pro v. l.* 354 ſolatuſ B^1*r* 355 ponit *Taur.* 356 *sq.* dabitur, mihi crede, merentum (merentium *B*) Conſiliiſ tranquilla dieſ *PBM edd., Priscianus* meorum consiliis *Barthius* medentum c. t. quies *Schraderus. cf. v.* 554 *et Theb.* III 388 *sq.*

fata parens, oculosque polo demittere si qua
Iustitia et rectum terris defendere curat:
fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
coniugis et geminas ibis regina per urbes.'
Sic ait, et caro raptim se limine profert.
Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido
aequantem curas (tantus post iurgia mentes
vinxit amor), socerumque adfatur tristis Adrastum.
fit mora consilio, cum multa moventibus una
iam potior cunctis sedit sententia, fratris
pertemptare fidem tutosque in regna precando
explorare aditus. audax ea munera Tydeus
sponte subit, nec non et te, fortissime gentis
Aetolum, multum lacrimis conata morari
Deipyle, sed iussa patris tutique regressus
legato iustaeque preces vicere sororis.
Iamque emensus iter silvis ac litore durum,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

359 sq. cf. Verg. Aen. I 603 sq. siqua pios respectant numina, siquid usquam iustitia est et mens sibi conscia recti 362 cf. Verg. Aen. II 578 partoque ibit regina triumpho; Ovid. epist. XV 331 ibis Dardanias ingens regina per urbes 365 cf. Verg. Aen. VI 474 respondet curis aequatque Sychaeus amorem 374 cf. Ovid. met. I 377 sq. si precibus ... numina iustis victa remollescunt 375 cf. Verg. Aen. VII 160 Iamque iter emensi; ibid. XI 244 atque iter emensi

---

VARIA LECTIO.

359 Facta *δ* || oculo^{s}q. *P* || dimittere (demittere *cod. anonymi*) ſi quoſ *PBM* si qua *Bernartius* 360 Iuſticia *B* || in terriſ *Rehd.*
363 a/it *f* || raptum *f* 364 coeptis iam] conceptat *δ*
366 Vincxit *B* Lunxit *δ* || adfatur *PBr* affatur *M* 367 Fit mora *PBM schol.*, *edd.* (Nec mora r^1f^1) *an* haut mora? *cf. Theb.* I 533 || ł concilio r^2 || tum *cod. anon.* 368 Nam *Brfc Taur.*, *cod. anon.* || ſedet hec *π* fratriſ ſententia ſedit *p* 369 Pertemptare $PBpf^3$ Pertentare *M* Praetentare *m Heinsius* (*ad Claud. Ruf.* II 477). *cf. Theb.* III 381 || totoſque c^2 || praecando *P* p̃cando *B* uocando *c*
370 munerad *B* ł munia f^2 371 ſubi/t (i *eras.*) *f*
372 morari eſt *m* 373 Deipile *P* Deypyle *B* Deiphile *M* || receſſur *δ* 374 ſororeſ (e *corr. in* i) *B* 375 remenſuſ *Taur. cf. Theb.* III 324

qua Lernaea palus ambustaque sontibus alte
intepet hydra vadis, et qua vix carmine raro
longa sonat Nemea nondum pastoribus ausis,
qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros
Sisyphiique sedent portus irataque terrae
curva Palaemonio secluditur unda Lechaeo;
hinc praetervectus Nisum et te, mitis Eleusin,
laevus abit, iamque arva gradu Teumesia et arces
intrat Agenoreas; ibi durum Eteoclea cernit
sublimem solio saeptumque horrentibus armis.
iura ferus populo trans legem ac tempora regni
iam fratris de parte dabat; sedet omne paratus
in facinus queriturque fidem tam sero reposci.
  Constitit in mediis (ramus manifestat olivae
legatum) causasque viae nomenque rogatus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

388 'queriturque ... reposci' Priscian. inst. XV 3, 11 (II 69, 16 ed. Hertz) 389 sq. 'ramus ... legatum' Eutych. de disc. coni. lib. II (Putsch. p. 2185)

VARIA LECTIO.

376 Lernęa *B* Lernea *PM edd.* || fontibuſ *c* 377 hy dra (r *suprascr.*) *P* 378 Longa] *an* larga *scribendum, quod oppositum 'carmini raro' pertineat ad verbum* ausis? || Nemeę *P* Nemee *δ* 379 Qua latuſ ephireo eooſ ſe uertit in euroſ *cod. anonymi, unde ille coniecit* Qua latus Eoos Ephyres emergit (*vel* se vertit) in Euros *vel* Et latus Eoos Ephyres qua vergit ad Euros. eo oſephyreſ *Bf* eooſ zephiroſ *p* || uerxit (g *suprascr.*) *P* uertit *Beh., Anglicanus Heinsii* || auroſ c^1 380 Siſyſiique *P* Siſyphyique *B* Siſypheique *m edd.* || intrataque *Heinsius* (*advers. p.* 237) 381 Palemonio *Pf* Palaemonia *π* || ſecluditur (cluditur *in ras. a* 3. *m.*) *f* || lecheo *P* licheo *BM* (liceo *πδ*) 382 preteruectuſ *B* || eluſin f^1 eleuſiſ $r^2π$ eleuſi *Taur.* 383 abit *PB* habet *M edd. ex Theb.* I 384 || gradu *om. P* || tumeſia c^1 *ut v.* 331 384 ubi *cπ* || dirum *π* || etheoclea *fm edd. vett.* eteocla *c* etheoclia *Beh.* 385 ſeptumque *PM* 386 ferenſ B^2m || ac] et *π Beh.* 387 ſed etomne *B* ſet (de *suprascr.*) et omne *π* 388 queriturque *P* || fera *δ* 389 in medio *Taur.* || ramo *Bfc Taur.* manifeſtat ramuſ *δ* ramo confessus *Barthius* 390 cauſamque *c Taur.*

edidit; utque rudis fandi pronusque calori
semper erat, iustis miscens tamen aspera coepit:
'si tibi plana fides et dicti cura maneret
foederis, ad fratrem completo iustius anno
legatos hinc ire fuit teque ordine certo
fortunam exuere et laetum descendere regno,
ut vagus ille diu passusque haut digna per urbes
ignotas pactae tandem succederet aulae.
sed quia dulcis amor regni blandumque potestas,
posceris, astriferum iam velox circulus orbem
torsit et amissae redierunt montibus umbrae,
ex quo frater inops ignota per oppida tristes
exul agit casus; et te iam tempus aperto
sub Iove ferre dies terrenaque frigora membris
ducere et externos summissum ambire penates.
pone modum laetis; satis ostro dives et auro
conspicuus tenuem germani pauperis annum
risisti; moneo, regnorum gaudia temet
dedoceas patiensque fugae mereare reverti.'

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

392 cf. Sidonius Apollin. carm. II 439 sq. paulum illa silens atque aspera miscens mitibus haec coepit 406 'satis . . . auro' Servius ad Aen. II 22; cf. Verg Aen. IIII 134 ostroque insignis et auro

---

VARIA LECTIO.

392 cepit *P* 393 Si/ *B* plena *δm* || ſi dicti cura *m* atque icti cura *Gudius ad Phaedr.* I 31 395 certo] recto *c* 396 diſcedere *p Taur.*, *Beh.* 1. 2, *Lachmannus. cf. Theb.* I 317 '*decedere regno*' 397 paſſuſqu/e *B* paſſuſ (que *om.*) *Taur.* || aut *B*[1] (h *supra scr.* *B*[2]) haud *PB*[3]*M* 399 plandumque *f* 400 uelox iam *pm edd.* || orbem] annum *Beh.* 401 Torſerit et *π* || amiſe *f*[1] admiſſae *cod. anon.* || montibus] uallibuſ *Lips.* 402 ignota] terrena *δ*[1] *ex v.* 404 403 cauſaſ *c* || aperto *P Lips.* apertoſ *BM* 404 fere *c*[1] 405 pęnateſ *P* 406 laetiſ *B*; *cf. v.* 688 *Theb.* X 334 || oſtro d. et auro *PBM Servius* auro d. et oſtro *m edd. cf. Theb.* I 517 409 Dedoceaſ (ed *om. man.* 1, *sed add. man.* 2) *B* || patienſqu/e *B* pacienſque *f*

Dixerat. ast illi tacito sub pectore dudum
ignea corda fremunt, iacto velut aspera saxo
comminus erigitur serpens, cui subter inanes
longa sitis latebras totumque agitata per artus
convocat in fauces et squamea colla venenum:
'Cognita si dubiis fratris mihi iurgia signis
ante forent, nec clara odiorum arcana paterent,
sufficeret vel sola fides, qua torvus et illum
mente gerens, ceu saepta novus iam moenia laxet
fossor et hostiles inimicent classica turmas,
praefuris. in medios si comminus orsa tulisses
Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos,
parcior eloquio et medii reverentior aequi
inciperes. neque te furibundae crimine mentis
arguerim; mandata refers. nunc omnia quando
plena minis, nec sceptra fide nec pace sequestra
poscitis, et propior capulo manus, haec mea regi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

425 cf. Verg. Aen. XI 133 pace sequestra 426 sq. cf. Verg. Aen. VII 267 vos contra regi mea nunc mandata referte; id. ibid. XII 75 sq. nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno haut placitura refer

VARIA LECTIO.

410 ſupectore (b supra) *P* 411 fremẽt *P* || velud *r* 412 ėrgitur *f*[1] 413 latebras] tenebraſ *c* || totumque *P* totoſque *BM edd.* 414 et quamea (ſ supra) *B* et ſuamea (q supra) *f* 416 clare *Barthius* || archana *B* 417 quam ſeruo ſed *P* quam toruuſ et *Brf*[1]*πδ Beh.* 1. 2, *Lang.* qua/ (in *eras.*) torruuſ et *fc* qua *scholiasta pπm Taur.*, *edd.* ł qui *f*[2] quum *Gronovius* 418 geriſ *pπδc*[2] *Taur.*, *cod. anonym.* || caeu *B* || ſepta *PBM* ſcepta *c* || novus] nocens *Barthius* 419 inmiſcent *π unus Beh. pro v. l.* inuitent *Taur. a m.* 2 420 Preſuriſ *Pf* Perſuriſ *Lips.* || ora *δ*[1], *quod malit anonymus coll. Theb.* I 641 *et Verg. Aen.* III 490 '*sic ora ferebat*'; *sed cf. Valer. Flacc.* V 470 '*talia miranti propius tulit orsa tyranno*' 421 Biſthonaſ *PB* 422 eloquio *Ppπ Beh.* 1. 2, *cod. anon.* alloquio *BM schol. cf. Theb.* I 190 423 nec *δ schol. Bamb.* || menteſ (i supra) *c* 424 nunc] ł ſunt *P*[2] || omna (i supra) *P* 426 capulo propior *m edd.* propior capulo eſt *π*

Argolico, nondum aequa tuis, vice dicta reporta:
quae sors iusta mihi, quae non indebitus annis
sceptra dicavit honos, teneo longumque tenebo.
te penes Inachiae dotalis regia dono
coniugis, et Danaae (quid enim maioribus actis
invideam?) cumulentur opes, felicibus Argos
auspiciis Lernamque regas; nos horrida Dirces
pascua et Euboicis artatas fluctibus oras,
non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden. tibi larga (Pelops et Tantalus auctor)
nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto
Iuppiter. anne feret luxu consueta paterno
hunc regina larem? nostrae cui iure sorores
anxia pensa trahant, longo quam sordida luctu
mater et ex imis auditus forte tenebris
offendat sacer ille senex. iam pectora vulgi
adsuevere iugo; pudet heu! plebisque patrumque,
ne totiens incerta ferant mutentque gementes
imperia et dubio pigeat parere tyranno.
non parcit populis regnum breve; respice, quantus
horror, et attoniti nostro in discrimine cives!
hosne ego, quis certa est sub te duce poena, relinquam?
iratus, germane, venis. fac velle, nec ipsi,
si modo notus amor meritique est gratia, patres

VARIA LECTIO.

427 Arcolico *f*[1] || aequata vice *Barthius probante Dubnero* 429 logumqu/e *B* aeternumque *Lips.*, *Venett.* 430 p/encſ *B* || dotalis] regaliſ *unus Beh. a pr. m.* 431 danae *Bc* dan,e (e *supra scr.* 3. *m.*) *f* || maioribus] melioribuſ *pm* 432 Inuidiam *P* 434 horaſ *B* 435 indignanti *c* 436 pelophſ *B* || actor *π* 437 propriorque *P* prop/iorque (r *eras.*) *f* || fluit *δ* *Heinsius* (*ad Claud.* XII 22) 439 Huc *P* || larem et *δ* || iurae *P* 440 trahunt *δ* 441 tenebris] latebriſ *Taur.* 442 ſacer *Pm* ſocer *BM scholiasta* || uolgi *P* 443 Adſueuere *PBr* Aſſueuere *M* huic suevere *Barthius* 444 tocienſ *B* || *cf. Theb.* I 174 *sq.* 445 tiranno *B* 447 in *om. p* 448 Hoſ (ne *om.*) *rf Beh.* 1. 2 || reliquã (N *supra*) *P* 450 sic mihi notus amor *Lachmannus*

reddere regna sinent.' non ultra passus, et orsa
iniecit mediis sermonibus obvia: 'reddes',
ingeminans, 'reddes; non si te ferreus agger
ambiat aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat, nil tela nec ignes
obstiterint, quin ausa luas nostrisque sub armis
captivo moribundus humum diademate pulses.
tu merito; ast horum miseret, quos sanguine vilis
coniugibus natisque infanda ad proelia raptos
proicis excidio, bone rex. o quanta Cithaeron
funera sanguineusque vadis, Ismene, rotabis!
haec pietas, haec magna fides! nec crimina gentis
mira equidem duco; sic primus sanguinis auctor
incestique patrum thalami; sed fallit origo.
Oedipodis tu solus eras, haec praemia morum
ac sceleris, violente, ferens; nos poscimus annum.
sed moror.' haec audax etiamnum in limine retro
vociferans iam tunc impulsa per agmina praeceps

VARIA LECTIO.

451 regna] magna r^1 || non] nec *rc Taur.* 452 iniecit Tydeus *Marklandus* (*ad silv.* V 5, 24) 453 Ingemina/t *B* Ingeminat *PM* Ingeminanſ *Beh.* 2 *et Marklandus l. l.* || ager rf^1 *Harl.* 2474. 2498

454 alius *Schraderus* || carmin/e *B* camine f^1 || m$\overset{u}{a}$roſ *P* 455 Anphion *B* || igneſ *in ras.* 3. *man. f* 456 Obſtiterunt *r* 458 horum] hō.nū *π* || uileſ *BM* 459 raptuſ *P* 460 citheron *PB*

461 ſanguineuſque *PBfp* ſanguineiſque *M edd.* || hiſmene· *f* 462 *cf. Theb.* V 627 || nec] non *δ* 463 Mirequidem $P^1B^1f^1$ Mira quidem $B^2rcf^2δ$ *Beh.* || ſi B^1 (c *addidisse videtur* B^2) *rfπ· Beh.* ſed *cδ* || primi *m* dirus *mavult anonymus. sed lectio* primus *retinenda est; agitur enim hic de Cadmo* · 464 sed] nec *δ Lips. m*

465 Oedipodeſ *PBM edd.* Oedipodiſ *(scil. filius) anonymus* || eriſ *pm* || haec] '*f.* sed' *Lachmannus. ipse autem malui versu sequente verbum* feres *emendare in* ferēns *et invito scholiasta, qui totam sententiam perverse interpretatur,* haec praemia morum ac sceleris *ita accipere, ut referantur ad perpetuum Eteoclis regnum.* || premia *B* 466 ac] Et *δ* Acceleriſ f^1 || fereſ *PBM edd.* 467 /etiamnum *B* || retro] regiſ $Pπp^2$ *m edd. vett.* 468 inpulſa *r* || precepſ *B*

evolat. Oeneae vindex sic ille Dianae
erectus saetis et aduncae fulmine malae,
cum premeret Pelopea phalanx, saxa obvia volvens
fractaque perfossis arbusta Acheloia ripis,
iam Telamona solo, iam stratum Ixiona linquens
te, Meleagre, subit; tibi demum cuspide lata
haesit et obnixo ferrum laxavit in armo.
talis adhuc trepidum linquit Calydonius heros
concilium infrendens, ipsi ceu regna negentur,
festinatque vias ramumque precantis olivae
abicit. attonitae tectorum e culmine summo
prospectant matres, saevoque infanda precantur
Oenidae tacitoque simul sub pectore regi.
Nec piger ingenio scelerum fraudisque nefandae
rector eget. iuvenum fidos, lectissima bello
corpora, nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
sollicitat dictis, nocturnaque proelia saevus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

469 cf. Ovid. met. VIII 272 sus erat infestae famulus vindexque Dianae 470 cf. Ovid. met. X 550 fulmen habent acres in aduncis dentibus apri

VARIA LECTIO.

469 oenace *B* oeneuſ *π*¹*δ* *Taur.* oeneo *Dan.* oenideſ *Beh.* 1. 2 *m* 470 Ereptuſ *unus Beh.* || ſetiſ *M* || fulmin/emalae *B* 471 petopea *P* pelopeia *π* *Taur.*, *cod. anon.* || uol,ēnſ (v *supra scr.* 3. *m.*) *f* uolue// *c* torquenſ *δ* 473 ſola *B*¹ 474 ſubiit *f* || tibi *Pδ* ibi *BM* 475 Heſit *f* || laxavit] quassavit *Lachmannus; sed cf. silv.* V 1, 199 '*nunc ferrum laxare cupit*' *Theb.* VII 353. obnixos *f.* l. in armos *Barthius* 476 linquid *P* linquit *pδπm* liquit *BM* || haeroſ *B* 477 Conſilium *Taur.*, *Beh.* 1. 2, *cod. anon.* || regna] ſceptra *Lang.* 478 praecantiſ *PB* 479 c limine *P* et culmine *B* e culmine *c unus Beh.* ex culmine *M edd.* 480 Aſpectant *P* || ſaeuoqu/e *B* ſeuoque *f* || praecantur *P* 482 ſcelerumq̃. *P* ſceleriſ *π* || fraudiſqu/e *B* || nefando *δ* 483 eget/ *B* || laetiſſima *Taur.* fortissima *Barthius* 484 corpora] Pectora *pδ* *Barthius*, *Heinsius* (*ad Ov. fast.* V 71); *sic Theb.* IIII 152 || prętio *P* || nunc exhortantibuſ *c* nunc ille hortatibuſ *cod. anon.* 485 Sollitat *f*¹ || nocturnaqu/e *B* || ſacuiſ *B*

instruit, et (sanctum populis per saecula nomen)
legatum insidiis tacitoque invadere ferro
(quid regnis non vile?) cupit. quas quaereret artes,
si fratrem, Fortuna, dares? o caeca nocentum
consilia! o semper timidum scelus! exit in unum
plebs ferro iurata caput, ceu castra subire
apparet aut celsum crebris arietibus urbis
inclinare latus. densi sic agmine facto
quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
macte animi, tantis dignus qui crederis armis!
  Fert via per dumos propior qua calle latenti,
praecelerant densaeque legunt compendia silvae.
lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis
faucibus urgentur colles, quas umbra superne
montis et incurvis claudunt iuga frondea silvis;
insidias natura loco caecamque latendi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

486 cf. Verg. Aen. VI 235 aeternumque tenet per saecula nomen 492 cf. Verg. Aen. II 492 ariete crebro 493 cf. Verg. Aen. I 82 velut agmine facto 494 cf. Verg. Aen. XII 122 agmina se fundunt portis 496 cf. Verg. Aen. VIII 594 sq. olli per dumos, qua proxuma meta viarum, armati tendunt 498 sqq. cf. Verg. Aen. XI 522 sqq. est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi armorumque dolis, quam densis frondibus atrum urget utrimque latus, tenuis quo semita ducit angustaeque ferunt fauces aditusque maligni. hanc super in speculis summoque in vertice montis planities ignota iacet tutique receptus

VARIA LECTIO.

486 ſecula *B* 487 tacitoqu/e *B* 488 cupit] ł putat $r^2 f^3$ || quęret *P* quereret *B* || arceſ *c* 490 o tumidum ſemper *unus Beh.*

491 capud *P* 492 arietatibus *Gruterus probante Gronovio. de antepaenultima verbi* arietibus *producta vide quaestiones Statianae p.* 21 *et Luciani Muelleri de re metr. poet. lat. p.* 352 *sq.* 493 latus] caput *c* 494 altis] *an* artis? *cf. Theb.* VIII 352 X 10 || in agmine π 495 animiſ δ 496 *distinctionem, quam collocant edd. post verbum* propior, *posui in fine versus.* Per dumoſ propior qua fert via calle latenti *Taur.* quo *f unus Beh.* || ualle *Anglicanus Heinsii* || *cf. Theb.* IIII 797 sqq. 497 Precelerant *f* || denſęqu/e *B* || ſil/uae (l *eras.*) *f* 498 doluſ *c* 499 urguentur *r* || quoſ *PBM* quas *scripsi* || ſuperni *PBM* superne *scripsi. cf. Theb.* V 153 *sq.* 501 latendi *PBM* nocendi *Anglicanus Heinsii* latenti *Lachmannus*

struxit opem; medias arte secat aspera rupes
semita, quam subter campi devexaque latis
arva iacent spatiis. contra importuna crepido,
Oedipodioniae domus alitis; hic fera quondam,
pallentis erecta genas suffusaque tabo
lumina, concretis infando sanguine plumis
reliquias amplexa virum semesaque nudis
pectoribus stetit ossa premens visuque trementi
conlustrat campos, si quis concurrere dictis
hospes inexplicitis aut comminus ire viator
audeat et dirae commercia iungere linguae.
nec mora, quin acuens exertos protinus ungues
liventisque manus fractosque in vulnere dentes
terribili adplausu circum hospita surgeret ora.
et latuere doli, donec de rupe cruenta
heu! simili deprensa viro, cessantibus alis,
tristis inexpletam scopulis adfligeret alvum.
monstrat silva nefas, horrent vicina iuvenci
gramina, damnatis avidum pecus abstinet herbis.

VARIA LECTIO.

502 Strinxit $f^{1}B^{3}$ || mediaſq. *Pm* || ſecataſp.arupeſ (.er *supra*) *P* 503 campiſ *δ* 504 ſpaciiſ *B* || contra] ac *c* || inportuna *r* 505 Oedipodioniac *Pm* Oedipodioni/dc *(ultima* i *in ras.* 3. *man.) B* Oedipodionidae (*vel* Oedipodionide) *M* || hinc *c* || condam B^{1} 506 Pallentiſ *Bf* Pallenteſ (Squalenteſ *unus Heinsii*) *PM* || erepta *Beh.* || ſuffuſaqu/e. *B* 507 Limina *f* 508 Reliquiaſ *PBf* Relliquiaſ *M* 509 tremenſ *c* || frementi *P Rehd.* trementeſ *δ Taur.*, *anonymus* trementis *Lachmannus; qua in emendatione displicet mihi ablativus* visu, *qui adiectivo suo privatus plane languet. itaque si quid mutandum, qua de re dubitabit qui comparaverit Theb.* XI 532, *malim scribere* tremendo (*cf. v.* 732) 510 Conluſtrat *PBrπ* Colluſtrat (Colluſtranſ *Taur.*) *M* || campiſ p^{1} 511 cōminiſ *P* || ireuator *B* 512 durae *δm* || commertia *P* 514 Liuentiſque *PBf* Liuenteſque *M* || uulnera *P* (*cf. v.* 327) 515 adplauſu *PBr* applauſu *M* || ſurget f^{1} || /ora *B* 517 deprensa] depulſa *cod. anonymi* || ceſantibuſ (ſ *supra scr.* m. 2) *B* || aleſ *B* al/iſ *f* 518 adfligeret *PBr* aſſligeret (affigeret c^{1} *Beh.* 1. 2) *M* 520 dampnatiſ *f* damnatiſque *Anglicanus Heinsii et Marklandus* (*ad silv.* V 3, 147)

non Dryadum placet umbra choris, non commoda sacris
Faunorum, diraeque etiam fugere volucres
prodigiale nemus. tacitis huc gressibus acti
deveniunt, peritura cohors, hostemque superbum
adnixi iaculis et humi posita arma tenentes
expectant densaque nemus statione coronant.
Coeperat umenti Phoebum subtexere palla
Nox et caeruleam terris infuderat umbram.
ille propinquabat silvis et ab aggere celso
scuta virum cristasque videt rutilare comantis,
qua laxant rami nemus adversaque sub umbra
flammeus aeratis lunae tremor errat in armis.
obstipuit visis, ibat tamen, horrida tantum
spicula et inclusum capulo tenus ádmovet ensem.
ac prior ‘ unde, viri, quidve occultatis in armis?’

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

527 cf. Martianus Capella lib. II (31, 27 sq. Eyss.) et iam tunc roseo subtexere sidera peplo coeperat 529 sqq. cf. Verg. Aen. IX 371 sqq. iamque propinquabant castris murosque subibant, cum procul hos laevo flectentis limite cernunt et galea Euryalum sublustri noctis in umbra prodidit inmemorem radiisque adversa refulsit. haut temere est visum. conclamat ab agmine Volcens: state, viri. quae causa viae? quive estis in armis? quove tenetis iter? nihil illi tendere contra

VARIA LECTIO,

521 d/riadum *Bf* || ſ/c/ſ *B* 522 Fa^{v}/norum *B* 525 Adnixi *Pfπ* Adnexi (e *corr. in* i) *B* Annexi *c* Annixi *m* || tent^{en}eſ *P* 526 denſa/-que *c* || ſtacione *B* 527 ^{h}umenti *P* humenti *BM* || phebum *f* ‘*melius dixisset* caelum *subtexere*’ *anonymus;* ‘*sic silv.* III 1, 127 ‘*nocturna caelum subtexitur umbra*’ *Theb.* I 346 III 416 V 527. *sed cf. Lucan.* I 15 ‘*nox ubi sidera condit*’ *Theb.* I 97 IX 27 X 1 528 ceruleam *PB* 529 agere B^1 530 Scuta uidet criſtaſque uirum rutilare *δ* criſtaſque *Pm edd. vett. (sic Theb.* IX 698 *et Verg. Aen.* III 468 ‘*cristasque comantis*’) galeaſque *BM. cf. Verg. Aen.* II 391 *sq.* ‘*comantem Androgei galeam*’ || conantiſ B^1 comantiſ B^2fc comanteſ *PM* 531 qua laxat ramos nemus *Barthius* || aduerſęque *f* || umbraſ *f* 532 eratiſ *f* 533 Obſtipuit Pr^1 *schol. Bamb.* Obſtupuit *BM* || uiſuſ *c* || tantum] contra *Taur.* 534 excluſum *δ* || admonet Bf^1 *cod. anonymi* *v.* 535 *om.* f^1, *sed add. inter lineas* f^2 || quodue r^1f

non humili terrore rogat. nec reddita contra
vox, fidamque negant suspecta silentia pacem.
ecce autem vasto Chthonii contorta lacerto,
quo duce freta cohors, fuscas intervolat auras
hasta, sed audenti deus et fortuna recessit.
per tamen Olenii tegimen suis hirtaque saetis
terga super laevos umeros vicina cruori
effugit et viduo iugulum ferit inrita ligno.
tunc horrere comae sanguisque in corde gelari.
huc ferus atque illuc animum pallentiaque ira
ora ferens, nec tanta putat sibi bella parari.
'ferte gradum contra, campoque erumpite aperto.
quis timor audendi, quae tanta ignavia? solus,
solus in arma voco.' nec in his mora; quos ubi plures,
quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
hos prodire iugis, illos e vallibus imis
crescere, nec paucos campo, totumque sub armis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

549 cf. Verg. ecl. III 52 in me mora non erit ulla

VARIA LECTIO.

536 nec credita *P* 537 fidemque *r* 538 chromi *P edd-vett.* chronii *BM* (cromii *δ Taur.*, *cod. anonymi*) Chthonii *Gronovius recte coll.* III 170 IIII 597. *Chthonius nomen est uni e Spartis apud Apollodorum* III 4, 1, 5 *et Pausan.* IX 5, 3 chronii uaſto *f* 539 auras] umbraſ *Taur. et cod. anon.* 541 Olenei tegmen *Taur.*, *m* teg/men *f* || atraque *PBM* hirtaque *Heinsius ad Ovid. met.* VIII 281 *approbante P. Burmanno ad Ovid. met.* III 64. *cf. Theb.* IIII 364 || ſetiſ *BM* 542 leuoſ *PB* || humeroſ *BM* uicina cruori,umeroſ *P* 543 i/rita (r *supra litt. eras. scr.* 3. *m.*) *B* irrita *M* 544 corda *PB* 545 Huc fera ac *δ* 546 gerenſ *unus Beh.* || putanſ *cod. anon.* || sibi *om. Taur.* 547 contra] dixit *c* 549 uocor $fr^2\delta$ || neque in hiſ *Pδ* neque hiſ (in *om.*) *BM* nec in his *scripsi; vide quaestiones Statianae p.* 13 *et mus. Rhen.* XVIII *p.* 195 551 prodire] deire *P* · *probante Gronovio* exire r^2 *Burn.* 257, *Harl.* 2463 || in uallibuſ *π* 552 nec campo paucoſ *Beh.* 2

conlucere iter, ut clausas indagine profert
in medium vox prima feras, quae sola medendi
turbata ratione via est, petit ardua dirae
Sphingos et abscisis infringens cautibus uncas
exuperat iuga dira manus, scopuloque potitus,
unde procul tergo metus et via prona nocendi,
saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
vertere humo murisque valent inferre iuvenci,
rupibus avellit; dein toto sanguine nixus
sustinet, inmanem quaerens librare ruinam,
qualis in adversos Lapithas erexit inanem
magnanimus cratera Pholus. stupet obvia leto
turba superstantem atque emissi turbine montis
obruitur; simul ora virum, simul arma manusque
fractaque commixto sederunt pectora ferro.
quattuor hic adeo deiecti mole sub una
congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
excutitur coeptis. neque enim temnenda iacebant
funera: fulmineus Dorylas, quem regibus ardens

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

571 sq. cf. Verg. Aen. VI 130 ardens . . . virtus

VARIA LECTIO.

553 Conlucere *PBr* Collucere *M* 554 nox *cod. anon.* 555 dire *P* 556 abſciſiſ *Prf* abciſiſ *B* abſciſſiſ (abciſſiſ *π* abſiſſiſ *Taur.*) *M edd.* || infrangenſ *cod. anon.* inſigenſ *unus Beh. a sec. man.* impingens *Lachmannus. sed cf. Ach.* I 575 557 Exſupe-rat *P* || dura *π cod. anon., unus Beh.* || p°&ituſ *P* 559 plena] bina *c. cf. Theb.* X 511 560 humum duriſque *P* muriſqu/e *B* 561 euellit *P cod. anon.* || dehinc *δ Taur.* || sanguine] corpore *δ* niſuſ *Anglicanus Heinsii* 562 inmanem *PB* immanem (immenſam *c*) *M* || uibrare *Taur.* 563 lapitaſ *P* labithaſ *B*[1] laphitaſ *f* 564 c[r]atera *P* || lęto *P* loeto *f* 565 ſuper ſtantem *edd.* 566 ora] or/ *B* arma *unus Beh.* || arma] ora *Pp*[1] *unus Beh.* v. 568 *om. sed add. in infima pagina P* Quatuor *f* || diſiecta *P* diſiecti *p Lachmannus* 570 ceptiſ *Pf* || nec enim *c* || tem/-nenda *B*

aequabat virtus, Martisque e semine Theron
terrigenas confisus avos, nec vertere cuiquam
frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis,
Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
Bacche, genus. quorum ut subitis exterrita fatis
agmina turbata vidit laxare caterva,
quae duo sola manu gestans adclinia monti
fixerat, intorquet iacula et fugientibus addit.
mox in plana libens, nudo ne pectore tela
inciderent, saltu praeceps defertur et orbem,
quem procul oppresso vidit Therone volutum,
corripuit, tergoque et vertice tegmina nota
saeptus et hostili propugnans pectora parma
constitit. inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidae firmantque gradum; trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni
Oeneos, et partes pariter divisus in omnes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

572 sq. 'Martisque ... avos' Priscianus inst. XVIII 25, 223 (II 318, 23 ed. Hertz) 573 'terrigenas ... avos' Priscianus inst. XVIII 25, 244 (II 329, 20 ed. Hertz) 575 sq. 'Pentheumque ... genus' Priscianus inst. VII 5, 17 (I 300, 3 ed. Hertz) 581 cf. Verg. Aen. IX 815 praeceps saltu 584 'hostili ... parma' Priscianus inst. XVIII 21, 175 (II 289, 1 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

572 Equabat *P* 573 confixuſ (ſ *suprascr.*) *P* confeſſuſ *m* 574 alyſ *c* aliſ *fπ Beh.* 1, *cod. anonymi* alipſ *Taur.* alia *p* || occupat *Pc*[2] 575 phedimuſ *Pf* || equo *P* 576 Bacce *P* Bache *BM* 577 turbata *Pδ Taur.*, *unus Beh.* turbatã *B* turbatam *M edd.* || caterua *Pδ Taur.* ruina *unus Beh.* cateruam *BM edd.* 578 Que *P* || adclinia *PBr* adcliuia *π* accliuia *edd. vett.* acclinia *M* || montiſ *P* 579 Dixerat *c*[1] Finxerat *cod. anon.* 580 ne in pectore *P cod. anon.* 581 Incideret *f* || precepſ *PB* || et] in *cod. anon.* 583 tegmina nota *P* tegmine noto *(ultima* o *in ras. et rescr.* 3. *m.) B* tegmine noto (nota *c*) *M. vide adnotat. ad Theb.* I 487

584 Septuſ *PBM* 586 Ogygydae *P* Ogigyde *B* Ogigide *f* Ogygiae *c* || *cf. v.* 261 || rapit *Barthius* 587 Biſthonium *PB* || mauorcia *B* || magni] regiſ *Taur.* 588 divisus] diffuſuſ *rfδ Taur.*, *Beh.* 1. 2

hos obit atque illos ferroque micantia tela
decutit; impeditant numero seque ipsa vicissim
arma premunt, nec vis conatibus ulla, sed ipsae
in socios errare manus et corpora turba
involvi prolapsa sua; manet ille ruentis
angustus telis et inexpugnabilis obstat.
non aliter Getica (si fas est credere) Phlegra
armatum inmensus Briareus stetit aethera contra,
hinc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados anguis,
inde Pelethroniam praefixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso mutata Pyragmoni temnens
fulmina, cum toto nequiquam obsessus Olympo
tot queritur cessare manus. non segnior ardet
huc illuc clipeum obiectans, seque ipse recedens
circuit, interdum trepidis occurrit et instat
spicula divellens, clipeo quae plurima toto
fixa tremunt armantque virum, saepe aspera passus

VARIA LECTIO.

589 ibit f^1 init f^2 || atque] ac *δ* 590 decutit] Deicit *δ* || inpeditant *Br*[2] impediat *P* inpediant *r*[1] impediant *f*[1]*p* impediunt *δ* *Dan.* || numeroſ *r* 591 conātibuſ *π* conantibuſ *Dan.*, *unus Beh.* || ipſe *cπ* *unus Beh. man.* 2 ipſa *δm* *Aldd.* 592 ſociaſ *Laur.*, *Beh.* 1. 2, *Aldd.* ſociū/ [oſ] *π* sed ipsas in socias *Heinsius ad Ovid. met.* XV 625

593 Inuoluit *PBM* (inuoluit *π* inuoluunt *p* *Taur.*) involvi *Heinsius (l. l.) et Gronovius e codicibus quibusdam* || collapſa *p* || ruentiſ *rf schol. Bamb.*, *Burn.* 258 ruenteſ *P* ruentū (ū *rescr. man.* 3) *B* ruentum (cruentiſ *cp Rehd.*, *Gudianus* 54. 146, *Harl.* 2463. 2474 *edd.*) *M* 594 Anguſtiſ *P* || obstat] extat *δ* 595 geticae ſi faſ eſt credere phlegrae (flaegrae *B*) *PBM* Getica (si fas est credere) Phlegra *Schraderus* 596 inmenſuſ *PBr* immenſuſ *M* || aera *f* 597 hinc torue *P* ac toruae *c*[1] || palladoſ anguiſ *P* palladiſ angueſ *BM* *edd.* 598 peletroniam *P* peletroniacum *r* pheletroniam *c* peletronia *π* paretoniam *δ* || praefixam *π* 599 laxo *Taur.*, *cod. anon.* lapſo *m* || mutata *id est motata. vide Theb.* III 595 VI 544 || pyragmone (pyragnide *δ* pyracmone *m*) *PBM* Pyragmoni *scripsi*, *quo de dativo vide quaestiones Statianae p.* 27 || tempnenſ *B* 600 nequaquam *π* | obſexus *cod. anon.* 601 ceſſaſſe *c* *Taur.* || ſegniuſ *pm*
602 clypeum *P* 603 occurrit *Pm* accurrit *M* accurite instat *B*
604 deuellenſ clypeo *P* 605 paſſum *Pm* *edd.*

vulnera, sed nullum vitae in secreta receptum,
nec mortem sperare valet. rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi iubet ire sub umbras
Phegea sublata minitantem bella securi
Dircaeumque Gyan et Echionium Lycophontem.
iam trepidi sese quaerunt numerantque, nec idem
caedis amor, tantamque dolent rarescere turbam.
  Ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi
(hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato
rapta repente choris onerisque oblita ferebat,
dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
procidit impulsus nimiis conatibus infans)
tunc audax iaculis et capti pelle leonis
pinea nodosae quassabat robora clavae
increpitans: 'unusne, viri, tot caedibus unus
ibit ovans Argos? vix credet fama reverso.
heu socii, nullaene manus, nulla arma valebunt?

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

618 cf. Verg. Aen. V 37 horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae 621 cf. Verg. Aen. VI 589 Sil. Ital. III 409 ibat ovans

---

VARIA LECTIO.

606 Vǒlnera (v *supra cr.* 3. *m.*) *B* 607 rotat ipse] uocat ille *δ* || furentef *c* 608 per umbraf *P* fub umbra *p* 609 Phaegea *B* Plegea *π unus Beh.* Flegea *p* Phlegea *Taur.*, *Aldd.* || bella] uerba *δ* 610 Dirceumque *Pp* Dirceumquae *B* || giam *Taur.* || et/echonium (i *supra scr.* 3. *m.*) *B* || lycofontem *P* licofontem *f* lycophantem *πp unus Beh.* licophrontem *Taur.* 611 f/efe *B* 612 cedif *f* || plenam (tantam *supra scr. man.* 2.) dolent *P* 613 chronuf *Taur.*, *unus Beh. a sec. man.* cronuf *p cod. anon.* 614 Nunc *P* || condam *r* || pheniffa *f* 615 honerifq. *B* omnefque *δ* 616 Dumque rapit *unus Beh.* || prenfif *P* taurum prenfif *f Beh.* 1. 2, *cod. anon.* || euhan *Bc* euchan *r* euam *P* euan *M* 617 inpulfuf *Br* 618 et strati pelle leonis *anonymus ex coniectura non necessaria* 619 nodofam q. r. clauam *Pδπ Taur.*, *edd. vett.* nodofa q. r. claua *BM* nodosae q. r. clavae *coniecit anonymus et probant Duebner et Unger* (*Sinis p.* 154). *cf. Theb.* VII 716 620 Increpitant c^1 || unufu/euiri *B* || cedibuf *f*

haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?'
dum clamat, subit ore cavo Teumesia cornus,
nec prohibent fauces; atque illi voce repleta
intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
labitur inmorsaque cadens obmutuit hasta.
Vos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora
arcuerim fama? fratris moribunda levabat
membra solo Periphas (nil indole clarius illa
nec pietate fuit) laeva marcentia colla
sustentans dextraque latus; singultibus artum
vexavit thoraca dolor, nec vincla coercent
undantem fletu galeam, cum multa gementi
pone gravis curvas perfringit lancea costas.
exit et in fratrem, cognataque pectora telo
conserit; ille oculos etiamnum in luce natantes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

623 'haec ... dabamus' Servius ad Verg. Aen. X 325. cf. Verg. Aen. XI 45 sq. non haec Euandro de te promissa parenti discedens dederam; ibid. v. 152 non haec, o Palla, dederas promissa parenti 637 sq. 'exit ... pectora ferro traicit' schol. Theb. III 152 638 cf. Silius Ital. II 122 parvaque oculos iam luce natantes

VARIA LECTIO.

623 H/ec regi *B* Non regi *Taur.* || cidon *Pfc* || lape *rf* 625 H/ec (H *corr. in* N *man.* 2.) *B* || proibent (h) *B* 626 Intercaepta *B* || praerupto *δ* *Beh.* 1. 2, *cod. anon.* 628 inmorſaque *PB* immorſaque *M* in morsaque *Peerlkampus ad Hor. sat.* II 4, 61 || cadens] cadit *r* tremenſ *δ* || /obmutuit *B* obtumuit *c* || aſta *c* 629 thęſpiadę *B* || cui B^1 || inficiatuſ *B* 630 Arcuerim f^3 *Bernartius* Arguerim *PBM* 631 periſāſ *Prp* 632 leua *P* || mar/centia c///a *B* macentia colla f^1 633 Suſtentat *Lips.* Subſtentat *cod. anon.* || ſing////buſ *B* fulgentibuſ p^1 || arti *P* 634 Exaurit (hl) *P* Exhaurit *BM* vexavit *scripsi* || thorica *r* || cohercent PB^2p 635 galeam fletu *δ* 636 perſtringit *rδ* *Taur.* perſtrinxit *m* 637 Exigit et *π* Fixit et *scholiasta ad Theb.* III 152 || cognataqu/e *B* || telo] ferro *schol. l. l.* 638 conserit] Traicit *scholiasta l. l.* || etiamnum] et adhuc *P* (*ut v.* 640) etiamnunc *cod. anon.* || in *om.* *π* *et cod. anon.* || extrema luce natantes *Marklandus ad silv.* III 5, 39

sistit et aspecta germani morte resolvit.
at cui vita recens et adhuc in vulnere vires
'hos tibi complexus, haec dent' ait 'oscula nati.'
procubuere pares fatis (miserabile votum
mortis) et alterna clauserunt lumina dextra.
  Protinus idem ultro iaculo parmaque Menoeten
proterrebat agens trepidis vestigia retro
passibus urguentem, donec defecit iniqua
lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
orat et a iugulo nitentem sustinet hastam:
'parce per has stellis interlabentibus umbras,
per Superos noctemque tuam; sine, tristia Thebis
nuntius acta feram vulgique per ora paventis
contempto te rege canam; sic inrita nobis
tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
pectus, et optanti victor revehatis amico.'
  Dixerat. ille nihil vultum mutatus 'inanis
perdis' ait 'lacrimas, et tu, ni fallor, iniquo
pollicitus mea colla duci; nunc arma diemque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

643 cf. Lucanus V 280 atque oculos morti clausuram quaerere dextram   648 cf. Verg. Aen. XI 750 sustinet a iugulo dextram

---

VARIA LECTIO.

640 vita] plaga *Valckenarius ad Eur. Phoen.* 1451 || a/^{d}huc *B* || vulnere] corpore *δ*   641 *cf. Theb.* III 151   642 votum] fatum δ^1 factum *cod. anon., sed in marg.* uotum   644 menaetem *P*   menoethum *B*   menetum (menechum *c* remotum p^1) *M*   menoetem *m edd.* Menoeten *Lachmannus*   645 Perterrebat *c*   Proſternebat *π*   p̃tbabat (*i. e.* proturbabat) *margo B et coniecit anonymus coll. Theb.* III 81 V 662 *Verg. Aen.* IX 441 X 801; *sed idem dicit Aen.* XII 291 '*adverso proterret equo*' || trepiduſ *r*   646 urgentem *M*   647 diſtrictuſ *δ*   648 ab *π* || aſtam c^1 649 interlambentibuſ *π*   650 /tuam *B*

652 Contento *r* || irrita *M* || uobiſ *π*   653 $\overset{c}{\text{g}}$adant *P* || nulloque *π*   654 obtanti *r*   655 nichil *c* || uultu *r unus Beh.* || ināneſ *BM*   656 ni] nil *Laur., Barthius*   657 ducę (e *corr. in* i) *B*

proice. quid timidae sequeris compendia vitae?
bella manent.' simul haec, et crassum sanguine telum
iam redit; ille super dictis infensus amaris
prosequitur victos: 'non haec trieterica vobis
nox patrio de more venit, non orgia Cadmi
cernitis aut avidas Bacchum scelerare parentes.
nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
inbellem ad sonitum maribusque incognita veris
foeda Celaenaea committere proelia buxo?
hic aliae caedes, alius furor; ite sub umbras
o timidi paucique!' haec intonat; ast tamen illi
membra negant, lassusque ferit praecordia sanguis.
iam sublata manus cassos defertur in ictus,
tardatique gradus, clipeum nec sustinet umbo
nutantem spoliis, gelidus cadit imber anhelo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

671 sqq. cf. Verg. Aen. IX 810 sqq. discussaeque iubae capiti, nec sufficit umbo ictibus . . . tum toto corpore sudor liquitur; id. ibid. VI 48 pectus anhelum

---

VARIA LECTIO.

658 ſequeriſ timidae *m cdd.* timide ſequeriſ *fp Beh.* 1. 2 timidae quaeriſ *Taur.*, *unde anonymus coniecit* timidae quereris c. v.
659 madent *r* || et *om.* *δ* || $\overset{c}{c}$raſſum *P* craſſum de ſanguine *δ* || telum] ferrum *p* 660 infeſſuſ f^1 offenſuſ *unus Beh.* 661 Perſequitur *δ* || trieteriti$\overset{c}{g}$a *P* triaterica $Brfc^2$ trietarica *Taur.*, *cod. anon.*
662 Cadmi] bacchi *cod. anon.* 663 ſcele/rare *B* ſcele$\overset{b}{r}$are *f*
664 facileſ *π cod. anon.* || tyrſoſ *P* tirſoſ *rf* || putaſtiſ *P* putatiſ *δ Taur.*, *Beh.* 2 665 Inbellem *PBr* Imbellem *M* || manibuſque incognita (a *corr. in* i) *P* 666 celenea *Pr* caelenea *B* celenaea *M* (celeneo c. p. byſſo *Taur. et cod. anon.*) 667 ſum$\overset{b}{u}$mbraſ *P* 668 at *m*
669 laxuſque *cod. anon.* || precordia *B* 670 caſſuſ *P* || differtur *cod. anon.* 671 nec] non *m* clypeum non sustinet. umbo mutatur spoliis *Barthius* 672 nutantem] Mutatum *PBM* nudatum *adnotator anonymus in miscell.* nutantem *Lachmannus. spolia sunt tela hostium clipeo infixa. cf. v.* 604 *sq.* || geliduſ$\overset{c}{\,}$adit *P* || himber *B*

pectore, tunc crines ardentiaque ora cruentis
roribus et tetra morientum aspargine manant;
ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oves, ubi sanguine multo
luxuriata fames cervixque et tabe gravatae
consedere iubae, mediis in caedibus astat
aeger hians victusque cibis; nec iam amplius irae
crudescunt, tantum vacuis ferit aera malis
molliaque eiecta delambit vellera lingua.
  Ille etiam Thebas spoliis et sanguine plenus
isset et attonitis sese populoque ducique
ostentasset ovans, ni tu, Tritonia virgo,
flagrantem multaque operis caligine plenum
consilio dignata virum: 'sate gente superbi
Oeneos, absentes cui dudum vincere Thebas
adnuimus, iam pone modum nimiumque secundis
parce deis; huic una fides optanda labori.
fortuna satis usus abi.' restabat acerbis
funeribus socioque gregi non sponte superstes
Haemonides (ille haec praeviderat, omina doctus
aeris et nulla deceptus ab alite) Maeon,
nec veritus prohibere ducem. sed fata monentem

VARIA LECTIO.

673 tum *fm edd.* || ardentioraq. (.aq. *supra*) cruentiſ *P* 674 Roribuſ ̀et a/tra *B* Roribuſ// (et *eras.*) ex,tra (a *supra*) *f* Roribuſ et atra *r* Roribuſ atque atra *Anglicanus Heinsii* Roribuſ et crebra *unus Beh.* Roribuſ et terra *Aldd.* || morientiū *P* || aſpergine *M* || manent *P* fumant *c*
675 fugato] remoto *Beh.* 2 676 Maſſulaſ *P* Maſſilaſ *Bfc*[1] Maſſiliaſ *c*[2]*δ* 677 famiſ *P* || ceruixquae et tab/e *B* || grauate *P*
679 iam *om. c* 681 Mollique (a *supra*) *B* || eiecta] extracta *cod. anonymi in marg., unde ille coniecit* exserta 684 nu (u *corr. in* i) *f*
687 abſenti *c*[1] 688 Annuimuſ *PM* || *cf. v.* 406 *et* X 333 *sq.*
689 *cf. Theb.* IX 814 || deuſ *c*[1] || huic] hinc *margo cod. anonymi* || uana *P* || obtanda *B* 690 abire ſtabat *B* || aceruiſ *P* 692 Hemonideſ *f* || prſuſderat *B* || omnia omina doctuſ *B* omnia doctuſ *fr*[2] *Aldd.*
693 Aeroſ (Heroſ *rfc Beh.* 2, *cod. anon.*) *BM* Aeriſ *Pp Taur.*, *Beh.* 1, *Aldd. cf. Theb.* XI 591 || nullo *c* || decoeptuſ *B* || alitae *P* alit/e *B* || meon *f* menon *p* 694 mouentem *c* menetem *δ*

privavere fide; vita miserandus inerti
damnatur; trepido Tydeus inmitia mandat:
'quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
manibus exemptum mediis aurora videbit,
haec iubeo perferre duci: cinge aggere portas,
tela nova, fragiles aevo circumspice muros,
praecipue stipare viros densasque memento
multiplicare acies, fumantem hunc aspice late
ense meo campum; tales in bella venimus.'
Haec ait, et meritae pulchrum tibi Pallas honorem
sanguinea de strage parat, praedamque iacentem
conportat gaudens ingentiaque acta recenset.
quercus erat tenerae iam longum oblita iuventae
aggere camporum medio, quam plurimus ambit
frondibus incurvis et crudo robore cortex.
huic leves galeas perfossaque vulnere crebro
inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
subligat et tractas membris spirantibus hastas.
corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
incipit (oranti nox et iuga longa resultant):
'Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis
bellipotens, cui torva genis horrore decoro

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

716 sq. 'bellipotens ... Gorgon' Priscianus inst. VI 5, 27 (I 19 ed. Hertz). cf. silv. II 6, 43 horrore decoro

VARIA LECTIO.

695 fidem (m *adras.*) *PB* || vitae *Barthius* 696 inmicia immitia *M* 697 Aonide *Barthius* || munere] uulnere *m* 699 proferre *r* *Taur.* 700 aevo] meliuſ *c* || circum inſpice circumſpic/e *B* 701 Praecipuae *B* Praecipuoſ *δ* 705 ſtra parat *B* 706 comportat *M* 707 iam longe *cod. anon.* iā dudum *m* *Bch.* 1. 2., *edd. vett.* 708 camporum in medio *r* 709 crudo] crebro *π* 711 furenſ *π* 712 fractaſ *BM* tractaſ *P* *Gudianus* 52, *quod coniectura sunt assecuti Heinsius ad Claudian. rapt. Pros.* III 345, *Schraderus*, *Marklandus in notis ad praefationem silv.* I 713 cu.lata (.mu) *P* 714 uox *m* *v.* 715 *om.* *P*[1], *sed inter lineas add. manus contemporanea.* parenteſ *c*[1] 716 horore *r* || decore *aliquot codd. Prisciani*

Cassis et asperso crudescit sanguine Gorgon,
nec magis ardentes Mavors hastataque pugnae
impulerit Bellona tubas, huic adnue sacro,
seu Pandionio nostras invisere caedes
monte venis, sive Aonia devertis Ithone
laeta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
lota comas, qua te biiugo temone frementem
intemeratarum volucer rapit axis equarum:
nunc tibi fracta virum spolia informesque dicamus
exuvias. at si patriis Parthaonis arvis
inferar et reduci pateat mihi Martia Pleuron,
aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
collibus, Ionias qua despectare procellas
dulce sit, et flavo tollens ubi vertice pontum
turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.
hic ego maiorum pugnas vultusque tremendos
magnanimum effingam regum, figamque superbis
arma tholis, quaeque ipse meo quaesita revexi
sanguine, quaeque dabis captis, Tritonia, Thebis.
centum ibi virgineis votae Calydonides aris
Actaeas tibi rite faces et ab arbore casta
nectent purpureas niveo discrimine vittas,
pervigilemque focis ignem longaeva sacerdos

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

721 'Aonia devertis Ithone' schol. Theb. VII 330

VARIA LECTIO.

718 ardeſcenſ *cod. anon.* 719 Inpulerit *B* Inbulerit *r* || annue *M* 720 uoceſ P^1 caedeſ *margo P* cedaeſ *B* caedeſ inuiſere noſtraſ *unus Beh.* 721 ueniſ *Pm* ueliſ *BM* || diuertiſ *m* || itone *Brπ* 722 tu] te $\pi\delta^1$ || tritona *r* 723 biugo c^1 724 Intemeratarum Pp^2m Intemeratorum *BM* || aquarum *P* equarum p^2m aequorum *B* equorum *M* 725 *sqq. cf. Theb.* X 337. 343 *sqq.* 726 Exubiaſ *P* || porthaoniſ Bf^1 *schol.* parthaoniſ *PM* (ſpartaniſ in *δ*). *vide Theb.* I 670 727 marcia *B* || pleurom *B* pheuron *f* 730 flauo attollenſ *r* || uertic/e *B* 731 obtectaſ B^1 || echinidaſ exit Bf^1c tranſit in undaſ *δ* 733 fi/gamque (n *eras.*) *f* 734 revexo *Barthius* 735 trithonia *B* 736 calidonideſ *Pf* 737 Acteaſ *PB* 739 longeua *PB*

nutriet, arcanum numquam inspectura pudorem.
tu bellis, tu pace feres de more frequentes
primitias operum, non indignante Diana.'
dixerat, et dulces iter instaurabat ad Argos.

VARIA LECTIO.

740 archanum *B* || inſpectura *BM schol.* ſpręture *P* infectura *Peyraredus* 741 bello *cod. anon.* || mor/e *f* 743 duceſ f^1

STATII POETE THEBAĐ LIB̃· II· EXpLICIT | INCIpIT EIUSDEM· LIBER· III· *P* P· PAPINI STATI THEBAIDOS· LIBER II· EXPLICIT *(sequitur argumentum libri* III*)* | INCIPIT LIBER TERTIUS *B*

S. Papinii Surſuli Lib̃. II Explic. *(sequitur argumentum libri* III*)* | Incipit liber tertiuſ *f* Explicit liber IIduſ. *(sequitur argumentum libri* III*)* | Incipit Liber IIIuſ Statii thebaidoſ *c*

P. PAPINI STATI
THEBAIDOS
LIBER TERTIVS

At non Aoniae moderator perfidus aulae
nocte sub ancipiti, quamvis umentibus astris
longus ad auroram superet labor, otia somni
accipit; invigilant animo scelerisque patrati
supplicium exercent curae; tunc plurima versat
pessimus in dubiis augur timor:. 'ei mihi' clamat
'unde morae?' (nam prona ratus facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem animumque rependit)
'num regio diversa viae? num missus ab Argis
subsidio globus? an sceleris data fama per urbes
finitimas? paucosne, pater Gradive, manuve
legimus indecores? at enim fortissimus illic

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS III. 4 cf. Silius Ital. X 331 sq. sed mens invigilat curis noctisque quietem ferre nequit 6 cf. Claudianus de bello Get. v. 262 sq. sed malus interpres rerum metus omne trahebat augurium peiore via

---

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS III. *v.* 1 *litteris capitalibus scriptum exhibet P* AD *P* || AONIE *P* || aulae] ORAE *P* 2 humentibuſ *PM* 3 ab (d *superscr.*) aurorã *P* || ocia *f* 4 *cf. Theb.* VIII 624 || ſcelerique c^1 || parati PB^1M (peracti *unus Beh.*) patrati B^2 *vel* B^3 *et coniecit Lachmannus* scelerique paratae *Barthius* 5 curae] *an* dirae *scribendum? cf. Theb.* I 52 || tum *P* 6 & mihi P^1 ei mihi P^2Brfp hei mihi *m edd.* 7 iam *δ* 8 uirtute *r* 9 Nunc P^1 || nunc P^1 12 illuc *Beh.* 2

et Chromis et Dorylas et nostris turribus aequi
Thespiadae totos raperent mihi funditus Argos.
nec tamen ille meis, reor, inpenetrabilis armis
aere gerens solidoque datos adamante lacertos
venerat; heu segnes, quorum labor haeret in uno,
si conserta manus.' vario sic turbidus aestu
angitur ac sese culpat super omnia, qui non
orantem in mediis legatum coetibus ense
perculerit foedasque palam satiaverit iras.
iam pudet incepti, iam poenitet. ac velut ille
fluctibus Ioniis Calabrae datus arbiter alno
nec rudis undarum, portus sed linquere amicos
purior Olenii frustra gradus impulit astri,
cum fragor hiberni subitus Iovis, omnia mundi
claustra tonant multusque polos inclinat Orion;
ipse quidem malit terras pugnatque reverti,
fert ingens a puppe notus, tunc arte relicta
ingemit et caecas sequitur iam nescius undas:
talis Agenoreus ductor caeloque morantem
Luciferum et seros maerentibus increpat ortus.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

16 cf. Homer. Il. *Υ* 101 sq. *οὔ με μάλα ῥέα νικήσει, οὐδ' εἰ παγχάλκεος εὔχεται εἶναι.* Apollonius *Δ* 1652 sqq. *μούνη γὰρ ὀίομαι ὔμμι δαμάσσειν ἄνδρα τόν, ὅστις ὅδ' ἐστί, καὶ εἰ παγχάλκεον ἴσχει ὃν δέμας.* Verg. Aen. VI 552 solidoque adamante columnae 29 cf. Lucan. VII 125 sqq. ut victus violento navita Coro dat regimen ventis, ignavumque arte relicta puppis onus trahitur

---

VARIA LECTIO.

13 cromiſ *c* || dolyraſ *P* dorilaſ *Bf* || turbib. P^1 (*prior* b *corr. in* r) 14 Theſpiade *P* Theſpidae *r* Teſpiadae *f* 15 inpenetrabiliſ *PBrf* impenetrabiliſ (inſuperabiliſ *δ*) *M* 16 datos] satos *Heinsius* (*advers. lib.* I *cap.* 6 *pag.* 68) 17 heret *f* 18 Sic $B^2 r \pi^1 m$ || eſtu *f* 19 ſuper *om.* P^1, *add. inter lineas* P^2 || qui] quod *δ* 20 coetibus] ſedibuſ *unus Beh.* || enſae *P* enſ/e *B* 21 ſaciauerit *PBf* 22 penitet *Pf* 24 ſet B^1 ſed portuſ *δ* 25 olenei *Pδ* || fruſtra *om.* c^1 || im//lit *B* || astri] ł ortuſ δ^2 auſtri *Beh.* 2 aſtra f^1 27 ſonant $\delta^1 \pi$ 28 mallit *B* mallet *fδm* malet π^2 29 nothuſ *f* || *cf. Theb.* VI 452 *sq.* 32 merentibuſ *p*

Ecce sub occiduas versae iam noctis habenas
astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
ima flagellatis, signum lugubre malorum,
ponderibus trepidavit humus, motusque Cithaeron
antiquas dedit ire nives; tunc visa levari
culmina septenaeque iugo concurrere portae.
et prope sunt causae: gelido remeabat Eoo
iratus fatis et tristis morte negata
Haemonides; necdum ora patent, dubiusque notari
signa dabat magnae longe manifesta ruinae
planctuque et gemitu; lacrimas nam protinus omnes
fuderat. haut aliter saltu devertitur orbus
pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
cuius erile pecus silvis inopinus abegit
imber et hibernae ventosa cacumina lunae.
luce patent caedes; domino perferre recentes
ipse timet casus, haustaque informis harena
questibus implet agros, stabulique silentia magni
odit et amissos longo ciet ordine tauros.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

39 cf. Claudian. in Eutrop. I 6 visasque polo concurrere Lunas 45 sqq. cf. Claudian. de raptu Proserp. III 165 sqq. attonitus stabulo ceu pastor inani, cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum aut populatrices infestavere catervae; serus at ille redit, vastataque pascua lustrans non responsuros ciet imploratque iuvencos

---

VARIA LECTIO.

33 occiduae versus iam *Barthius* 34 thetyſ *P* thetiſ *Brfc* 35 Inpulit *r* || haeoo *B* in medio *f* *unus Beh.* || yperiona *P* aperiona *p* 36 lugubrae *B* 37 citheron *P* cythęron *B* 38 irae niuaeſ *B* || lauari *f* 39 ſeptaeneq. *B* || iugo consurgere *Schraderus* loco consurgere *Kochius coll.* VI 404 VII 148 X 528 40 rem/eabat (a *eras.*) *B* 42 Haemonid/eſ (a *eras.*) *B* Hemonideſ *M edd.* || notari] negari *Dan.* 43 dabant *P* dedit *δ* 45 haut *Pc* aut *B*[1] haud *B*[2]*M* || diuertitur *unus Beh.* || orbiſ *c* 46 abgreſtum (a *supra* g) *B* ageſtum *f* || luparum *f* 47 herile *M* 48 hybernae *B* || luae *P* 49 cedeſ *f* 50 harena *PBfp* arena *M* 51 Queſtibuſ *P* 52 ammiſſoſ *r* admiſſoſ *δ* || longe *π*.

Illum congestae portarum ad limina matres
ut solum videre (nefas!), nulla agmina circum
magnanimosve duces, nihil ausae quaerere tollunt
clamorem, qualis bello supremus apertis
urbibus aut pelago iam descendente carina.
ut primum invisi cupido data copia regis:
'hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
infelicem animam, sive haec sententia divum,
seu fortuna fuit, seu, quod pudet ora fateri,
vis invicta viri; vix credo et nuntius, omnes
procubuere, omnes. noctis vaga lumina testor
et socium manes et te, mala protinus ales,
qua redeo, non hanc lacrimis meruisse nec astu
crudelem veniam atque inhonorae munera lucis.
sed mihi iussa deum placitoque ignara moveri
Atropos atque olim non haec data ianua leti
eripuere necem; iamque ut mihi prodiga vitae
pectora et extremam nihil horrescentia sortem
aspicias: bellum infandum ominibusque negatam
movisti, funeste, aciem; dum tollere leges
et consanguineo gestis regnare superbus
exule, te series orbarum excisa domorum

VARIA LECTIO.

54 circa *P* 55 Magnanimoſque *PBM* Magnanimosve *Lachmannus* || *non interpungunt ante verbum* nihil *edd.* || nil *P* || querere *P* 56 bello qualiſ *m edd.* 59 ferus] n̄c δ^1 || tydaeuſ *B* 61 ira P^1*Brf Colb.*, *Dan.*, *Par.* 8053 π^3 ore $P^2 p \pi^1$ *Pet.*, *Beh.* 2 *in marg.*, *edd.* ire $c\pi^2$ *cod. Cantabrig. S. Ioannis*, *Anglicanus Heinsii* ora δ *Rehd.* 62 et *om.* δ || om̄ſ *B* omniſ *f* 67 placidoque *P* 69 *cf. Theb.* VIII 406 70 nil $\pi\delta$ || orreſcentia *B* || mortem *PBM* sortem *Marklandus coniecit ad silv.* III 5, 10 71 omnibuſque B^1 cunctiſque $c\delta^1$ *edd. vett.* || negatum *r* negantem *Marklandus l. l.* 72 pellere legeſ *PBM* tollere leges *Schraderus et Lachmannus* 73 geſtiſ *P*$\pi\delta$ *Colb.*, *reg. musei Britannici* 15 *A* XXI, 15 *A* XXIX, *Burn.* 257, *Harl.* 2463 gliſciſ *BM*, *quod verbum quamquam alibi quoque apud Statium* (*Theb.* VIII 756 XII 639) *exultandi vel gestiendi significationem habet*, *tamen hoc loco recipere dubitavi*, *quoniam infinitivo iunctum nusquam reperitur* 74 orborum B^1

planctibus adsiduis, te diro horrore volantes
quinquaginta animae circum noctesque diesque
adsilient; neque enim ipse moror.' iam moverat iras
rex ferus, et tristes ignescunt sanguine vultus.
Inde ultro Phlegyas et non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire manuque
proturbare parant. sed iam nudaverat ensem
magnanimus vates, et nunc trucis ora tyranni,
nunc ferrum aspectans: 'numquam tibi sanguinis huius
ius erit aut magno feries inperdita Tydeo
pectora; vado equidem exultans ereptaque fata
insequor et comites feror expectatus ad umbras.
te Superis fatique —'. et iam media orsa loquentis
abstulerat plenum capulo latus; ille dolori
pugnat et ingentem nisu duplicatus in ictum
corruit, extremisque animae singultibus errans
alternus nunc ore venit nunc vulnere sanguis.
excussae procerum mentes, turbataque mussant
concilia; ast illum coniunx fidique parentes
servantem vultus et torvum in morte peracta
non longum reducem laetati in tecta ferebant.
sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
stare queunt; vetat igne rapi, pacemque sepulchri

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

84 cf. Verg. Aen. X 430 Grais inperdita corpora 90 cf. Lucanus VIII 682 sq. atque os in murmura pulsant singultus animae

VARIA LECTIO.

75 affiduif *M* || horrere P^1 || uolentef *PB* 76 noctofq. *B* 77 Affilient *M* 79 Unde *c* || ultor *unus Beh.* || flegiuf *P* flegyaf *B* flegiaf *fc* 80 Lapdacuf *rfc* || pęnef *P* poenef *B* || iraq.' manuq.' *f* 81 Perturbare *δ* 83 fpectanf *π* 84 inperdita *PBrf* imperdita *M* || tydaeo *B* 86 expectatuf/ (q. *eras.*) *f* 87 fatique *P* frique *B* fratrique *M edd.* || etiam *c* 88 Abfciderat *P. cf. Theb.* II 8 89 nixu *m edd.* || ictum] enfem $r^1δ$ 91 Alternif *unus Beh.* 93 coniunx BP^2r coniux P^1M 95 nec longum *edd. recentiores nonnullae inde a Bipontina* 96 rapidae *δm Aldd.* || actenuf *Bf*

impius ingratis nequiquam manibus arcet.
Tu tamen egregius fati mentisque nec umquam
indignum passure situm, qui comminus ausus
vadere contemptum reges, quaque ampla veniret
libertas, sancire viam, quo carmine dignam,
quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
augur amate deis? non te caelestia frustra
edocuit lauroque sua dignatus Apollo est,
et nemorum Dodona parens Cirrhaeaque virgo
gaudebit tacito populos suspendere Phoebo.
nunc quoque Tartareo multum divisus Averno
Elysias, i, carpe plagas, ubi manibus axis
invius Ogygiis nec sontis iniqua tyranni
iussa valent durantque habitus et membra cruentis
inviolata feris nudoque sub axe iacentem
et nemus et tristis volucrum reverentia servat.

VARIA LECTIO.

98 Inpiuſ *r* || ignariſ *PBM* ingratis *Lachmannus coll. Verg. Aen.* VI 213 *'et cineri ingrato suprema ferebant'* || nequicquam *m* 100 Indignum *m edd.* Si dignum eſt *Pπδ* Si dignum *Bfc* Sic dignum *p* 101 regeſ *Beh.* 2 regem *Beh.* 1 regiſ *PBM* || quamquam *Aldd.* 105 lauruque *P* *aliquid inter vv.* 105 *et* 106 *deperditum esse autumat anonymus.* 106 chirreaque *P* chyrreaqu/e *B* cirreaq. *f*
107 Audebit *PM* Audebit (u *inseruit man.* 2) *B* gaudebit *Marklandus ad silv.* I 3, 57 audivit tecto *Lachmannus ad Prop.* V (IIII) 4, 48 || phebo *f* || *cf. Theb.* VII 410 VIII 196 IX 513 109 plagas] uiaſ *δ* || manibus] maximuſ *c* 110 ogyiiſ *B*[1] 111 durant (que *om.*) *PBM edd.* durent *πδ Colb.*, *Barthius. voculam* que *addidi et sustuli interpunctionem, quae in edd. praeponitur verbo* durant, *ut sententiis copulatis poeta de Elysiis plagis pergeret loqui. nam qui librorum lectionem retinendam cogitandumque esse contendat de membris inhumati vatis apud superos conservatis, vix ille poterit satisfacere Barthio, qui offendit in nemoris mentione v.* 113 *et recte quidem interrogat, quomodo nemus sub nudo aere iacentem possit servare, parum autem recte suspecti illius nemoris loco vocem* metus *substituit. immo de nemore felicium, in quo Maeonis corpus iaceat igne supremo atque sepulchro interdictum, deque Elysiis hoc loco agitur volucribus. vide Theb.* IIII 568 *sq.* VIII 193 *sq. silv.* II 1, 203 *sq. 'quae munera mollis Elysii, sterilesque ramos mutasque volucres'* || abituſ *B* 113 uolucrum triſtiſ *f unus Beh.* || ſeruent *π* ſeruet *Colb.*, *Anglicanus Heinsii*, *Barthius*

At nuptae exanimes pucrique aegrique parentes
moenibus effusi per plana, per invia, passim
quisque suas avidi ad lacrimas miserabile currunt
certamen, quos densa gradu comitantur euntes
milia solandi studio, pars visere flagrant
unius acta viri et tantos in nocte labores.
fervet iter gemitu, et plangoribus arva reclamant.
ut vero infames scopulos silvamque nefandam
perventum, ceu nulla prius lamenta nec atri
manassent imbres, sic ore miserrimus uno
exoritur fragor, aspectuque accensa cruento
turba furit. stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox caesoque invitat pectore matres.
scrutantur galeas frigentum inventaque monstrant
corpora prociduae super externosque suosque.
hae pressant in tabe comas, hae lumina signant
vulneraque alta replent lacrimis, pars spicula dextra
nequiquam parcente trahunt, pars molliter aptant
bracchia trunca loco et cervicibus ora reponunt.
At vaga per dumos vacuique in pulvere campi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

121 cf. Horat. carm. I 3, 20 infames scopulos Acroceraunia 122 sqq. cf. Verg. Aen. II 438 sq. hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam bella forent; Valerius Flaccus III 280 sqq. at vero in mediis exangui rege reperto aggeribus, tristi sileant ceu cetera planctu, sic famulum matrumque dolor, sic omnis ad unum versa manus 125 sq. cf. Claudian. in Rufin. I 33 et scisso maerens velamine Luctus

VARIA LECTIO.

114 At] Tunc *π* || puaeriq. *B* || parentes] recentes *f* 115 per auia *Pπδ Beh.* 2, *Anglicanus Heinsii* per ardua *m* per aspera *Barthius* 116 ad *om. c* || currunt] cernunt *π* 117 ẽntes *B* 118 uisere/////flagrant *B* 121 fillamque *π*[1] 122 *cf. Theb.* VI 39 *sqq.* 123 miserimus *c*[1] 124 fragor] clamor *δ* 125 dicissus amicto *f* 127 monstrãt *P* 128 procidue *P* 129 Heę (e *prior add. man.* 2) *B* Heae *Beh.* 1. 2 || prensant *δ*: *cf. Theb.* XII 320 130 replent] rigant *Pδ* 131 Nequaquam *π* || aptat *c* 132 Brachia *PBM* 133 dõmos *B*

magna parens iuvenum, gemini tunc funeris, Ide
squalentem sublata comam liventiaque ora
ungue premens nec iam infelix miserandaque, verum
terror inest lacrimis, per et arma et corpora passim
canitiem inpexam dira tellure volutans
quaerit inops natos omnique in corpore plangit.
Thessalis haut aliter bello gavisa recenti,
cui gentile nefas hominem renovare canendo,
multifida attollens antiqua lumina cedro
nocte subit campos versatque in sanguine functum
vulgus et explorat manes, cui plurima busto
imperet ad superos; animarum maesta queruntur
concilia, et nigri pater indignatur Averni.
Illi in secessu pariter sub rupe iacebant
felices, quos una dies, manus abstulit una,
pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
ut vidit lacrimisque oculi patuere profusis:
'hosne ego complexus genetrix, haec oscula, nati,
vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit
ingenium crudele necis? quae vulnera tractem,
quae prius ora premam? vosne illa potentia matris,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

140 sqq. cf. Lucan. VI 564 sqq. 151 sq. 'hósne . . . ligavit' Eutych. de disc. coni. lib. I (Putsch. p. 2164) 154 cf. Verg. Aen. 664 nate, meae vires, mea magna potentia solus

VARIA LECTIO.

134 nunc *P* *unus Beh.* || idę *Bf* 135 lugentiaque f^3 136 Igne P^1 r^1 || tremenſ P^1 unge premenſ *margo* *P* || miſeranda‹ u/erum *B* 137 per et] perque *fcm* 138 inplexâ *P* in plexam *Bfp* inpexam *r* impexam *m* || dura *Lachmannus* 139 Querit *B* 140 haud *M* 141 homine *f* || renouare *PB* *Lips.*, *Laur.* reuocare *M* *edd.* *cf. Theb.* II 21 *sq.* IIII 508 *sq.* 142 Multafida B^1 Multifidei *r* 143 ſubiit *Bf* 145 Inperet ad in *P* || animorum *Bc* || meſta *P* || quaeruntur *B* 146 indignat' 147 rupe] nube *δ* 151 *cf. Theb.* II 641 || ego *om.* *P* || gen trix *PBr* genitrix *M* 152 in *om.* *δ* || ligauęt (e *corr. in* i) 154 hora *B* ore *δ*

Vos uteri fortuna mei, qua tangere divos
urebar et Ogygias titulis anteire parentes?
at quanto melius dextraque in sorte iugatae,
quis steriles thalami nulloque ululata dolore
respexit Lucina domum! mihi quippe malorum
causa labor; sed nec bellorum in luce patenti
conspicui factis aeternaque gentibus ausi
quaesistis miserae vulnus memorabile matri,
sed mortem obscuram numerosaque funera passi
heu quantus furto cruor et sine laude iacetis!
quin ego non dextras miseris complexibus ausim
dividere et tanti consortia rumpere leti.
ite diu fratres indiscretique supremis
ignibus et caros urna confundite manes!'
  Nec minus interea digesta strage suorum
hic Chthonium coniunx, hic mater Penthea clamat
Astyoche, puerique rudes, tua, Phaedime, proles,
amissum didicere patrem, Marpessaque pactum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

163 cf. Verg. Aen. I 232 tot funera passis

VARIA LECTIO.

156 ogigiiſ *δ*   157 at] Ah *P²m* *Marklandus ad silv.* I 2, 31 Ha *δ* || negatae *p¹*   158 thalami ſterileſ *δ* || ulälata *B* || dolorem *r*   161 fatiſ *P* || auſe *δ*   162 miſere *f* || uulnuſ miſerabile *δ*   163 numeroſaque *P. cf. Theb.* I 567   numerandaque *BM* (miſerandaque *π Beh.* 1. 2   memorandaque *δ*) *schol.*, *edd.*   moerendaque *anonymus*   mussandaque, *quod Gruterus coniecit, arridet Gronovio* || funera] uulnera *P²pδ* || *in exitu versus interpungunt edd.*   164 Heu tantuſ *unus Beh.*   167 indiſcetique *f¹* || ſubpremiſ *B*   170 Hiccroniũ *P*   Hicthonium *B*   Hic chthonium *r*   Hic tonium *fc*   Hinc chthonium *p*   Hinc cromium *δ*   Hinc cronium *m. cf. Theb.* II 538 || coniunx *PBf*   coniux *M* || hinc *m edd.* || mater eunyea *P¹*   mater bentea (b *rescr. man.* 3) *B*   materq; enthea *r*   maẗ & hentea *f*   mater ethenea *c*   mater epenthea *δ*   171 Aſtyoche *P¹* (ſ *supra* e *scr. P²*) *r*   Aſthyocheſ *B*   Aſtiocheſ *vel* Aſtyocheſ (aſthiocheſ *c* aſt hiocleſ *π*) *M* || rudiſ *P¹* || Paedime *B*   172 marpeſſaque *P*   marpiſſaque *BM* || paetum *Dan.*

Phyllea, sanguineumque lavant Acamanta sorores.
tunc ferro retegunt silvas collisque propinqui
annosum truncant apicem, qui conscius actis
noctis et inspexit gemitus; ibi grandior aevo
ante rogos, dum quisque suo nequit igne revelli,
concilium infaustum dictis mulcebat Aletes:
'Saepe quidem infelix varioque exercita ludo
fatorum gens nostra ruit, Sidonius ex quo
hospes in Aonios iecit sata ferrea sulcos,
unde novi fetus et formidata colonis
arva suis. sed nec veteris cum regia Cadmi
fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquae
consedit, nec funerea cum laude potitus
infelix Athamas trepido de monte veniret
semianimem heu laeto referens clamore Learchum,
hic gemitus Thebis, nec tempore clarius illo
Phoenissae sonuere domus, cum lassa furorem
vicit et ad comitum lacrimas expavit Agaue.
una dies similis fato specieque malorum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

184 sq. cf. Verg. Aen. II 624 sq. tum vero omne mihi visum consi-dere in ignis Ilium

---

VARIA LECTIO.

173 Phylle$\overset{a}{x}$ *P* || labant (b *corr. in* u) *P* leuant *unus Beh.* || acha-manta *Pc* athamanta *πδ Barthius* 174 colleſque *PB*^{1} || propin-quoſ *B*^{1} 176 adinſpexit *δ* || ubi *r* 177 ſuoſ *Brf*^{1} || rebelli *P* 178 alecteſ *B* aletheſ *m edd.* 179 Sepe *f* 180 fuit *P* *et anonymus ex Taur. et Rottendorphiano cod.* 181 a^{o}nioſ *P* ſolcoſ *r* 182 ſoetuſ *BM* || colono arva suo (*scil. Cadmo, qui vo-catur trepidus agricola Theb.* I 7) *coniecit anonymus* 183 uete-reſ *PB*^{1} 184 monitu *δ* || inique *P* 185 neq. *PB* neque *M* nec *scripsi. vide quaestiones Statianae p.* 12 186 tepido *m* *vide mus. Rhen.* XVIII *p.* 195 187 Semianimum *πδ* || haeu *P* heu *om. p* || l$\overset{e}{a}$to *P* leto *p* || learc/um *B* learcū *f* 188 Hi gemi-tuſ *δ Taur.* 189 Pheniſſe *f* 190 ad *om. f* 191 ſimili (i *corr. ex* e) *B* ſimili *π* || facto *rpm* || ſpeciemque *P*

equa fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris cum circumfusa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quaereret ignes.
Talis erat vulgi status, et sic urbe relicta
Primaevique senesque et longo examine matres
Invidiam planxere deis miseroque tumultu
Bina per ingentes stipabant funera portas.
Meque ipsum memini (necdum apta doloribus aetas)
flesse tamen gemituque meos aequasse parentes.
illa tamen Superi. nec quod tibi, Delia, castos
prolapsum fontes specula temerare profana
heu dominum insani nihil agnovere Molossi,
deflerim magis, aut verso quod sanguine fluxit
in subitos regina lacus. sic dura Sororum
pensa dabant visumque Iovi. nunc regis iniqui
ob noxam inmeritos patriae tot lumina cives
exuimus, nec adhuc calcati foederis Argos

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

198 'bina ... portas' schol. Theb. VI 124 200 'gemituque ... parentes' Servius ad Aen. XII 65

VARIA LECTIO.

192 magnilocuſ iuit *P* || faſtuſ *unus Beh. et coniecit Lachmannus. sed cf. Theb.* I 321 194 Corpora quot *δ et Marklandus ad silv.* III 3, 39 || et *inter verba* terra *et* tot *add.* c^2 || quereret *P* 196 Primeuique *c* || feneſ *PBM* senesque *Barthius* || ex agmine *δ* 197 dei *vel* deum *Lachmannus. cf. Theb.* IX 722 *sq.* 198 ingentes] *an* augentes *legendum? vide adnotationem ad Theb.* II 494 || *Statius hoc loco quatuordecim liberos dat Niobae, sed Theb.* VI 124 *duodecim Homerum sequens* 199 doloribus] laboribuſ *P* 200 flere *Lachmannus* || et gemitu *Servius* || meo B^1 maeſtoſ *Servius* || equaſſe *P* imitata *Servius* aequare *Lachmannus. cf. Theb.* X 568 *sq.* 201 tibi] te *Marklandus ad silv.* II 6, 80; *sed vide quaestiones Statianae p.* 29 202 Prolapſu in fonteſ *P* Prolapſum ad fonteſ *BM edd.* prolapsum fontes *scripsi* || temerare PB^1r^1p *Dan.* temerante *margo B pr. man.*, $fcr^2\pi\delta m$ *edd.* 203 nihil *P* non *BM edd.* 205 ſubituſ *P* || dira *δm edd.* 206 iuſſūq. *δ* 207 inmeritoſ *PBrf* immeritoſ *M* || lumina] culmina *PBM* lumina *Kochius coll. Verg. Aen.* XI 349 208 phoederiſ *B*

fama subit, et iam bellorum extrema dolemus.
quantus equis quantusque viris in pulvere crasso
sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
viderit haec bello viridis manus; ast ego donec
dum licet igne meo terraque insternar avita!'
Haec senior, multumque nefas Eteoclis acerbat
crudelem infandumque vocans poenasque daturum.
unde ea libertas? iuxta illi finis et aetas
torta retro, seraeque velit decus addere morti.
Haec sator astrorum iamdudum e vertice mundi
prospectans primoque inbutas sanguine gentes
Gradivum acciri propere iubet. ille furentes
Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes
turbidus aetherias currus urgebat ad arces,
fulmine cristatum galeae iubar armaque in auro
tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
incutiens; tonat axe polus clipeique cruenta
lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.
hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Iuppiter et tota perfusum pectora belli

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

210 sq. cf. Horat. carm. I 15, 9 sq. heu heu, quantus equis, quantus adest viris sudor! 218 sq. cf. Verg. Aen. XI 725 sq. at non haec nullis hominum sator atque deorum observans oculis summo sedet altus Olympo 223 sq. 'armaque . . . tristia' Servius ad Aen. X 275 226 cf. Claudian. in Prob. et Olyb. cons. 94 sq. et formidato clipeus Titana lacessit lumine

---

VARIA LECTIO.

209 ſubiit *Br* 211 quantum *πm* 214 ethioclıſ *c* || acerbat cp^2 aceruae *P* aceruat *BM* 215 Crudelemq. *B* || penaſque *P* 216 liberaſ f^1 || etaſ *P* 217 Tota *PBM edd.* Torta *δ. cf. Theb.* II 401 V 460 VI 489 *sq. Ach.* II 396 || ſacrę̨que *B* || decuſ uelit *Pδ* 218 iamdudum de uertice *B* iamdudum uertice (e *om.*) *rcπ* *Beh.* 1 iamdudum in uertice *Beh.* 2 iamdudum a uertice *δ* 219 inbutaſ *Br* inbutoſ *f* imbutaſ *PM* 220 accirique c^1 221 Biſthonaſ *PB* || et] aut *unus Beh.* || geticiſ *π* || cedibuſ *P* 222 aethereaſ *p* 223 galaeę *B* 225 cruenti *δ* 226 loge f^1 || emuluſ *f* 227 tibi *c* || etiam non *π* || afflare *Aldd.* flare *Lachmannus* || vapores *Schraderus*

tempestate videt: 'talis mihi, nate, per Argos,
talis abi, sic ense madens, hac nubilus ira.
exturbent resides frenos et vincla perosi
ne cupiant, tibi praecipites animasque manusque
devoveant, rape cunctantes et foedera turba,
quae dedimus, tibi fas ipsos incendere bello
caelicolas pacemque meam. iam semina pugnae
ipse dedi: remeat portans inmania Tydeus
causa, ducis scelus et turpis primordia belli,
insidias fraudesque, suis quas ultus in armis.
adde fidem. vos o Superi, meus ordine sanguis,
ne pugnare odiis, neu me temptare precando
certetis; sic Fata mihi nigraeque Sororum
iuravere colus: manet haec ab origine mundi
fixa dies bello populique in proelia nati.
quod ni me veterum poenas sancire malorum
gentibus et diros sinitis punire nepotes,
(arcem hanc aeternam, gentis sacraria nostrae,
testor et Elysios etiam mihi numina fontes)

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

241 sq. 'nigraeque ... colus' Probus cathol. I p. 24 (ed. Keil) Eutych. de disc. coni. lib. II (Putsch. p. 2185) et spectat Servius ad Aen. VIII 409

VARIA LECTIO.

229 agroſ *r*   230 hac *P et coniecit Marklandus ad silv.* III 4, 98   /ac (h *eras.*) *B*   ac *M* (et π *unus Beh.* ſic δ *Barthius*) || nubibuſ *c*   231 et turbent *Barthius* || frenoſ reſideſ *c* || vincla *coniecit Bentleius*   cuncta *PBM* (cunta π)   232 precipiteſ *B*   234 quae] Cui *P*   235 Celicolaſ *B* || meam et iam δ   236 inmania *PBr*   immania *M*   237 ausa ducis, scelus *edd. correxit interpunctionem Bentleius* || turpeſ *Beh.* 1. 2   *v.* 238 *non agnoscit Barthius*   240 Neu δ || pugnate f^3 *m edd.* || ne r^1 || temptare] impugnare δ || praecando *P*   242 horigine *B*   244 Quod ni PB^1 (*sed* ni *non satis perspicuum*) *r*π   Qđ ni *margo Bf*   Quid ni *cp Beh.* 1. 2   Quid niſi *m* || ſanctire *fp*   246 &ernam *P* || mentiſ (mentiſque *m*) ſacraria *PBM*   gentis sacraria *Lachmannus coll. silv.* V 1, 240 '*aeternae modo qui sacraria genti condidit*'   247 elyſeoſ iam nobiſ *unus Beh.* || nomina *f*

ipse manu Thebas correptaque moenia fundo
excutiam versasque solo super Inacha tecta
effundam turres aut stagna in caerula vertam
imbre superiecto, licet ipsa in turbine rerum
Iuno suos colles templumque amplexa laboret.'
Dixit, et attoniti iussis (mortalia credas
pectora) di cuncti vocemque animosque tenebant.
non secus ac longa ventorum pace solutum
aequor et inbelli recubant ubi litora somno,
silvarumque comas et abacto flamine nubes
mulcet iners aestas; tunc stagna lacusque sonori
detumuere, tacent exhausti solibus amnes.
gaudet ovans iussis et adhuc temone calenti
fervidus in laevum torquet Gradivus habenas.
iamque iter extremum caelique abrupta tenebat,
cum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
figit equos; cessere retro iam iamque rigentes
suppliciter posuere iubas. tunc pectora summo
adclinata iugo vultumque obliqua madentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

256 cf. silv. III 2, 73 pigro torpebant aequora somno; ibid. V 4, 5 sq. occidit horror aequoris, et terris maria adclinata quiescunt

VARIA LECTIO.

249 inachia *r* 250 aut] ac *m edd.* || cerula *P* || uerram *P* mergam *Marklandus ad silv.* III 4, 87 252 colleſ et templum *π* 253 iussis] dictiſ *unus Beh.* || credi[a]ſ *B* 254 ſi ce[v]cincti *B* ſic cuncti (cuncto *r* cunti *π*) *PM edd. et tuetur Lachmannus ad Propert.* I 23 (22), 6, *sed idem in margine libri sui substituit* di, *quod recepimus* || uocem (*om.* que) *π* || tenebat *B*[1] 255 non ſecuſ haud longo *Barthius* || ſolutum eſt *δ* 256 inbelli *PBr* imbelli *M* || littora *M* 257 abactaſ *Pm* 259 iacent *unus Beh.* || exuſtiſ *P* exhauſtiſ *B* exhauſtiſ *c* exacti *p. cf. Theb.* IIII 736 261 lenum *c* || torſit *Pδ* 263 ueni[v]ſ *B* 264 Fixit *unus Beh.* || aequoſ *B* 266 Acclinata *M* || u[v]oltumque *B* || obliqua [m]adentum[tem] *P* oblita madentem *cδ*[1] obliqua iacentem *p*

incipit (interea dominae vestigia iuxta
spumantem proni mandunt adamanta iugales):
'Bella etiam in Thebas, socer o pulcherrime, bella
ipse paras ferroque tuos abolere nepotes?
nec genus Harmoniae nec te conubia caelo
festa nec hae quicquam lacrimae, furibunde, morantur?
criminis haec merces? hoc fama pudorque relictus,
hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?
perge libens; at non eadem Vulcania nobis
obsequia, et laesi servit tamen ira mariti.
illum ego perpetuis mihi desudare caminis
si iubeam vigilesque operi transmittere noctes,
gaudeat ornatusque novos ipsique laboret
arma tibi; tu! — sed scopulos et aena precando
flectere corda paro; solum hoc tamen anxia, solum
obtestor, quid me Tyrio sociare marito
progeniem caram infaustisque dabas hymenaeis?
dum fore praeclaros armis et vivida rebus
pectora vipereo Tyrios de sanguine iactas

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

273 cf. Verg. Aen. IIII 321 sqq. te propter eundem extinctus pudor et ... fama prior 274 schol. Theb. V 59 et tamquam Vergilii schol. Lucan. I 301 275 sq. 'at ... mariti' Servius ad Aen. VIII 373

VARIA LECTIO.

269 aetiam *B* || ſocero pulcherrima bella *P* *edd. vett.* 271 armoniȩ *P* harmon/e (*a eras.*) *B* (i *superscr.*) hermionae *r* *Beh.* 1 hermionȩ *f* ermionae *c* hermioneſ *Beh.* 2 harmione *δ* hermonie *π* harmonieſ *m* *edd.*, *cf. Theb.* II 267 || conubia *PBr* connubia *M* 272 Faeſta *B* Facta *Beh.* 1 Pacta *Heinsius ad Ovid. met.* VII 700 || furibundae *B* 273 hoc] hec *π* haec *m* 274 de te] tritae *unus Beh.* || mu.ere (er *superscr.*) *P* 275 ac non *Beh.* 2 || uǒlcania *B* 280 Arma tibi ſed quid (q̄d *f*) ſcopuloſ *fcr*²*p* *Beh.* 2 tu *om.* *P* ſed quod *δ* || aena *PBrf* ahena *M* 281 hoc *om.* *Brfπ* || axia (n *superscr.*) *B* 282 q̄d *f* 283 hymeneiſ *P* ymenaeiſ *B* himeneiſ *f* 284 inuida *f* 285 uippereo *c* || tyrio *Beh.* 1. 2 genitos *Kochius l. l. p.* 6 *Barthio praeeunte; sed cf. Theb.* I 10

demissumque Iovis serie genus. a! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto
trans Borean Thracasque tuos. indigna parumne
pertulimus, divae Veneris quod filia longum
reptat et Illyricas eiectat virus in herbas?
nunc gentem inmeritam —.' lacrimas non pertulit ultra
bellipotens, hastam laeva transumit et alto
(haut mora) desiluit curru clipeoque receptam
lenit in amplexu dictisque ita mulcet amicis:
'O mihi bellorum requies et sacra voluptas
unaque pax animo! soli cui tanta potestas
divorumque hominumque meis occurrere telis
inpune et media quamvis in caede frementes
hos adsistere equos, hunc ensem avellere dextra.
nec mihi Sidonii genialia foedera Cadmi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

291 cf. Claudian. bell. Get. 519 non pertulit ultra 294 cf. Verg. Aen. II 147 dictisque ita fatur amicis 295 sqq. cf. Claudian. magnes v. 44 sqq. sic Venus horrificum belli compescere regem et vultu mollire solet, cum sanguine praeceps aestuat et strictis mucronibus asperat iras. sola feris occurrit equis solvitque tumorem pectoris et blande praecordia temperat igni. pax animo tranquilla datur

---

VARIA LECTIO.

286 genuſ ſerie iouiſ *c* || a *PB* ah *vel* ha *M* (at *Beh.* 2) 287 vellem *Barthius* || virgo] nata *Lips.* 288 borean *P* boream *BM* *edd. cf. Theb.* V 15. 346 VII 6 *silv.* III 2, 45 || thr$\overset{c}{a}$caſque *B* thrachaſque *f* tachaſque *c* || tuaſ *r*[1] || parũne *B* 290 in lyricaſ *P* deiectat *Pδ*; *cf. Theb.* II 290 *sq.* 291 inmeritam *PBr* immeritam *M* 292 tranſſumit *Pf* tranſmiſit *δ* 293 Haut *PB*[1]*c* Haud *B*[2]*M* || diſſiluit *δ* *Beh.* 1, *Lang.* || receptum (*sed* u *corr. in* a) *B*
294 Laedit (Ledit *f*) in amplexu (amplexum *m*) *PBM edd.* tollit in amplexum *Peyraredus* illigat amplexu *Barthius* lenit in amplexu *scripsi*, *quod proposueram in museo Rhenan.* XVIII *p.* 196. *cf. Ach.* I 79 || ami/ciſ *f* 296 animi *δ* *unus Beh.* 297 occurrite *c* 298 Inpune *PBr* Impune *M* || frementiſ *f* furenteſ *δ* 299 adſiſtere *PBr* aſſiſtere *M* || hunc] et *unus Beh.* hac *anonymus* || dextrę *P* 300 genialia *P* (*cf. Ach.* II 354 *sq.*) genitalia *BM* gentilia *Lips. probante Bernartio*

nec tua, cara, fides (ne falsa incessere gaude!)
exciderunt; prius in patrui deus infera mergar
stagna et pallentes agar exarmatus ad umbras.
sed nunc Fatorum monitus mentemque supremi
iussus obire patris (neque enim Vulcania tali
imperio manus apta legi) quo pectore contra
ire Iovem dictasque parem contemnere leges,
cui modo (pro vires!) terras caelumque fretumque
adtremere oranti tantosque ex ordine vidi
delituisse deos? sed ne mihi corde supremos
concipe, cara, metus, quando haec mutare potestas
nulla datur. cum iam Tyriis sub moenibus ambae
bellabunt gentes, adero et socia arma iuvabo.
tunc me sanguineo late defervere campo
res super Argolicas haut sic deiecta videbis;
hoc mihi ius, nec Fata vetant,' sic orsus aperto
flagrantes inmisit equos. non ocius alti
in terras cadit ira Iovis, si quando nivalem
Othryn et Arctoae gelidum caput institit Ossae

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

301 'nec ... gaude' Eutych. de disc. coni. lib. II (Putsch. p. 2184) 308 cf. Lucan. V 413 caelumque fretumque 318 cf. Ovid. met. XV 871 Iovis ira

---

VARIA LECTIO.

301 Nec tua cara fideſ *edd. cf. v.* 311 || tu B^1 || nec falſa *Pπδ unus Beh.* ne falſo *m* 302 Exciderant *f Beh.* 2 Exciderint *πδ Dan., unus Beh.* || effera *δ* || mergā *P* 303 exanimatuſ *c et videtur legisse scholiasta probante Schradero* 304 factorum *P* || monitiſ r^1 || ſuppremi *B* 307 contempnere *Bf* 308 terram caelumque *π* terramque polumque *δ* 309 Adtremere *PBr* Attremere *M* || 'oranti *h. e. loquenti, cf. v.* 406' *Lachmannus. cf. Theb.* VIII 81 || tantosque] totosque *Barthius; malim* cunctosque. *cf. v.* 254 313 bella dabunt *Barthius* || gentes] acieſ *m* || iuvabo] mouebo *c* 314 Tum *unus Beh.* 315 Argoligaſ (c *supra scr. man.* 3) *B* || aut B^1 haud PB^2M 316 Hec mihi uiſ *π* || orsus] iuſſuſ *unus Beh.* 317 inmiſit *PBr* immiſit *M* || aequoſ *B* 318 iouiſ ira cadit *π* 319 arctoe *f* actoae *c*

armavitque in nube manum; volat ignea moles
saeva dei mandata ferens caelumque trisulca
territat omne coma iamdudum aut ditibus agris
signa dare aut ponto miseros involvere nautas.
 Iamque emensus iter fesso Danaeia Tydeus
arva gradu viridisque legit devexa Prosymnae
terribilis visu: stant fulti pulvere crines,
squalidus ex umeris cadit alta in vulnera sudor,
insomnisque oculos rubor excitat, oraque retro
sorbet anhela sitis; mens altum spirat honorem
conscia factorum. sic nota in pascua taurus
bellator redit, adverso cui colla suoque
sanguine proscissisque natant palearibus armi;
tunc quoque lassa tumet virtus multumque superbit
pectore despecto; vacua iacet hostis harena
turpe gemens crudosque vetat sentire dolores.
talis erat; medias etiam non destitit urbes,
quidquid et Asopon veteresque interiacet Argos,
inflammare odiis, multumque et ubique retexens
legatum sese Graia de gente petendis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

323 cf. Verg. Aen. VI 335 aqua involvens navemque virosque

VARIA LECTIO.

321 celumque *P* 322 coma (*om.* iam) dudum aut ditibuſ *Br* coma dudum uel (†*f*) ditibuſ *fc Beh.* 1 323 signa dare] Signa dabat *δ* incidere *coniecit Lachmannus* 324 remenſuſ *(sed littera* r *evanida in P) Pm edd.* emenſuſ *BM. cf. Theb.* II 375 VI 938 *silv.* IIII 4, 88 *Ach.* I 245 || danęia *P* danaia *f Beh.* 1 danaiaque *Beh.* 2 danacia *c* || tidaeuſ *B* 325 uiridesque *P* || diuerſa *P* diuexa *B* dumeta *π* || profhymnae *PB* 326 Terribil^{i}eſ *P* 327 Squalidus] Sordiduſ *unus Beh.* || ex] et *π* || humeriſ *PM* 328 Inſomneſque *BM edd.* 329 Soluit *P unus Beh.* || honorem] odorem *idem Beh.* 330 fatorum *unus Beh.* || *cf. Theb.* II 323 *sqq.* 331 rediit *P* 332 proſciſſiſque *Pm* prociſiſque *δ* proſciſſique *BM* || pariaribuſ f^1 333 Tum quoque *Bfc Beh.* 1. 2 334 harena *Pfp* habena *c* arena *Bm* 335 dolores] laboreſ *P* 337 Quicqd *f* || aſſopon *r* 339 petentiſ r^1

isse super regnis profugi Polynicis, at inde
vim, noctem, scelus, arma, dolos, ea foedera passum
regis Echionii, fratri sua iura negari.
prona fides populis. deus omnia credere suadet
armipotens, geminatque acceptos fama pavores.
　Utque introgressus portas (et forte verendos
concilio pater ipse duces cogebat Adrastus)
improvisus adest, iam illinc a postibus aulae
vociferans: 'arma, arma viri, tuque optime Lernae
ductor, magnanimum si quis tibi sanguis avorum,
arma para. nusquàm pietas, non gentibus aequum
fas aut cura Iovis; melius legatus adissem
Sauromatas rabidos servatoremque cruentum
Bebrycii nemoris; nec iussa incuso pigetve
officii, iuvat isse, iuvat, Thebasque nocentes
explorasse manu; bello me, credite, bello,
ceu turrem validam aut artam conpagibus urbem,
delecti insidiis instructique omnibus armis
nocte doloque viri nudum ignarumque locorum
nequiquam clausere; iacent in sanguine mixti

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

348 cf. Verg. Aen. II 668 arma, viri, ferte arma

VARIA LECTIO.

340 Eſſe B^1(?) *rc Dan.* || polinicyſ *B* polliciniſ *f* 341 ea] et *π* || uulnera paſſim *Beh.* 1 342 iura] regna *Lips.* 343 ſaud& *P. cf. v.* 239 VII 114 344 pavores] furores *anonymus* 345 uerenduſ *B* 347 Inprouiſuſ *PBr* Improuiſuſ *M* || iamque illinc *π* iamque hinc *Barthius. cf. Theb.* VI 426 || *sustuli interpunctionem, quam fecerunt in exitu versus edd.* 349 Auctor *Brfcδ unus Beh.* 350 ęquam *P* 351 Faſ auctura *P* Fas aut iura *Lindenbrogius ex vet. cod. Fabri* 352 rabidos] auidoſ *PBM edd.* rabidos *coniecit Wakefieldus ad Soph. Phil.* 1304 353 Bebriaci $r^1 f δ$ ł bebracii r^2 || recuſo *π* 354 iubat iſſe iubat *P* iuuat ee͠ f^1 ł iſſe *supra scr.* f^2 ipſe *r* 355 Explorare *π* 356 turrem *Pπδ unus Beh.* turrim *BM edd.* || compagibuſ *M* 357 Delicti *r* || ſtructique *P* 358 Nocte locoque *f Beh.* 2 Nocte dolorque *c* || uiri nocte *supra scr.* nudum *man.* 1) *B*

ante urbem vacuam. nunc o, nunc tempus, in hostis,
dum trepidi exanguesque metu, dum funera portant,
nunc, socer, haec dum non manus excidit, ipse ego fessus
quinquaginta illis heroum inmanibus umbris
vulneraque ista ferens putri insiccata cruore
protinus ire peto.' trepidi de sedibus adstant
Inachidae, cunctisque prior Cadmeius heros
adcurrit vultum deiectus et 'o ego divis
invisus vitaeque nocens haec vulnera cerno
integer? hosne mihi reditus, germane, parabas?
in me haec tela dabas. pro vitae foeda cupido!
infelix, facinus fratri tam grande negavi.
et nunc vestra quidem maneant in pace serena
moenia, nec vobis tanti sim causa tumultus
hospes adhuc. scio (nec me adeo res dextra levavit),
quam durum natis, thalamo quam triste revelli,
quam patria; non me ullius domus anxia culpet

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

364 cf. Verg. Aen. II 278 volneraque illa gerens 373 cf. Verg. Aen. IX 216 neu matri miserae tanti sim causa doloris 376 sq. 'non ... matres' Servius ad Aen. XII 13

VARIA LECTIO.

360 hoſtiſ *Brfc* hoſtẽ *P* hoſteſ *m* nunc tempuſ in hoſteſ *edd.* 361 exangueſ (que *om.*) *Br* 362 Nunc ſocer hęc dum non manuſ excidit *P, i. e. dum virtutis meae memoria mentibus Thebanorum inhaereret.* Dum capulo nondum manuſ excidit *BM edd., qua in lectione capulum pro feretro dictum esse monet Lachmannus ad Lucret.* II 1173 363 inmanibuſ *PBr* immanibuſ *M* 365 peto] paro *Barthius et Lachmannus. sed cf. Theb.* IIII 402 *Ach.* I 80. 352 | adſtant *Brf* aſtant *Pm* 366 Inachide *P* 367 Adcurrit *P* Accurrit (Occurrit *δ*) *BM* || o ego *Pm* en ego *BM* 368 uita/q. (e *eras.*) *B* multumque *Beh.* 1 uitaque *m edd. vett.* 370 dabas] mei *P. interrogationis notam, quam hic collocant edd., sustulit Barthius.* || proh *c* || faeda *f* 371 f^r^atri facinuſ *P* fratri facinuſ *π* || grande^ne^gaui *B* 372 noſtra *δ* || serena] quieta *P Harl.* 2463. 2474 373 tumultus] doloriſ *δ ex Verg. Aen.* IX 216 374 Hoſp^e^iſ *P* 375 dirum *P Dan., Beh.* 1. 2 durum eſt *π* || reuelloſ (oſ *adras.*) *P* 376 non] nec *unus Beh.*

respectentve truces obliquo lumine matres.
ibo libens certusque mori, licet optima coniunx
largitusque torum revocet socer; hunc ego Thebis,
hunc, germane, tibi iugulum et tibi, maxime Tydeu,
debeo.' sic variis pertemptat pectora dictis
obliquatque preces; commotae questibus irae
et mixtus lacrimis caluit dolor. omnibus ultro
non iuvenum modo, sed gelidis et inertibus aevo
pectoribus mens una subit viduare penates,
finitimas adhibere manus iamque ire. sed altus
consiliis pater imperiique haut flectere molem
inscius: 'ista quidem Superis curaeque medenda
linquite, quaeso, meae, nec te germanus inulto
sceptra geret, neque nos avidi promittere bellum.
at nunc egregium tantoque in sanguine ovantem
excipite Oeniden, animosaque pectora laxet
sera quies; nobis dolor haut rationis egebit.'
Turbati extemplo comites et pallida coniunx
Tydea circum omnes fessum bellique viaeque

VARIA LECTIO.

377 Refpectentque *BM* Expectentue *Servius* Refpectentue *P unus Beh.*, *m recte; particula enim copulativa negandi vim ex negatione praecedente revocare potest intra unius quidem enuntiati fines, veluti Theb.* I 246 II 166 III 504. 560 IIII 252. 411 V 276. 645, *in plena autem altera sententia Statius aut negationem iterum pronuntiat, aut utitur disiunctivis vocibus* '*ve*' '*aut*', *veluti Theb.* I 102 III 84 IIII 421 V 752 VIII 98 XII 529 || lumine] fidere *π* || matres] nati *Servius* 378 optima] obuia *π Venett.* || coniux *m* 379 largitusque torum *coniecit Lachmannus* Auditufque iterum *PBM schol.*, *edd.* 380 et tibi] hem tibi *unus Beh.* || maxi^{me} *B* || tideu *P* 381 praetentat *m*; *cf. Theb.* II 369 383 valuit *Barthius* 384 iuuenem *B* 385 paenatef *P* 387 Confilii *unus Beh.* || haud B^2M 388 medentia *P*; *cf. Theb.* II 356 389 inulta *m* 390 Scepta f^1 || nof *P* uof *BM edd.* || committere *unus Beh.* permittere *Anglicanus Heinsii* || bello *r* || neque vos avidi promittite bellum *coniecit Bernartius* neque vos pigeat promittere bellum *Kochius l. l. p.* 6 391 Et *f Colb.*, *Par.* 8054 || obantem *P* 392 Excipit eoenidem *P* Excipiteoenidem (o *add. man.* 2) *c* || animofque et pectora *m* 393 haud *PM* 394 extimplo *rc* 395 omnif (i *corr. in* e) *B*

stipantur. laetus mediis in sedibus aulae
constitit ingentique exceptus terga columna,
vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon
nunc velox ferro nunc ille tepentibus herbis
mitior, ipse alta seductus mente renarrat
principia irarum, quaeque orsus uterque vicissim,
quis locus insidiis, tacito quae tempora bello,
qui contra quantique duces, ubi maximus illi
sudor, et indicio servatum Maeona tristi
exponit. cui fida manus proceresque socerque
adstupet oranti, Tyriusque incenditur exul.
　Solverat Hesperii devexo margine ponti
flagrantes Sol pronus equos rutilamque lavabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos et rapidis accurrunt passibus Horae
frenaque et auratae textum sublime coronae
deripiunt, laxantque aliae fumantia loris

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

407 'solverat . . . ponti' Priscian. V 2, 9 et VI 3, 16 (vol. I 145, 25 et 208, 13 ed. Hertz)　410 cf. Ovid. met. II 118 iungere equos Titan velocibus imperat Horis

---

VARIA LECTIO.

396 ſidibuſ *r*　397 columnę *P*　colupua *p*　398 epidariuſ *P* || itmon *B*¹/*π*　it non *r*　ithmon *c*　399 tepentibuſ *Pf Beh.* 1., *mss. Heinsii ad Sil. Ital.* VI 99　pentibuſ (ten *supra scr. et* e *corr. in* o *man.* 2) *B*　potentibuſ *M ex Verg. Aen.* VII 19 XII 402 *Ovid. met.* IIII 49　401 utrimque *Bc*　utriuſque *r*　utq̄. *f*　403 *cf. Theb.* II 275　406 Adſtupet *PBr*　Aſtupet (Afſtupet *f*) *M* || *cf. v.* 309 || accenditur *unus Beh.*　407 hyſperii *B* || mar/gine *B*

408 labábat *P*　leuabat *πm*　410 accurrant *f*　occurrunt *δ*

412 Diripiunt *P* || laxant calidiſ umentia loriſ *Pm (Colb.; Busl., Gud.* 52, *Burn.* 257, *Harl.* 2463. 2474*)*　laxant (laſſant *δ*) roſeiſ umentia (humentia *M*) loriſ *BM edd. utraque lectio frigida, ne dicam absurda. ut enim taceam asyndeti offensionem, quae est in verbo* laxant, *certe elocutio* umentia pectora *desiderat umoris alicuius ablativum, neque substantivum* pars (*v.* 413) *probe caret parte, cui opponatur. Quas difficultates ut una omnes expellerem, vestigia codicis P secutus scripsi* laxantque aliae fumantia loris pectora.

pectora, pars meritos vertunt ad molle iugales
gramen et erecto currum temone supinant.
Nox subiit curasque hominum motusque ferarum
composuit nigroque polos involvit amictu,
illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci; nam Tydea largus habebat
perfusum magna virtutis imagine somnus.
et iam noctivagas inter deus armifer umbras
desuper Arcadiae fines Nemeaeaque rura
Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
armorum tonitru ferit et trepidantia corda
implet amore sui. comunt Furor Iraque cristas,
frena ministrat equis Pavor armiger. at vigil omni
Fama oculo varios rerum succincta tumultus
ante volat currum flatuque impulsa gementum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

415 cf. Ovid. met. VII 634 sq. nox subit et curis exercita corpora somnus occupat; id. ibid. VIII 83 prima quies aderat, qua curis fessa diurnis pectora somnus habet 423 cf. Silius XIII 9 sq. concussa est Daunia tellus armorum tonitru 424 'implet ... cristas' Eutych. de disc. coni. lib. II (Putsch. p. 2180)

VARIA LECTIO.

fumantia pectora sunt nimirum dei (*cf. Theb.* X 936 XII 414 *Ach.* I 179), *lora autem sunt vincula loricae, qua Solem indutum pingit Valerius Flaccus* IIII 93 *sq.*, *nisi forte ipsa lorica intellegenda est* 414 erepto *δ* 415 ſubit et curaſ hominum *m ex Ovid. met.* VII 634 || curaſque ferarum *unus Beh.*, *Anglicanus Heinsii* 416 *cf. Theb.* II 527 418 Lapdacioque *r* Labdatioque *f* Lapdatioque *p* || abebat *B* 419 *cf. Theb.* II 144 *sq.* || magnae *Lips.* 420 armifer *PBrfc Anglicanus Heinsii* armiger *pπδm edd.* 421 arcadie *P* archadiae *f* || nemeaq. *Bfc*[1] naemaeaq. *c*[2] 422 Tenariumque *PBf* Trenariumque *c* || caçu (cacumen) · apollineaſque *P* || terapnaſ *P* therampneſ *δ* 423 thonitru *B* || fe/rit *B* fremit *P*[2]*pδ Barthius* 425 *cf. Theb.* VII 108 *sqq.* aduigil *PB*[1] ac uigil *δ* 426 Fama ſono *PBM edd.* (Fama ſuo *π*) '*forte leg. Fama oculo. recte, ex Vergilio (Aen.* IIII 181 *sq.): cui quot sunt corpore plumae, tot vigiles oculi subter' Bentleius. cf. silv.* V 4, 13 '*Argus et haud unquam vigilabat corpore toto*' || uanoſ *P et probat Heinsius ad Ovid. met.* XII 75 || tumultoſ *f* 427 curſum *B* || inpulſa *Br*

alipedum trepidas denso cum murmure plumas
excutit; urget enim stimulis auriga cruentis
facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto
terga comasque deae Scythica pater increpat hasta.
qualis ubi Aeolio dimissos carcere ventos
dux prae se Neptunus agit magnoque volentes
inicit Aegaeo; tristis comitatus eunti
circum lora fremunt Nimbique Hiemesque profundae
Nubilaque et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas; dubiae motis radicibus obstant
Cyclades; ipsa tua Mycono Gyaroque revelli,
Dele, times magnique fidem testaris alumni.
Septima iam nitidum terris Aurora deisque
purpureo vehit ore diem, Perseius heros
cum primum arcana senior sese extulit aula
multa super bello generisque tumentibus amens
incertusque animi, daret armis iura novosque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

430 cf. Verg. Aen. IIII 190 pariter facta atque infecta canebat; id. XII 811 digna indigna pati

---

VARIA LECTIO.

428 pluꝑmaſ *B* 429 Excutitur (ur *eras.*) urget *P* Excutitur get *B* Excitat urget *πδ Colb.*, *Gud.* 52, *unus Beh.* 431 comamque *P unus Beh.* || ſcytica *P* ſiticha *f* || aſta *c* 432 eolio *f* || dimiſſoſ *πm* demiſſoſ *PBM* 433 trux *Heinsius ad Ovid. met.* II 128 || preſenſ (nſ *eras.*) *P* pre ſe *B* || uolanteſ *BM edd.* uolenteſ *Pπδ cod. Cantabrig. S. Ioannis probante Heinsio l. l.; cf. Theb.* IIII 692 VII 82

434 Incitat P^1 ł inicit P^2 || ęgeo *P* aegeo *Bf* || triſteſ *rf* || commitatuſ *B* 435 profunde *P. cf. Ach.* I 45 436 et vulso] auulſo *c* || sordida] turbida *autumat Kochius* (*coniect. pars altera p.* 6) 437 dubie motiſ *P* dubiae motuſ *f* dubiaeque motiſ *π* motiſ dubiae *δ*

438 tuo *c* || michono *π* micano *δ* mycone *m* 440 diiſq. P^1 deiq. f^1

441 perſiuſ (e *supra*) *P* 442 archana *Bf* 443 generiſ (que *om.*, *sed supra scr.*) *f* || timentibuſ *P* || anienſ *liber optimus Gronovii*, *unde ille coniecit* angens *intellecto pronomine se* 444 nouoſque *Ppπ unus Beh.*, *Colb.*, *Gud.* 52, *edd. vett.* feroſque *Brfcδ Beh.* 2, *optimi codd. Gronovii*

gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
irarum et motos capulis adstringeret enses.
hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
foeda quies, flectique nova dulcedine pugnae
difficiles populi; dubio sententia tandem
sera placet, vatum mentis ac provida veri
sacra movere deum. sollers tibi cura futuri,
Amphiarae, datur, iuxtaque Amythaone cretus
iam senior, sed mente virens Phoeboque, Melampus
adsociat passus; dubium, cui pectora Apollo
oraque Cirrhaea satiarit largius unda.
principio fibris pecudumque in sanguine divos
explorant; iam tunc pavidis maculosa bidentum
corda negant diraque nefas minitantia vena.
ire tamen vacuoque sedet petere omina caelo.
Mons erat audaci seductus in aethera dorso
(nomine Lernaei memorant Apesanta coloni),

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

460 cf. Ovid. met. IIII 623 sq. ex alto seductas aethere longe despectat terras

---

VARIA LECTIO.

445 Mentibuſ *Gud.* 54 *et Wakefieldus ad Lucr.* III 881 || an] aut *P* 446 capulis] *Barthius coniectura haud probabili substituit* scapulis *testem suo more producens codicem vetustissimum.* || adſtringeret *PBr* aſtringeret *M. cf. Theb.* IX 539 447 manent *δ* 448 flecti *dixit poeta pro* deflecti. *cf. Theb.* I 292 || nouę *P* 450 mentiſ (e *supra*) et prouida *P* menteſ ac prouida *BM* 451 ſollerſ *PBf* ſolerſ *M* 452 Amphiare *P* Amphiarȩe *f* || iuſtaque *unus Beh.* || amytaone *P* amithaone *Bf* aminctone *δ* 453 uiret *P* 454 Aſſociat *M* || dubium eſt cui *π* || pectora] pronuſ $P^1δ^2$ *unus Beh., Colb., Rehd., Burn.* 257, *Harl.* 2463 ł primuſ P^2 dexter *BM edd.* pectora *Bentleius. cf. Theb.* I 598 *sq.* II 337 *sq.* IIII 595. 667 IX 354 XI 475 *sq.* 455 chirrhea *P* cyrrea (h *supra*) *B* cirrea *fp* || ſaciarit *Bf* ſociarit *r* ſatiauit *p* ſaciaret *δ* 456 pecudum (que *om.*) *π* || diueſ B^1 457 tunc *B* tum *PM* || maculosa] animoſa *Beh.* 2 458 diraſque *P* duraque *Dan.* || uenaſ *P* 459 oĩa P^1 ł omina P^2 460 subductus *coniecit Heinsius* 461 lernei *B* || aphiſanta *P* apheſanta (apheanta *π*) *BM* Apesanta *scripsi secutus Pausan.* II 15, 13 *et Stephanum Byzant. s. v.*

gentibus Argolicis olim sacer; inde ferebant
nubila suspenso celerem temerasse volatu
Persea, cum raptos pueri perterrita mater
prospexit de rupe gradus ac paene secuta est.
huc gemini vates sanctam canentis olivae
fronde comam et niveis ornati tempora vittis
evadunt pariter, madidos ubi lucidus agros
ortus et algentes laxavit sole pruinas.
ac prior Oeclides solitum prece numen amicat:
'Iuppiter omnipotens (nam te pernicibus alis
addere consilium volucresque implere futuri
ominaque et causas caelo deferre latentes
accipimus), non Cirrha deum promiserit antro
certius, aut frondes lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi, licet aridus Hammon
invideat Lyciaeque parent contendere sortes
Niliacumque pecus patrioque aequatus honori
Branchus, et undosae qui rusticus accola Pisae
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

471 'Iuppiter ... alis' mythograph. Bodii III 11, 14 478 sq. 'patrioque ... Branchus' schol. Theb. VIII 198

VARIA LECTIO.

v. 462 *om.* δ 463 temerasse] '*f.* tentasse' ***Lachmannus. sed** item dicit Valerius Flacc.* I 626 '*inlicitas temerare rudentibus undas*' *Silius Italic.* XV 532 '*temeratis Alpibus*' 464 raptuſ ***P***
465 građ ***P*** || pene ***f*** 466 Hunc ***P*** Hŏc ***Brf*** || candentiſ ***π*** 467 commam ***B*** 468 Inuadunt ***δ*** || madiduſ (u *corr. in* o *man.* 1) ***c***
469 ſolo P^1 470 eclideſ Br^2 elideſ r^1 oclideſ ***δ*** || ſolitum ***P*** ſolita ***BM*** *edd. cf. Theb.* I 58 || amicat] adhorat ***π*** 472 inplere ***r***
473 Omniaq. ***P*** 474 Accipimuſ (non) cirrhea ***P*** Accipi/muſ non cirrha ***B*** Accipimuſ non cyrra ***f*** || premiſerit ***δ*** 475 luci/ (ſ *eras.*) ***f*** || famma ***B*** || molloſiſ ***B*** moloſſi ***f*** 476 Chaonio ***P*** 477 liciaeq. ***B*** latięq. (a *corr. in* i *man.* 3) ***f*** 478 Niliadumque ***δ*** || aequaliſ ***PBM*** aequatuſ *schol. Theb.* VIII 198 *et Gronovius* (*diatr. p.* 209) *coll. silv.* III 3, 145 '*celse natorum aequavit honori*' || honore ***P*** *schol. l. l.*
479 piſſae ***r*** 480 lycaonię ***P*** lichaonia ***f***

certior ille animi, cui tu, Dictaee, secundas
inpuleris manifestus aves. mirum unde, sed olimst
hic honor alitibus, superae seu conditor aulae
sic dedit effusum chaos in nova semina texens,
seu quia mutatae nostraque ab origine versis
corporibus subiere notos, seu purior axis
amotumque nefas et rarum insistere terris
vera docent; tibi, summe sator terraeque deumque,
scire licet. nos Argolicae primordia pugnae
venturumque sinas caelo praenosse laborem.
si datur et duris sedet haec sententia Parcis
solvere Echionias Lernaea cuspide portas,
signa feras laevusque tones; tunc omnis in astris
consonet arcana volucris bona murmura lingua.
si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum
alitibus praetexe diem.' sic fatus, et alto
membra locat scopulo; tunc plura ignotaque iungit
numina et inmensi fruitur caligine mundi.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

v. 485 sq. spectat Servius ad Aen. VI 740 et qui illum exscripsit mythographus Bodii III 6, 18 493 cf. Verg. Aen. II 693 intonuit laevom 495 sq. cf. Verg. ecl. IIII 51 Aen. I 58 caelumque profundum 497 cf. Verg. Aen. X 867 sq. consueta locavit membra

---

VARIA LECTIO.

481 certior *Lachmannus* Dicior *B* Ditior *PM edd.* || dictee *Pf* 482 Inpuleriſ *PBr* Impuleriſ *M* || adeſ f^1 || ſed olim *BM* (ſic olim *unus Beh.*) ſed oliſ̃ *P, unde restituendum mihi videtur* olimst 483 Sic honor *idem Beh.* || ſupere *B* 484 offuſum *P* || cahoſ *r* 485 noſtra/que *B* 486 notos] '*ad meridiem enim augur romanus obtutum dirigebat*' *Weberus.* polos *Lachmannus* 487 nefaſ rarumque *δ* 488 ſumme *PBM* ſumma *m edd. recent.*: *cf. Theb.* I 178 IX 22 490 prenoſſe *B* pernoſſe *rc* p̱noſſe *f* 491 partiſ *δ* 492 etthioniaſ *B* || lernea *PBf* || portas] Thebas *Barthius* 493 leuuſq. *B* leuũq. *f* 494 archana *B* || uolucrum *P* 495 nete f^1 || profundum] profaniſ *margo P* 496 fatur *Barthius et Heinsius ex mss. suis ad Claudian. Rufin.* II 362 497 Menbra *r* || locant *π* leuat *δ unus Beh.*, *Heinsius l. l.* 498 inmenſi *PBr* immenſi *M*; *cf. Ach.* I 521 *sq.*

Postquam rite diu partiti sidera cunctas
perlegere animis oculisque sequacibus auras,
tunc Amythaonius longo post tempore vates:
'nonne sub excelso spirantis limite caeli,
Amphiarae, vides, cursus ut nulla serenos
ales agat liquidoque polum complexa meatu
pendeat aut fugiens placabile planxerit omen?
non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
vector adest, flavaeque sonans avis unca Minervae
non venit auguriis melior; quin vultur et altis
desuper accipitres exultavere rapinis.
monstra volant, dirae stridunt in nube volucres,
nocturnaeque gemunt striges et feralia bubo
damna canens. quae prima deum portenta sequamur?
hisne dari, Thymbraee, polum? simul ora recurvo
ungue secant rabidae planctumque imitantibus alis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

500 cf. Calpurnius ecl. I 31 sq. oculoque sequaci . . . perlege carmen   v. 506 spectat Bodii mythogr. III 8, 14 'unde Statius infelicitatem augurii intimans obscurum comitem tripodum, id est corvum, abesse conqueritur'

VARIA LECTIO.

499 cuncta *P Beh.* 2, *Harl.* 2463   cunctiſ (a *suprascr.*) *B*   cunctiſ *rfcπ Beh.* 1   cunctaſ *pm* (*reg. musei Britann.* 15 *A* XXIX, *Harl.* 2474) cuncti *Burn.* 257   500 animſ (i *suprascr.*) *B*   501 amytaoniuſ *P* aminctoniuſ *δ*   502 nonne] Magna *unus Beh.* || ſpiranteſ *δ* || limin/e (a *eras.*) *B*   limina *δ*   lumine *π*   503 Amphiarę *P* Amphyarac *B* Amphiorae *c*   504 liquidove *Lachmannus. vide adnotationem ad v.* 377   505 /lanxerit (p *eras.*) *P*   plancxerit *B*   plauſerit *m edd. vett.* || om̃//*B*   omẽ *f*¹ (n *add. f*³)   omne *r*   507 Victor *c* || flaueque *P*   508 augurio *schol. Bamb.* || q́ (*i. e.* qui) uult² *P*   qui uultur *BM* quam uultur *m*   quin uultur *Gud.* 54 *et Bernartius ex veteribus libris*   509 accepitreſ *B*¹   510 ſtridunt *PBM*   ſtrident *pm edd.* || nube] nocte *δ*. *totum versum expungit Barthius*   511 et *om. δ*   512 can///enſ *f* || ſequamur *PBM*   ſequemur *edd.*   513 Hiſne tibi *r*¹ || thymbree *P* timbreę *f* || ſimul *om. f*   514 rabpidae *B* rapidae *fcπδ*

exagitant zephyros et plumea pectora caedunt.'
ille sub haec: 'equidem varii, pater, omina Phoebi
saepe tuli. iam tum, prima cum pube virentem
semideos inter pinus me Thessala reges
duceret, hic casus terraeque marisque canentem
obstipuere duces; nec me ventura locuto
saepius in dubiis auditus Iasoni Mopsus.
sed similis non ante metus aut astra notavi
prodigiosa magis. quamquam maiora parantur,
huc adverte animum: clara regione profundi
aetheros innumeri statuerunt agmina cygni,
sive hos Strymonia boreas eiecit ab Arcto,
seu fecunda refert placidi clementia Nili.
fixerunt cursus; has rere in imagine Thebas.
nam sese inmoti gyro atque in pace silentes
ceu muris valloque tenent. sed fortior ecce
adventat per inane cohors; septem ordine fulvo
armigeras summi Iovis exultante caterva
intuor; Inachii sunt hi tibi, concipe, reges.
invasere globum nivei gregis uncaque pandunt

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

520 sq. 'nec . . . Mopsus' schol. Theb. V 417 532 sq. 'armigeras . . . reges' Eutych. de disc. coni. lib. I (Putsch. p. 2164)

VARIA LECTIO.

515 pectora plumea *unus Beh.* || cedunt *c* 516 oña *P* || phoebi ł celi *r* 517 Sepae *B* || tunc *m edd.* || puppe *P* 518 *cf. Ach.* I 156 || teſſalia *P* 519 hi caſuſ *unus Beh.* 520 Obſtipuere *PBr* Obſtupuere *M* 521 Sepiuſ *f* || iaſone *PBM* Iasoni *Barthius et Bentleius* 522 ſimiliſ *P* ſimileſ *BM* 523 Prodiogioſa *B* || parentur *π* ſequantur *unus Beh.* 525 Aetherφoſ *f* Aetheriſ *m et edd. omnes ante Gronovium* || statuerunt] ſociarunt *Beh.* 2 || cingni *f* 526 ſtrimonia boreaſ *P* ſtrymoniabboreaſ *B* 527 fecunda *PB* foecunda (ſecunda *f*) *M* || Nili] caeli *P* 528 Fincxerunt *B* Finxerunt *f* || haſ *P schol. Bamb. et coniecit Lachmannus* hac *BM edd.* 529 inmoti *PBrf* immoti *M* || adque *P* 530 fortiĩ *f* 531 coorſ *r* choorſ *f* || septem] namque *Beh.* 1 532 Armigeroſ *πδp*[2] || catervaſ *B* 533 Intueor *f* || inachi *Bf* || hic tibi *B*

caedibus ora novis et strictis unguibus instant.
cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
et plumis stillare diem? quam saeva repente
victores agitat leto Iovis ira sinistri?
hic excelsa petens subita face solis inarsit
summisitque animos, illum vestigia adortum
maiorum volucrum tenerae deponitis alae.
hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro
volvit agens sociae linquentem fata catervae.
hic nimbo glomeratus obit, hic praepete viva
pascitur inmoriens; spargit cava nubila sanguis.' —
'quid furtim inlacrimas?' 'illum, venerande Melampu,
qui cadit, agnosco.' trepidos sic mole futuri
cunctaque iam rerum certa sub imagine passos
terror habet vates; piget inrupisse volantum
concilia et caelo mentem insertasse vetanti,
auditique odere deos. unde iste per orbem
primus venturi miseris animantibus aeger

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

539 cf. Verg. Aen. VIII 622 sq. caerula nubes solis inardescit radiis

VARIA LECTIO.

535 Cedibuſ *f* || ungui b. inſtant *P* 536 inexpleto *cπδ Beh.* 1 *in margine*, *Anglicanus Heinsii*, *Gronovius coll. Theb.* VIII 667 || r°aranteſ *P* 537 ſtellare (ſed *priore* e *corr. in* i) *B* || quę ſaeua *P* quam ſeua *B* 538 lęto *B* lo&o *f* || ora *Beh.* 2 || ſiniſtra *c* 539 potenſ *Beh.* 2 540 Sumiſitque *B* || animaſ *Dan.* || faſtigia *malit Barthius* || adhortum *B* 541 depontiſ B^1 542 Hoſtiſ h' *π* Hic hoſte B^1 || implicitiſ *r* || hunc] huc *P* 544 nymbo *P* || abit δ^1 545 inmorienſ *PBr* immorienſ (hic morienſ *unus Beh.*) *M* 546 furtim inlacrimaſ *P Colb.*, *lemma schol.* furtim illacrimaſ *Gud.* 52 furtim lacrimaſ *BM edd.* || melampo *P* melampe *unus Beh.* 547 agnoſci *P* || more $B^1 r f^1 c$ *Dan.*, *unus Beh.* morte f^3 *Lips.*, *Venett.* || futura *Lips.*, *Venett.* 548 iam *om.* PB^1 (*sed add. inter lineas* B^2) 549 abet B^1 || irrupiſſe *BM* 550 Conſilia *δ* || mentem caelo *f* || incertaſſe *m*, *ut voluit Ioannes Barclaius* 551 odore *r* || unde ipſe *P* unde iſta *c* 552 Primum *c*

crevit amor? divumne feras hoc munus, an ipsi,
gens avida et parto non umquam stare quieti,
eruimus, quae prima dies, ubi terminus aevi,
quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho
cogitet? hinc fibrae et volucrum per nubila sermo
astrorumque vices numerataque semita lunae
Thessalicumque nefas. at non prior aureus ille
sanguis avum scopulisque satae vel robore gentes
mentibus his usae; silvas amor unus humumque
edomuisse manu. quid crastina volveret aetas,
scire nefas homini. nos pravum ac flebile vulgus
scrutari penitus Superos; hinc pallor et irae,
hinc scelus insidiaeque et nulla modestia voti.
  Ergo manu vittas damnataque vertice serta
deripit abiectaque inhonorus fronde sacerdos
inviso de monte redit; iam bella tubaeque
comminus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
ille nec aspectum vulgi, nec fida tyranni
conloquia aut coetus procerum perferre, sed atra
sede tegi, et Superum clausus negat acta fateri.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

560 cf. Verg. Aen. VIII 315 gensque virum truncis et duro robore nata

---

VARIA LECTIO.

553 feref *π* || hoc *om.* B^1, *sed add. inter lineas* B^2 554 porto *Lips.*, *unde coniecit Bernartius* portu 555 Curamuf δ^1 556 deum ftatuat quid *unus Beh.* || cloto *r* 557 *cf. v.* 638 558 femina Pr^2 *et agnoscit scholiasta tamquam variam lectionem* 559 ac non *Aldd.* || prior (or *in ras.*) *P* 560 *cf. Theb.* IIII 276 *sqq.* satae] facre *δ* 561 Mentibuf hif ufae *P* Mentibuf haec/aufae *B* Mentibuf haec (hoc *pm edd.*) aufae *M* 563 paruum ac flebile uulguf *P* prauum et (ac *pm*) flebile (debile *unus Beh.*, *edd.*) uulguf *BM* 564 Scrutari *P* Scrutati *BM* Scrutamur *edd. ante Gronovium* || pęnituf *P* poenituf *B* 565 infidieq. *B* 566 dampnataq. *B* 567 Diripit *Pm* || fronte *m* 569 Cominuf *m* || thebe *f* 570 uǒlgi *B* 571 Conloquia *PBr* Colloquia *M* || cetuf *f* || proferre *c* || alta *π* arta *Lachmannus. cf. v.* 623 '*elicior tenebris*' 572 Sedet egrae *Dan.*

te pudor et curae retinent per rura, Melampu.
Bissenos premit ora dies populumque ducesque
extrahit incertis. et iam suprema Tonantis
iussa fremunt agrosque viris annosaque vastant
oppida; bellipotens prae se deus agmina passim
mille rapit; liquere domos dilectaque laeti
conubia et primo plorantis limine natos.
tantus in attonitos cecidit deus. arma paternis
postibus et fixos Superum ad penetralia currus
vellere amor; tunc fessa putri robigine pila
haerentesque situ gladios in saeva recurant
vulnera et attrito cogunt iuvenescere saxo.
hi teretes galeas magnorumque aerea suta
thoracum et tunicas chalybum squalore crepantes
pectoribus temptare, alii Gortynia lentant
cornua; iam falces avidis et aratra caminis
rastraque et incurvi saevum rubuere ligones.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

574 cf. Verg. Aen. II 126 bis quinos silet ille dies 579 cf. Verg. Aen. VI 4 infantumque animae flentes in limine primo 582 cf. Verg. georg. I 495 exesa inveniet scabra robigine pila 585 sq. cf. Verg. Aen. X 313 sq. perque aerea suta, per tunicam squalentem auro 588 cf. Propert. V (IIII) 6, 34 avidis ... rogis v. 589 sine nomine habet Servius ad georg. I 94

VARIA LECTIO.

574 Biſſenoſ *Pπ Beh.* 1, *Taur.*, *m* Biſſeno *BM* || dieſ *Pπ Beh.* 1, *Taur.*, *m* di/e (a *eras.*) *B* die *M* || ducemque *δ* 575 inceptiſ *π*[1] 576 argoſque *π* 577 bellipotens] ſed belli *unus Beh.* || perſe *p* || passim] furtim *δ* 578 domuſ *P* 579 Conubia *PBfc* Connubia *m* || plorantiſ *Bfc* plorănteſ *PM* || in limine *Beh.* 2 580 c/ecidit (a *eras.*) *P* cęcidit *B* 581 Hoſtibuſ *c* || et fixos] adfixoſ *r* affixoſ *δ* || ſupero/ad *P*

582 fessa] esa *coniecit anonymus coll. Verg. georg.* I 150 *sq.* '*ut mala culmos esset robigo*' fissa *Barthius* || rǒbigine *PB* rubigine *M* || pila *P* (*sic Verg. Aen. georg.* I 495) tela *BM edd.* 583 Haerenteſque *PBf* Herenteſque *M* Horrenteſque *edd.* || recurant *P et coniecit Bentleius* recuruant *BM edd.* repurgant *Barthius* 584 adtrito gogunt *P* || iuueniſcere *c* || saxo] ferro *Anglicanus Heinsii*

585 Hic *PB* || ſcuta *f*[1]*δ*[1] 586 tunicam *P* || chalibum *P* calibum *f* || ſualore *f* ſplendore *coniecit Lachmannus* 587 cortinia *PBM* ł gortynia *r*[2] cortimia temptant *p* 588 avidis] atris *Lachmannus* || cameniſ *P* 589 Roſtraque *δ*

caedere nec validas sanctis e stirpibus hastas
nec pudor emerito clipeum vestisse iuvenco.
Inrupere Argos maestique ad limina regis
bella animis, bella ore fremunt; it clamor ad auras,
quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi temptat
Enceladus mutare latus; procul igneus antris
mons tonat, exundant apices fluctusque Pelorus
contrahit, et sperat tellus abrupta reverti.
Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
excitus et longam pridem indignantia pacem
corda tumens (huic ampla quidem de sanguine prisco
nobilitas; sed enim ipse manu praegressus avorum
facta, diu tuto Superum contemptor et aequi
inpatiens largusque animae, modo suaserit ira),
unus ut e silvis Pholoes habitator opacae
inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres,
ante fores, ubi turba ducum vulgique frementis,
Amphiarae, tuas 'quae tanta ignavia' clamat,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

595 cf. Callimachus hymn. in Del. 143 *εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο.* Verg. Aen. III 581 et fessum quotiens mutet latus (ubi Servius legit: motat); scholiasta Lucani VI 294 'quod quoties fit, dicitur fulminatus Enceladus mutare latus' 598 sqq. 'atque ... corda tumens' Priscian. inst. X 9, 55 (I 544, 18 ed. Hertz). cf. Verg. Aen. VII 550 accendamque animos insani Martis amore 605 cf. Verg. Aen. III 678 Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentis 607 cf. Verg. Aen. XI 733 quae tanta animis ignavia venit?

VARIA LECTIO.

590 Cederc *c* || a ſtirpibuſ *schol. Bamb.* a ſtipibuſ *π* 592 Irrupere *M* 593 bella//ore *P* bella ora *f* || id *P* ¢t *B* 594 *sq.* tyreni *P* thirreni *f* || aut ubi temptat Enceladuſ mutare latuſ *om. P*, *sed add. in marg. manu recentiore saeculi* XI *vel* XII || motare *Colb.*, *Heinsius* versare *Barthius. vide ad Theb.* II 599 || procul] ſuper *P* 598 Adque *P* || *cf. Theb.* IIII 260 VII 703 601 pregreſſuſ *B* progreſſuſ *m* || auorum eſt *f* 602 tutoſ ſuperum *c* tuto diuum *Beh.* 2 603 Inpatienſ *Pr* Inpacienſ *B* Impatienſ *M* || larguſ (*om.* que) *rc* 604 ex *π* || pholoe *δ* || opace *B* 605 actheneoſ equuſ *f* || concurrere *δ* 606 frementeſ *P* trementiſ *fc Beh.* 1 607 Amphiara[e] *f* Amphiorae *c*

'Inachidae vosque o socio de sanguine Achivi?
unius (heu pudeat!) plebeia ad limina civis
tot ferro accinctae gentes animisque paratae
pendemus? non si ipse cavo sub vertice Cirrhae,
quisquis is est, timidis famaeque ita visus, Apollo
mugiat insano penitus seclusus in antro,
expectare queam, dum pallida virgo tremendas
nuntiet ambages. virtus mihi numen et ensis,
quem teneo; iamque hic timida cum fraude sacerdos
exeat, aut hodie, volucrum quae tanta potestas,
experiar.' laetum fremit adsensuque furentem
implet Achaea manus. tandem prorumpere adactus
Oeclides alio curarum agitante tumultu:
'Non equidem effreno iuvenis clamore profani
dictorumque metu, licet hic insana minetur,
elicior tenebris; alio mihi debita fato
summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
sed me vester amor nimiusque arcana profari
Phoebus agit; vobis ventura atque omne, quod ultra est,
pandere maestus eo; nam te, vesane, moneri
ante nefas, unique tacet tibi noster Apollo.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

615 cf. Verg. Aen. X 773 dextra mihi deus et telum

VARIA LECTIO.

608 uoſq.o ſocii *P* uoſ o ſocii *Beh.* 609 hae^{u} *B* || plebaeia *B* plebea *δ* p^{l}hebeia *π* phoebeia *edd. vett.* 611 cyrrhae (cyrrae *f*) *PBM* 612 famae (que *om.*) *P* || ita divus Apollo *Barthius* 613 paenituſ *P* poenituſ *B* || *cf. Theb.* X 725 *sq.* 616 hic *PBM* hac *δ* huc *m edd.* 617 haut *P* 618 letum *P* || aſſenſuque *M* 619 Impleat *c* || achea *Pf* || p̄rum̄pere *f* prorumpit *m* || adactuſ *P* 620 *iam inde a verbo* alio *Amphiaraum loquentem facit Lachmannus* || cu^{a}rrum *B* 621 profani] propinqui *δ* 624 uentumque *c* 625 arc^{h}ana *P* archana *B* 626 adq. omneq. ultra eſt *P* q̄d ultra *c f* quid ultra (eſt *om.*) *δ* 627 meſtuſ *B* || uaeſane *B* 628 tacet *Pp* ſilet *BM edd.*

quo, miseri, fatis Superisque obstantibus arma
quo rapitis? quae vos Furiarum verbera caecos
exagitant? adeone animarum taedet, et Argos
exosi? nil dulce domi? nulla omina curae?
quid me Persei secreta ad culmina montis
ire gradu trepido Superumque inrumpere coetus
egistis? potui pariter nescire, quis armis
casus et atra dies, quae fati exordia cunctis,
quae mihi. consulti testor penetralia mundi
et volucrum adfatus et te, Thymbraee vocanti
non alias tam saeve mihi, quae signa futuri
pertulerim: vidi ingentis portenta ruinae,
vidi hominum divumque metus hilaremque Megaeram
et Lachesin putri vacuantem saecula penso.
proicite arma manu; deus, ecce, furentibus obstat,
ecce, deus. miseri! quid pulchrum sanguine victo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

643 cf. Verg. Aen. VI 835 proice tela manu; ibid. v. 46 deus, ecce, deus

---

VARIA LECTIO.

630 quae] quo *P* || caecoſ (ſoſ *supra scr. pr. man.*) *P* 632 nihil *P* nihil *B* || eſt *add. in exitu versus P*² 634 ſuperumque *P* ſuperoſque *BM edd. cf. v.* 549 *sq. et Ach.* I 518 || inrumpere *PBr* irrumpere *M* 636 caſuſ ubi (*om.* atra) dieſ *P* caſuſ ubi atra dieſ *π* || quae fati exordia *PB (sed sub verbo* fati *scriptum fuisse videtur* prima *in B) Busl.*, *musei Britannici* 15 *A* XXIX, *Harl.* 2463. 2474 quae fati diſcordia *unus Beh.* quae prima exordia *M*, *quod inrepsisse videtur ex Verg. Aen.* IIII 284. *cf. Theb.* I 503 VIII 619. quae priva exordia *coniecit Bernartius* 638 adflatuſ *P* adfatuſ *B* afflatuſ *M. cf. v.* 557 || tymbree *Pf* thymbrae (e *supra*) *B* 639 ſęue (e *corr. in* a) *P* ſaeue (*ultima* e *corr. in* a) *B unus Beh.* ſaeua (*vel* ſeua) *M edd. vett.* || quam ſigna *c* 640 ingenteſ *P*¹*p* 641 metuſ *Pp*¹*π Colb.*, *scholiasta. cf. v.* 522. neſaſ *corr. in* metiſ *B* neſaſ *M*||m/egerã (*a eras.*) *P* megeram *B* 642 lacheſin *Bfc* lacheſim *PM* || vacuantem] laxantem *margo P* 643 ferentibuſ *δ* 644 quod *r* || ſanguine ueſtro *Par.* 8053 *et* 8054 *coniecitque Barthius* sanguine iuncto *(i. e. fraterno) Heinsius* (*advers. lib.* 1 *cap.* 16)

Aoniam et diri saturare novalia Cadmi?
sed quid vana cano, quid fixos arceo casus?
ibimus.' hic presso gemuit semel ore sacerdos.
Illi iterum Capaneus: 'tuus o furor auguret uni
ista tibi, ut serves vacuos inglorius annos
et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum
clangor eat. quid vota virum meliora moraris?
scilicet ut vanis avibus natoque domoque
et thalamis potiare iacens, sileamus inulti
Tydeos egregii perfossum pectus et arma
foederis abrupti? quodsi bella effera Graios
ferre vetas, i Sidonios legatus ad hostes.
haec pacem tibi serta dabunt. tua prorsus inani
verba polo causas abstrusaque semina rerum
eliciunt? miseret Superum, si carmina curae
humanaeque preces. quid inertia pectora terres?
primus in orbe deos fecit timor; et tibi tuto
nunc eat iste furor. sed prima ad classica cum iam
hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

648 sq. cf. Verg. Aen. XI 399 sq. capiti cane talia, demens, Dardanio rebusque tuis 661 'primus ... timor' Servius ad Verg. Aen. II 715, Petronius (Anthol. L. III 119 v. 1)

VARIA LECTIO.

645 ſaturaṫe (τ *corr. in* r) *B* 647. ſemel *PBM* ſimul *edd.*
648 Illūd iterum *B* Ille iterum *f* Illum iterum *PM edd.* Iamque iterum *Barthius* Illi iterum *Lachmannus* || capaneuſ *om. c* || tuuſ o furor augur et uni *PBM edd.* augur et *coniunxi, ut fieret verbum* auguret. *vide mus. Rhenan.* XVIII *p.* 193. *cf. Theb.* X 724 *sq.*
649 inglorioſ (v *supra*) *B* || annoſ *P. cf. Theb.* IIII 183 *et* V 107 *sq.* annoſ *corr. pr. manu in* argoſ *c* Argoſ *BM edd.* 650 Set tua δ || tirrenuſ *f* 652 uaniſ *om., sed add. inter lineas B* 654 pfuſũ *f*[1]
655 bella aſpera *unus Beh.* 656 ſidonioſ . . . hoſteſ *Pπ Colb., Gud.* 52 ſidoniaſ . . . urbeſ *BM* (arceſ *Par.* 8054) 658 abſtruſaque *m* || nomina rerum *P* 659 E/liciunt *B* 660 Martia pectora *Barthius* 661 Primoſ *f* || toto *f*[1] ł totuſ *f*[3] 663 iſmenum *B* hiſmeon *f* || bibamus *Heinsius ad Claudian.* III *cons. Honor.* 48

ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti
obvius ire pares venisque aut alite visa
bellorum proferre diem. procul haec tibi mollis
infula terrificique aberit dementia Phoebi.
illic augur ego et mecum quicumque parati
insanire manu.' rursus fragor intonat ingens
hortantum et vasto subter volat astra tumultu.
ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
flamina et exuti concreto frigore colles,
cum vagus in campos frustra prohibentibus exit
obicibus, resonant permixto turbine tecta,
arva, armenta, viri, donec stetit improbus alto
colle minor magnoque invenit in aggere ripas.
haec alterna ducum nox interfusa diremit.
At gemitus Argia viri non amplius aequo
corde ferens sociumque animo miserata dolorem,
sicut erat pridem laceris turbata capillis
et fletu signata genas, ad celsa verendi
ibat tecta patris, parvumque sub ubere caro
Thessandrum portabat avo iam nocte suprema
ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

682 sq. cf. Verg. Aen. II 453 sqq. limen erat . . . qua se . . . saepius Andromache ferre incomitata solebat ad soceros et avo puerum Astyanacta trahebat

VARIA LECTIO.

664 Nec *δ unus Beh.* || tum moneo *Pπ* te moneo *coniecit Bernartius* 665 paraſ *fδ* || uentiſque *BBM scholiasta* uentiſ (que *om.*) *π* venisque *Heinsius ad Ovid. rem. am.* 93 *et Meursius miscell.* III *c.* 14 667 abeat *Lachmannus* || clementia *δ Beh.* 1. 2. *m* 668 Illuc *c* 669 rurſum *π unus Beh.* 670 tumultu/ *B* uolatu *c* 671 rapidoſ *δ* 672 Flamina *P Colb.*, *Gud.* 52, *schol.* Flumina *BM* || exuſti *π* || colles] monteſ *Pπ Colb.*, *Gud.* 52 673 Dum *c* || campum *c* 674 Obiicibuſ *m* || reſonat *f* 675 inprobuſ *B* 677 Dicta alterna *coniecit Barthius* 679 miserata] ſolata *unus Beh.* 680 laceriſ pridem *Pp Beh.* 1. 2 683 Theſſandrum (Teſſandrum *δ* Taſſandrum *π*) *PBM schol.*, *quàm Thersandri nominis deformationem haud ita novae originis esse appareat ex consensu etiam Vergilianorum codicum Aen.* II 261.

Arctos ad oceanum fugientibus invidet astris.
utque fores iniit magnoque adfusa parenti est:
'cur tua cum lacrimis maesto sine coniuge supplex
limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
scis genitor. sed iura deum genitalia testor
teque pater, non ille iubet, sed pervigil angor;
ex quo primus Hymen movitque infausta sinistram
Iuno facem, semper lacrimis gemituque propinquo
exturbata quies. non si mihi tigridis horror
aequoreaeque super rigeant praecordia cautes,
ferre queam; tu solus opem, tu summa medendi
iura tenes; da bella, pater, generique iacentis
aspice res humiles, atque hanc, pater, aspice prolem
exulis; huic olim generis pudor. o ubi prima
hospitia et iunctae testato numine dextrae!
hic certe est, quem fata dabant, quem dixit Apollo.
non egomet tacitos Veneris furata calores
culpatamve facem, tua iussa verenda tuosque
dilexi monitus; nunc qua feritate dolentis
despiciam questus? nescis, pater optime, nescis,
quantus amor castae misero nupsisse marito.

VARIA LECTIO.

686 adfusa *PBr* affusa (effusa *πδ*) *M* 687 maesta et sine coniuge *Barthius* || sine] sum *π* sn̄ *δ* 689 genitalia *P* genialia *Bf*³ *Rehd.*, *Gud.* 54, *Barthius* genitalia *M schol. cf. silv.* III 3, 108 691 infesta *π* 692 propinquo] profundo *m* 693 mihi] modo *π* 694 aequoreasque *Barthius* || regeant *B* 695 summa ᵐedendi *B* 696 iacentis *Pm* tacentis *PM Bentleius* 698 hunc (hīc) *r* hinc *f* || o ubi *P* obuia *BM* 699 Hospicia *Bf* || hospitia. at iunctae *Barthius* || testato *M*, *i. e. manifesto*, *ut Theb.* I 494 gestato *B* funesto *P unus Beh.* 700 qu/em fata *B* 701 colores *cδ* 702 Culpatamque *π* || tua iussa tuosq. uerendos *Brcπδ* *Beh.* 2 tua iussa tuosq. nepotes ł potentes *f. cf. Theb.* X 188 704 Dispiciam *P* || questus *P* quaestus *B* 705 castę *P Harl.* 2474 *et coniecit Bernartius* causae *BM* || nubsisse *B*

et nunc maesta quidem grave et inlaetabile munus,
ut timeam doleamque, rogo. sed cum oscula rumpet
maesta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
signa tubae saevoque genas fulgebitis auro,
ei mihi, care parens, iterum fortasse rogabo.'
Illius umenti carpens pater oscula vultu:
'non equidem has umquam culparim, nata, querellas;
pone metus, laudanda rogas nec digna negari.
sed mihi multa dei (nec tu sperare, quod urges,
desine), multa metus regnique volubile pondus
subiciunt animo. veniet, qui debitus istis,
nata, modus, neque te incassum flevisse quereris.
tu solare virum, neu sint dispendia iustae
dura morae; magnos cunctamur, nata, paratus.
proficitur bello.' dicentem talia nascens
lux monet ingentesque iubent adsurgere curae.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

720 'proficitur bello' Priscian. inst. VIII 7, 34 (I 401, 15 ed. Hertz)

VARIA LECTIO.

706 graue in et l/ętabile munuſ *B* graue et laetabile uulnuſ *r* graue et intolerabile munuſ *π* || *comma, quod posui in exitu versus, om. edd.* 707 ti^m^neam *B* 710 Hei *m edd.* || parens] pater *Brfcπδ Dan.* 711 humenti *M* 712 culparum *cδ* || quęre^l^laſ *P* querellaſ *B* querelaſ *M* 713 moetuſ *B* 716 Subiciunt *PBc* Subiiciunt *M* || quiddebituſ *B* 717 neque *P* nec *BM* || in uanum *π* || fle^v^biſſe *P* || quere^r^liſ *r* 718 neu] nec *π* 720 Pſpicit̃ f^3 721 monet πf^3 mouet *PBM. cf. Theb.* IIII 432 || adſurgere *PBr* aſſurgere *M*

STACII POETAE THEBAID· LIB̃· III· EXPLICIT | INCIPIT EIVSDEM LIBER QVARTVS *P* P· PAPINI STATI THEBAIDOS· LIB̃· III· EXPLIC̃ *(sequitur argumentum libri* IIII*)* | INCIPIT LIBER QVARTVS *B* IIII LIB̃· S· P· S· THEBAIDOS INCIP̃· *(argumentum libri* IIII *praescriptum est) f* Explicit Liber IIIuſ *(sequitur argumentum libri* IIII*)* | Incipit Liber quartuſ *c*

P. PAPINI STATI

T H E B A I D O S

LIBER QVARTVS

Tertius horrentem zephyris laxaverat annum
Phoebus et angustum cogebat limite verno
longius ire diem, cum fracta inpulsaque fatis
consilia et tandem miseris data copia belli.
prima manu rutilam de vertice Larisaeo
ostendit Bellona facem dextraque trabalem
hastam intorsit agens, liquido quae stridula caelo
fugit et Aoniae celso stetit aggere Dirces.
mox et castra subit ferroque auroque coruscis
mixta viris turmale fremit; dat euntibus enses,
plaudit equos, vocat ad portas; hortamina fortes
praeveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS IIII 5 sq. cf. silv. V 3, 195 sqq. subitam civilis Erinys Tarpeio de monte facem Phlegraeaque movit proelia

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS IIII 1 Terciuſ *B* || zeferiſ *P* || annuſ *P* 2 Febuſ *P* Phebus *f* || anguſto *P* || uernum *P* 3 cum fractaque *c* confracta *δ* || inpulſaque (qu/e *B*) *PBr* impulſaque *M* 4 miſeriſ data copia *Pm* miſeri data copia (miſerandi copia *Dan.*) *BM* 5 lariſaeo *B* lariſeo *f* lariſſaeo *PM* 6 dextraqu/e *B* 7 intorſit.genſ (a) *P* || ſtridua *f* 8 aoniae *P Burn.* 257, *Harl.* 2498 aduerſae *BM* || cęlo (ſ) *B* coelo (celſo) *r* 11 aequoſ *B* || hortamine *P* 12 timidiſqu/e *B*

Dicta dies aderat. cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus, nullisque secundus in extis
pallet et armatis simulat sperare sacerdos.
iamque suos circum pueri nuptaeque patresque
funduntur mixti summisque a postibus obstant.
nec modus est lacrimis; rorant clipeique iubaeque
triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
suspiranda domus; galeis iuvat oscula clausis
inserere amplexuque truces deducere conos.
illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
dant gemitus, fractaeque labant singultibus irae.
sic ubi forte viris longum super aequor ituris,
cum iam ad vela noti et scisso redit anchora fundo,
haeret amica manus; certant innectere collo
bracchia, manantesque oculos hinc oscula turbant,
hinc magni caligo maris, tandemque relicti
stant in rupe tamen; fugientia carbasa visu
dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

13 cf. Verg. Aen. V 104 expectata dies aderat 16 cf. Verg. georg. IIII 476 Aen. VI 307 silv. I 1, 12 pueri innuptaeque puellae; Verg. Aen. II 238 pueri circum innuptaeque puellae 18 cf. Lucan. IIII 180 arma rigant lacrimis 24 sqq. cf. silv. V 2, 5 sqq. ceu super Aegaeas hiemes abeuntis amici vela sequar spectemque ratem iam fessus ab altis rupibus atque oculos longo querar aere vinci

---

VARIA LECTIO.

14 ſecunduſque (*sed* que *eras.*) *c* 16 pueri nuptaeque *Pπδ Gud.* 52, *Rehd. cf. Theb.* III 114 pueri innuptaeque (innubtaeq. *B*, iuuuptae *c*) *BM ex Verg. Aen.* II 238 *vel* VI 307 17 mixti] matreſ *π* ‖ e poſtibuſ *c* ‖ inſtant *r* 18 rotant *f*¹ nutant *Lachmannus* ‖ clypeiq. *B* 20 caleiſ *P*¹ ‖ cluſiſ *Brf unus Beh.* 21 amplexuſque *r* ‖ colloſ *c* 23 fractaque *P* ‖ ira *P* 24 *sqq. cf. Theb.* V 481 *sqq.* VII 139 *sqq.* 25 ad *om. π* ‖ fiſſo *unus Beh.* ſciſſo.r edit *P* ‖ anchora *PBf* ancora *M* 26 haeret amica manus, certatim nectere c. b. *Bentleius ad Hor. epod.* XVII 72. *at recedunt a Bentlei norma, si coniectura quamvis facili abstinere volumus, praeter locos ab eo commemoratos et emendatos hi: Theb.* II 99, *Ach.* I 196, *Verg. Aen.* VII 418 '*tum ramum innectit olivae*', *Taciti hist.* IIII 46 '*cervicibus innecti*' 27 Brachia *PBM* ‖ madenteſque *r* manenteſque *π* ‖ turpant *P* *vv.* 28—30 *eo quo edidi ordine sese excipiunt, omisso versu* 31, *in P et Harl.* 2463. *post versum* 28 *exhibent versum* 31 *omissis versibus* 29 *et* 30 *B*¹, *Burn.* 258 *a pr. manu* (*in marg. add. v.* 30), *qui-*

[*stant tamen, et nota puppim de rupe salutant.*]
Nunc mihi, fama prior mundique arcana vetustas,
cui meminisse ducum vitasque extendere curae,
pande viros, tuque o nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manus, quae moverit arma
Gradivus, quantas populis solaverit urbes,
sublata molire lyra; neque enim altior ulli
mens hausto de fonte venit. rex tristis et aeger
pondere curarum propiorque abeuntibus annis
inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus,
contentus ferro cingi latus; arma ministri
pone ferunt, volucres portis auriga sub ipsis
comit equos, et iam inde iugo luctatur Arion.
huic armat Larisa viros, huic celsa Prosymna,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

32 'nunc . . . vetustas' commenta Bernensia in Lucani IIII 654; cf. silv. I 1, 8 nunc age fama prior

---

VARIA LECTIO.

dam Lindenbrogii, *et videtur ita legisse scholiasta*, *qui interpretatur v.* 31; *v.* 30 *addidit* B^2 *vel* B^3*. post v.* 31, *qui antea fuerat ultimus paginae; idemque ordo scilicet hic:* 28. 31. 30 (*om. v.* 29) *reperitur in r* (*qui habet v.* 29 *in marg. manu recenti scriptum*) *ſcp Beh. recentiore*, *Colb.*, *Rehd.*, *Par.* 8053, *reg. mus. Brit.* 15 *A* XXI, *Harl.* 2498, *Burn.* 257; *leguntur hoc ordine:* 28. 31. 29. 30 *in π;* 28. 29. 31. 30 *δ et Harl.* 2474; 28. 29. 30. 31 *reg. mus. Brit.* 15 *A* XXIX, *edd.; vv.* 28 *et* 31 *om. Beh. vetustior*, *sed sunt in margine scripti vario stilo et praefixa nota reiecti post v.* 27, *tum secuntur vv.* 29. 30, *denique versus adsimulatus versui* 28: hii magno caluere mari tendantque relinqui, *qui versus inducta linea recenti manu deletus est* 30 cre-^{r}beſcere B^2*vel* B^3 crebeſcere *π. vide Theb.* II 612 31 notam puppem *m edd.; hunc versum*, *quem omittunt P et Harl.* 2463, *prodiisse arbitror a calamo veteris cuiusdam scholastici*, *qui sententiam versuum* 29 *et* 30 *contrahere studebat atque variare. vide prolegomena*

32 archana *PB* 33 duce ſc ‖ excedere *δ. cf. Theb.* I 607 35 mouerat *rπ* 36 ſolauerit *P. cf. Theb.* V 149 ſpoliauerit *BM* (ſpoliauerat *rδ*) 37 molyre *P* meliore r^1 ‖ nec enim *m edd.* ‖ illi *B* 38 triſtibuſ aeger *P* 39 prop/iorq. *f* 40 adraſtiſ *P* 41 Coteptuſ *schol. Bamb.* ‖ miniſtri] manipli *PBM; correxit Marklandus ad silv.* V 2, 154 43 Comit&quoſ *B* 44 lariſa *B* lariſſa *PM* ‖ hinc *unus Beh.* ‖ proſhimna *P* proſymnia *B* proſymna (proſimne *m*, proſinna *π*, proſimna *unus Beh.*, prolygna *alter Beh.*) *M. cf. Theb.* I 383

aptior armentis Midee pecorosaque Phlius,
quaeque pavet longa spumantem valle Charadron
Neris et ingenti turritae mole Cleonae
et Lacedaemonium Thyrea lectura cruorem.
iunguntur memores transmissi ab origine regis,
qui Drepani scopulos et oliviferae Sicyonis
culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti
ambit et anfractu riparum incurvus Elisson.
saevus honos fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis; huc mergere suetae
ora et anhelantes poto Phlegethonte cerastas,
seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

56 sq. cf. Claudian. rapt. Pros. III 386 sqq. qualis pestiferas animare ad crimina taxos torva Megaera ruit, Cadmi seu moenia poscat, sive Thyesteis properet saevire Mycenis

---

VARIA LECTIO.

45 medie *P* midę *B* mide *vel* midae (medę *f*, nudae *c*, micle *δ*) *M* media *vel* midea *m edd.* Midee *scripsi; potest quoque tolerari* Midea; *Graeci enim dixerunt non solum Μίδεα vel Μίδεια, sed etiam Μιδέα* || philuſ *P schol. Bamb.* philoſ *Brfπδ* piloſ *p* phylloſ *c m edd.;* Phlius *scripsi, quia nullum apud veteres commemoratur Peloponnesi oppidum* Phyllos. 46 Quique *unus Beh.* || caraudon *δ*
47 ingenteſ turrite *P* 48 lacedemonium *PB* || thyla electura *P* thyre lectura *BM edd.* Thyrea *scripsi* 49 regeſ *PBM* regiſ π^2 *et Gronovius coniecit. totus versus nothus videtur Barthio*
50 drepaniſ *r* || populoſ *δ* || ſitioniſ *f* 51 Cultaſ erunt *B* || uadoſ trangilla *P* uado ſtagilla *unus Beh.*, *Anglicanus Heinsii* ſtrigilla *nonnulli codd. scholiastae* 52 Lambit *PBM* Ambit *π probante Bentleio. cf. v.* 121 || anfractum *P* amfractu *B* amfractu (anfractu *r*, amphractu *f*) *M* || incuruiſ *P* || eliſſon *P, sicuti coniecit Hemsterhusius ad schol. Aristoph. Plut.* 586 eliſſoſ (eliſoſ *πδ*) *BM schol., editores, qui scholiastae errorem propagantes de Atticae regionis fluvio cogitant* 53 Seuuſ *B* || ſtygyaſ *P* ſtygio r^1 || luſtra ſeueriſ *r*
54 Heumenidaſ *B* Emenidaſ f^1 Eumenideſ *πδ* || huic *vel* hinc *m* || ſueta *P* ſuete *B* 55 poto phlegetonte *P reg. mus. Brit.* 15 *A* XXIX, et *coniecerunt Heinsius ad Claudian. rapt. Pros.* III 386 *Bentleius coll. Theb.* I 91 tuto phlegethonte *B* tuto flegethonte (*vel* flegetonte) *M* totum Phlegethonta *aut* potum Phlegethonta *anonymus* 56 tracum *f* || myceniſ *PBM* Mycenes *coniecit Gronovius*

impia Cadmeumve larem; fugit ipse natantes
amnis, et innumeris livescunt stagna venenis.
it comes Inoas Ephyre solata querellas
Cenchreaeque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos et a terris maria inclinata repellit.
Haec manus Adrastum numero ter mille secuti
exultant; pars gaesa manu, pars robora flammis
indurata diu (non unus namque maniplis
mos neque sanguis) habent, teretes pars vertere fundas
adsueti vacuoque diem praecingere gyro.
ipse annis sceptrisque subit venerabilis aeque.
ut possessa diu taurus meat arduus inter
pascua, iam laxa cervice et inanibus armis,
dux tamen; haut illum bello adtemptare iuvencis
sunt animi, nam trunca vident de vulnere multo
cornua et ingentes plagarum in pectore nodos.
Proxima longaevo profert Dircaeus Adrasto

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

59 'it . . . querellas' schol. Theb. VI 253 61 sq. 'quaque . . . repellit' schol. Luc. I 99 62 cf. silv. V 4, 6 terris **maria acclinata** quiescunt

---

VARIA LECTIO.

57 cadmeiumq. *r* || natantes] '*f.* lavantes, Furias' *Schraderus* 59 Id *P* Et *c* || inoaſ *Pm edd.* ¢oniaſ (c *corr. in* i) *B* ioniaſ (inoniaſ *Beh.* 2) *M* || ephyrae *c* epire *p* || querelaſ *M* 60 Cenchraequ/e *B* 61 aequo *B* 62 Isthmos] ſthmoſ *P*|| *cf. Theb.* I 120 63 ſecuta *c* 64 caeſa *Pr* ceſa *B* geſa *fδ* çeſa (l *suprascr.*) *π* ieſa (g *suprascr.*) *p* 65 diu] ferunt *π* || uniuſ (i *add. man.* 1) *c* || maniplφſ (o *corr. in* i) *B* 66 habet *P*, *unde conieci* habent. moſ neque ſanguiſ ineſt *B edd.* || uertice *P* 67 Aſſueti *M* || *cf. Ach.* II 422 68 ęquae 70 iam.ceruice (laxa *suprascr.*) *P* lapſa *π* laſſa *m* 71 haut (t *corr. in* d) aut *Beh.* 1 haud *PM* || bello illum *P*[1] || adtemptare *P* attemptare attentare (tentare *π Beh.* 2) *M* 73 in *om. δ* 74 Pro longeuo *P* || direcuſ (dirceuſ *suprascr.*) *P* directuſ (ceuſ *suprascr.*) *B*

signa gener, cui bella favent, cui commodat iras
cuncta cohors; huic et patria de sede volentes
advenere viri, seu quos movet exul et actis
tristibus aucta fides, seu quis mutare potentes
praecipuum, multi, melior quos causa querenti
conciliat. dederat nec non socer ipse regendas
Aegion Arenenque, et quas Theseia Troezen
addit opes, ne rara movens inglorius iret
agmina neu raptos patriae sentiret honores.
idem habitus, eadem arma viro, quae debitus hospes
hiberna sub nocte tulit. Teumesius implet
terga leo, gemino lucent hastilia ferro,
aspera vulnifico subter latus ense riget Sphinx.
iam regnum matrisque sinus fidasque sorores
spe votisque tenet, tamen et de turre suprema
attonitam totoque extantem corpore longe
respicit Argian; haec mentem oculosque reducit
coniugis et dulces avertit pectore Thebas.
  Ecce inter medios patriae ciet agmina gentis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

77 sq. 'seu ... fides' Servius ad Aen. VII 648 82 'ne ... iret' Servius ad Aen. VII 648. cf. Claudian. bell. Get. v. 78 sq. aspice, quam rarum referens inglorius agmen Italia detrusus eat

---

VARIA LECTIO.

75 fauent] gerent r^1, *unde Bentleius coniecit* gerit *coll. v.* 115 76 chohorſ *f* || uolanteſ *δ* 77 actis *scripsi.* haeſit *PBM Servius. cf. Theb.* II 104 VIII 557 78 acta *π Beh.* 1 79 Precipuum *Bf* || quaerenti *B* 81 Egion *schol. Bamb. δ* Egeon *π* || arenemque *P̨ schol. Bamb.* || teumeſia ł teſeia *π* || troezę *B* troeze *c* 82 ne parva m. i. arma iret *Servius* 83 neu] nec *δ* 84 abituſ *B. cf. Theb.* V 447 || debitus] devius *Lachmannus; sed recte interpretatur scholiasta: 'fatalis, responso Apollinis debitus'*

85 Hiberna (H *in ras.*) *B* || eumeſiuſ (τ (m. 3)) *B* temeiuſ (u (m. 1)) *f* 86 leo & gemino *P edd. vett.* 87 uolnifico (u) *B* || ſpinx *rfc* 89 ſubprema *B* 90 Attonicam B^1 || inſtantem *P* errantem *δ* || long/e *B* 91 mentemque *Beh.* 92 dulciſ *f Beh.* 93 mediaſ *δ* || genteſ *δ*

fulmineus Tydeus, iam laetus et integer artus,
ut primum strepuere tubae, ceu lubricus alta
anguis humo verni blanda ad spiramina solis
erigitur liber senio et squalentibus annis
exutus laetisque minax interviret herbis;
a miser! agrestum si quis per gramen hianti
obvius et primo fraudaverit ora veneno.
huic quoque praestantes Aetolis urbibus adfert
belli fama viros: sensit scopulosa Pylene
fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron
et praeceps Calydon, et quae Iove provocat Iden
Olenos, Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis et Herculea turpatus gymnade vultus
amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

95 sqq. cf. Homer. Il. X 93 *ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσιν.* Verg. Aen. II 471 sqq. qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus, frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat, nunc positis novus exuviis nitidusque iuventa lubrica convolvit sublato pectore terga arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis; Tibull. I 4, 35 serpens novus exuit annos; Ovid. a. am. III 77 anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas 101 sqq. cf. Hom. Il. *B* 638 *Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός, οἳ Πλευρῶν' ἐνέμοντο καὶ Ὤλενον ἠδὲ Πυλήνην Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν* 103 'fletaque . . . Pleuron' schol. Theb. VIII 484 106 sq. cf. Boetius de cons. phil. lib. IIII carm. VII fronte turpatus Achelous amnis ora demersit pudibunda ripis
107 cf. Ovid. met. IX 96 sq. vultus Achelous agrestes et lacerum cornu mediis caput abdidit undis

---

VARIA LECTIO.

95 primae *P* || ſt[re]ụpuere *P* ſtupuere *δ* || iubac *δ* || ce/u *B* 97 ſualentibuſ *f* || aruiſ *P* armiſ *c* 98 he[r]biſ *B* 99 Ah (Ha *π*) *M* || hianti] cunti *δ* 100 Obuiat *δ* || fraudauerit orẹ[a] *P* ſiccauerit ora *BM schol., edd.* 101 preſenteſ *P* preſtanteſ *B* || ę/t[h]oliſ *B* || adfert *Br* affert *PM* 102 phylene *P Beh.* 1 philene *δ* pylenę *f* pilene *Beh.* 2 103 Fetaque *P* Fletaqu/e *B* 104 cale~~niſ~~[idon] (idon *supra scr. saec.* XI *vel* XII) *P* malidon *f* || yden *Bf* idam *m* 105 Olenon *Beh.* 2 106 Calchiſ *PBf* Colciſ *π* Cọ[a]lchiſ *δ* || herculeo *f* || turbatuſ *P*[1]*rc* || gimnade *B* ginguade *π* gignade *δ* 107 uiạ[x] *P* || aḍ[t]tollere *P*

ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
maeret, anhelantes aegrescunt pulvere ripae.
omnibus aeratae propugnant pectora crates,
pilaque saeva manu, patrius stat casside Mavors.
undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden, hilarem bello notisque decorum
vulneribus; non ille minis Polynicis et ira
inferior, dubiumque adeo, cui bella gerantur.
Maior at inde novis it Doricus ordo sub armis,
qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo
vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivum,
Inache (Persea neque enim violentior exit
amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas
spumeus et genero tumuit Iove), quos celer ambit
Asterion Dryopumque trahens Erasinus aristas,
et qui rura domant Epidauria (dexter Iaccho
collis, at Hennaeae Cereri negat); avia Dyme
mittit opes densasque Pylos Neleia turmas.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

111 'patrius . . . Mavors' schol. Theb. VIII 708 122 'Dryopumque . . . aristas' Servius ad Aen. IIII 146 123 'qui . . . Epidauria' schol. Theb. VI 912

VARIA LECTIO.

108 Au^{v}ſiſ *B* 109 egreſcunt *f* arescunt *autumat Hauptius* || puluer/e *B* 110 aerate *P*|| pectore grateſ *P* tempora crateſ *Beh.* 2 111 Pilaqu/e *B* || caſſid/e *B* 112 coronant *Pm* coronat *BM* 113 bello] populo *δ* || noctisque decorum vulneribus *coniecit anonymus* 115 *cf. Theb.* VI 117 116 antriſ ł armiſ *Beh.* 1 117 ly^{r}cie *P* lyrci/e *B* lyrcie (lircaee *r unus Beh.*, lircee *f*, elice *π*) *vel* lircie *M* || littora *B* 118 do^{u}ctor *r* 119 nequ/e *B* 120 cum] nam *δ* || taur^{v}o ($\bar{v}$ *supra scr. man.* 3) *f* || peliadaſ ^{h}auſit *P* pleiadaſ haurit *δ* 'auſit achoſaſ *schol. Bamb.* 123 ^{r}dura *π* || iacho *f* 124 henneę *P* hętneae *B* ethneae *vel* aetnaeae (etheree *π*) *M scholiasta* 125 opem *P unus Beh.*, *Lips.* opeſ *BM*. *cf. Theb.* IIII 82 VIII 483

[nondum nota Pylos, iuvenisque aetate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negavit.]
hos agitat pulchraeque docet virtutis amorem
arduus Hippomedon; capiti tremit aerea cassis
ter niveum scandente iuba, latus omne sub armis
ferrea suta terunt, umeros ac pectora late
flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
quinquaginta ardent thalami; pater ipse cruentis
in foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce
devehit arma pavens umbraque inmane volanti
implet agros longoque attollit pulvere campum.
non aliter silvas umeris et utroque refringens
pectore montano duplex Hylaeus ab antro
praecipitat (pavet Ossa) vias, pecudesque feraeque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

129 sq. cf. Verg. Aen. VII 785 sq. cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram sustinet; Silius Ital. II 398 vibrant cui vertice coni albentis niveae tremulo nutamine pennae; id. V 133 cui vertice surgens triplex crista iubas effundit crine Suevo 132 sq. cf. Sidonius Apollinaris carm. XV, 168 hic nox natarum Danai lucebat in auro 139 sq. 'utroque ... antro' schol. Theb. V 707; cf. Verg. Aen. VII 674 sqq. ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto descendunt Centauri ... dat euntibus ingens silva locum et magno cedunt virgulta fragore

---

VARIA LECTIO.

vv. 126. 127 *alienos duco. cf. Theb.* V 751 *et vide prolegomena.* piloſ *Bf* || etate *f* || et] at *m edd. vett.* 128 pulchreque *P* 129 Arduǐſ *B* || hyppomedon *B* ypomedon *f* 130 niueũ *P* niueum *BM* niuea *m edd.* || candente *unus Beh.* ter niveum candente iuba *Heinsius* 131 ſcuta *f* || terunt] tegunt δ^2 *Taur., Gud.* 146, *Bernartius, Bentleius* tenent *π* premunt *m Venett.* || humeroſ *BM* || ac] et *m edd. vett.* 135 laudatqu/e *B* || enſem *c* 136 Pall^{i}ada *P* || nemeeuſ *P* nemeuſ *Bfc* 137 inmane *Pr* ^{im}mane *B* immane *M* 138 longeque *πm* || *cf. Theb.* V 9 VII 117 *sq.* 139 humeriſ *PM* || *cf. Theb.* IX 220 *sqq.* 140 hilaeuſ *B* hyleuſ *PM* 141 Precipitat *B* Praecipitat; pavet Ossa vias *edd.; correxi interpunctionem in mus. Rhen.* XVIII *p.* 196. *cf. Theb.* II 478 || vias] iubaſ *f*

procubuere metu; non ipsis fratribus horror
afuit, ingenti donec Peneia saltu
stagna subit magnumque obiectus detinet amnem.
Quis numerum ferri gentisque et robora dicto
aequarit mortale sonans? suus excit in arma
antiquam Tiryntha deus; non fortibus illa
infecunda viris famaque inmanis alumni
degenerat, sed lapsa situ fortuna, nec addunt
robur opes; rarus vacuis habitator in arvis
monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
dat tamen haec iuvenum turgentum pectora vulgus
innumerum bello, quibus haut ammenta nec enses
triste micant; flavent capiti tergoque leonum
exuviae, gentilis honos, et pineus armat
stipes, inexhaustis artantur tela pharetris.
Herculeum Paeana canunt, vastataque monstris
omnia; frondosa longum deus audit ab Oeta.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

146 sq. 'suus . . . deus' Priscianus inst. IX 8, 40 (I 476, 19 ed. Hertz)
150 cf. Lucan. I 27 rarus et antiquis habitator in urbibus errat
154 sqq. 'flavent . . . pharetris' schol. Theb. XI 45

VARIA LECTIO.

142 fratribus] frigiduſ *unus Beh. pr. man.* 143 Abſuit *M* 144 obiectu *coniecit Peyraredus* 145 gentiſque *P* genteſque *BM* || dictu *Pπ Beh.* 148 Infoecunda *M* || famaqu/e *B* famamque *Heinsius ad Ovid. ep. ex Ponto* III 1, 45 famamve *Marklandus ad silv.* III, 1 160. *cf. Theb.* I 464 || immaniſ *M* || alymni *P* 149 elapſa *P* laſſa *π* || neq. *Pf* neque *BM* nec *scripsi; vide notata ad Theb.* II 549 || addit *coniecit Barclaius* 150 uacuiſ raruſ *π* 152 turgentum] ter^{c}gentum *P* tercentum *BM schol., edd.* turgentum *scripsi. trecenti enim iuvenes quomodo innumerum vulgus possint dici, equidem non intellego. iuvenes autem turgentes pectora aptissime nominantur ii, quorum pectora Martis amore et Herculis sui memoria inflata sunt. cf. Theb.* III 600 VIII 429 153 haut ammenta *P* aut a/menta *B* haud amenta *M* 154 flauae *P* flauent *B* || tergoqu/e *B* 155 arma *Brfcδ Beh.* 156 aptantur *Busl., Colb., Gud.* 52, *Venett.* 157 Erculeum *B* || peana *f* || *in verbis* vastataque monstris omnia *aliud quid latere suspicor* 158 ethna ł oetha *π*

dat Nemea comites, et quas in proelia vires
sacra Cleonaei cogunt vineta Molorchi.
[gloria nota casae, foribus simulata salignis
hospitis arma dei, parvoque ostenditur arvo,
robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus
ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.]
At pedes et toto despectans vertice bellum
quattuor indomitis Capaneus erepta iuvencis
terga superque rigens iniectu molis aenae
versat onus; squalet triplici ramosa corona
hydra recens obitu. pars anguibus aspera vivis
argento caelata micat, pars arte retorta
conditur et fulvo moriens ignescit in auro.
circum amnis torpens et ferro caerula Lerna.
at laterum tractus spatiosaque pectora servat
nexilis innumero chalybum subtemine thorax,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

165 'et toto ... bellum' Servius ad Aen. VII 784 et XI 683 toto vertice suprast. cf. Claudian. de raptu Pros. III 375 et socio despectant vertice lucum 166 cf. Verg. Aen. XI 679 sq. cui pellis latos umeros erepta iuvenco pugnatori operit; Ovid. met. III 52 sq. tegumen direpta leoni pellis erat 173 cf. silv. I 1, 29 at laterum passus

---

VARIA LECTIO.

159 nemee *δm* 160 cleonei *Pf* cl(e)onei *B* *vv.* 161—164 *subditicios puto. vide prolegomena.* simulata] ſignata *f*, *unus Beh. pr. man.* ‖ ſalinniſ *Beh.* 2 162 paruoqu/e *B* ‖ auro *cm scholiasta*, *ut videtur* 163 ibi *δ* ‖ quę *P* ‖ reclinaverat *δ* ‖ ar/cuſ *B* artuſ *fcpm*
165 et toto despectat corpore *Servius ad Aen.* VII 784 et toto transcendit corpore *idem ad Aen.* XI 683 166 Quattuor *P* ‖ erecta *δ Beh.* 1. 2 derepta *Gronovius in syllog. epist. tom.* II *p.* 565
167 ſuperqu/e *B* ‖ iniectum molis *Heinsius ad Ovid. met.* III 52 ‖ aene/ P^{1} aenę $P^{2}Brf$ ahenae *M* 168 ſualet *c* 169 recens] nocenſ *schol. Bamb. π* 170 celata *P* ‖ micant *f* ‖ arte reperta *PBM* torre repressa *Barthius* pars arte retorta conditur *scripsi. an* arte repressa? 171 nigreſcit $P\delta^{1}$ igneſcit (palleſcit $r^{1}p\pi$ *Anglicanus Heinsii*) *BM scholiasta* 172 ã/niſ *B* anniſ *δ* ‖ cerula *Pf* ‖ lerne *m*
173 Ad *P* Et *cδ* ‖ ſpacioſaq. uolumina pectora ſeruat *δ* ‖ *cf. Theb.* VII 311 174 calybum *P* chalibum *B* calibum *f* ‖ ſubtegmine *Beh.* 1. 2

horrendum non matris opus, galeaque corusca
prominet arte gigans, atque uni missilis illi
cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus.
huic parere dati, quos fertilis Amphigenia
planaque Messene montosaque nutrit Ithome,
quos Thryon et summis ingestum montibus Aepy,
quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion; hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas mutos Thamyris damnatus in annos
ore simul citharaque (quis obvia numina temnat?)

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

179 cf. Homer. Il. *B* 729 *Ἰθώμην κλωμακόεσσαν* 180 'quos ... Aepy' Priscian. inst. VI 1, 2 (I 195, 17 ed. Hertz) et VII 1, 1 (I 283, 13 ed. Hertz). cf. Homer. Il. *B* 591 *οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐύκτιτον Αἶπυ καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον, καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον — ἔνθα τε Μοῦσαι ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς ... αἳ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν* 181 sq. cf. Lucan. VI 352 sq. Pteleosque et Dorion ira flebile Pieridum 184 sqq. 'quis ... Celaenas' schol. Lucan. III 206

VARIA LECTIO.

175 non matris] '*stulta lectio. Quae enim mater umquam horrendum chalybeum thoracem filio fecisse vel fingitur, ut hic tali opifici adimatur?*' *Barthius* || galeaeque *PBM* galeaque π^1 *et Bentleius* galeaeque corusco prominet aere gigas *Gronovius* 176 arce *PM* arte (t *corr. in* c) *B* a/te *f* arte *δ et Bentleius. vide v.* 170 *et Theb.* VI 535 || gigans *P* gigas *BM* 177 cuspide (e *corr. ex* a *man.* 1) *c* 178 amphisigena *δ* 179 mesene *rf* mesenae *c* misene *π* messane *unus Beh.* || montosaque *P* montanaqu/e *B* montanaque *M* || ithyme *P* ithone *f Beh.* 1. 2 ithonae *c* 180 Quos thryon *PB* Quos thiron (thiron *Beh.* 1, thyron *Anglicanus Heinsii*, tiron *δ*) *M* || ęphy *P* epi *δ* 181 elos *Brfc* eleon *π* || et pteleon *P* et pheleon *B* et pheleon *c Beh.* 1 et phenon *f* et plegeon *π* et theleon *δ Beh.* 2 182 Doridon hic fertur *π* || ante ire *f* 183 Aonias *rcπδ* || multos *PBM* mutos *Gronovius coll. Verg. Aen.* XII 397 '*maluit et mutas agitare inglorius artes.*' *cf. Theb.* III 649 V 107 *sq. Ach.* II 126 || thamiris *Bf* thamiras *π* tamyrus *Beh.* 1. 2 184 cytharaq. *Bf* || citharaq. simul qˢmun'a tempnet *δ* tēpnat *f* tentat ł tēnat *π*

conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
nosset et inlustres Satyro pendente Celaenas.
Iamque et fatidici mens expugnata fatiscit
auguris; ille quidem casus et dira videbat
signa, sed ipsa manu cunctanti iniecerat arma
Atropos obrueratque deum, nec coniugis absunt
insidiae, vetitoque domus iam fulgurat auro.
hoc aurum vati Fata exitiale monebant
Argolico; scit et ipse nefas, sed perfida coniunx
dona viro mutare velit, spoliisque potentis
imminet Argiae raptoque excellere cultu.
illa libens (nam regum animos et pondera belli
hac nutare videt, pariter si providus heros
militet) ipsa sacros gremio Polynicis amati
deposuit nexus haut maesta atque insuper addit:
'non haec apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
tempora, nec miserae placeant insignia formae
te sine; sat dubium coetu solante timorem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

186 'et . . . Celaenas' schol. Theb. II 667. cf. Lucan. III 206 lugent damnatae Phoebo victore Celaenae 202 sq. 'sat . . . crines' Eutychius de discern. coniug. lib. II (Putsch. p. 2183)

VARIA LECTIO.

185 p̨cepſ *P* || quiſ non r^1 *Beh.* 1. 2 *m* || *interpunctionem collocandam esse ante verbum* praeceps *arbitratur Gronovius* 186 illuſtreſ *M* || cęlenaſ *P* celenaſ *BM* 187 fateſcit (i *supra*) *P* 188 caruſ *π* || timebat *δ* 189 cunctanti] luctanti *Anglicanus Heinsii* 190 obrueratqu/e *B* 191 uetitoqu/e *B* 192 exiciale *B* || ł canebant π^2 193 ipſa *unus Beh.* || coniunx *Pfπ* coniun/x (c *eras.*) *B* coniux *M* 196 nam] am (*spatio relicto inter voces* libens *et* am) *B* 197 Hac mutare *f* Hac mutare *m et scholiasta, ut videtur* adnutare *Kochius* || uident (*sed* n *subducta*) *c* || ſi (ni *supra*) *B* ni *vel* niſi *m edd.* 198 amici *f* 199 deposuit nexus] Exuerat cultuſ *P Beh.* 1. 2, *Gud.* 52, *Rehd.*, *Anglicanus Heinsii*, *unde ille coniecit* exuitur cultus || haut *P* aut B^1 haud B^2M 201 miſere *P* 202 coetu] calatho *autumat Lipsius elect.* II 6, *cui assentit Bernartius. at cf. Theb.* V 83 *sq.*

fallere et incultos aris adverrere crines.
scilicet (infandum!), cum tu claudare minanti
casside ferratusque sones, ego divitis aurum
Harmoniae dotale geram? dabit aptior ista
Fors deus, Argolicasque habitu praestabo maritas,
cum regis coniunx, cum te mihi sospite templa
votivis implenda choris; nunc induat illa,
quae petit et bellante potest gaudere marito.'
sic Eriphylaeos aurum fatale penates
inrupit scelerumque ingentia semina movit,
et grave Tisiphone risit gavisa futuris.
  Taenariis hic celsus equis, quam dispare coetu
Cyllarus ignaro generarat Castore prolem,
quassat humum; vatem cultu Parnasia monstrant
vellera: frondenti crinitur cassis oliva,
albaque puniceas interplicat infula cristas.
arma simul pressasque iugo moderatur habenas.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

218 spectat Servius ad Aen. X 539 219 cf. Verg. Aen. XI 600 pressis pugnat habenis

VARIA LECTIO.

203 auerrere *P* aduertere *BM* aduerrere *Eutychius. cf. Theb.* IX 638 204 Scilicet infandum cum tu claudere minanti *P* Scilicet heu ſuperi cum tu (tum cum *p*) cludare (claudere *cπδm*, claudare *p*) minaci *BM· edd.* 206 Armoniȩ *P* Harmin/ae (o) *B* Hermione *rfδ Beh.* 1 Hermoniae *c* Hermioneſ *π Beh.* 2 Harmonieſ *p* || iſto *P* 207 Argolidasque *mavult Heinsius ad Ovid. heroid.* VI 81 || abitu preſtabo *B* 208 coniux *M* 209 inplenda *B* 210 gaudere poteſt bellante *δ* 211 eriphyleoſ *PB* criphileoſ *π* euriphileoſ *unus Beh.* || paenateſ *P* 212 Irrupit *M* irrepsit *Barthius* 213 teſiphone *f* theſyphone *c* theſiphone *π* || futuri *δ et probat Bentleius fortasse recte; cf. Theb.* IIII 841 V 118 *Ach.* I 104 *silv.* I 4, 62 '*alti gaudens*' *Verg. Aen.* XI 73 '*laeta laborum*' XI 280 '*veterum memini laetorve malorum*', *et vide Gronovii diatr. p.* 249. 214 Tȩnariiſ *P* Tenaraciſ *B* Taenareiſ (Trenareiſ *c*) *M* || celsus] uectuſ *δ* 216 parnaſſia *rm* || monſtrat (N) *P* 217 crinituſ *P* 218 Albaqu/e puniceraſ *B* 219 p̃ſſaſq. *P* preſſaſqu/e *B* prenſaſque (p̃nſaq. *mutatum in* p̃ſſaſq. f^1, preſſaſque *Gud.* 52, *Rehd.*) *M* prensisque — habenis *coniecit Marklandus ad silv.* I 2, 45 || albenaſ *B*

hinc atque inde morae iaculis, et ferrea curru
silva tremit; procul ipse gravi metuendus in hasta
eminet et clipeo victum Pythona coruscat.
huius Apollineae currum comitantur Amyclae,
quos Pylos et dubiis Malea vitata carinis
plaudentique habiles Caryae resonare Dianae,
quos Pharis volucrumque parens Cythereia Messe,

* * *

Taygetique phalanx et oloriferi Eurotae
dura manus. deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras
ingenerat; vigor inde animis et mortis honorae
dulce sacrum. gaudent natorum fata parentes
hortanturque mori, deflet iamque omnis ephebum
turba, coronato contenta est funere mater.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

224 'quos . . . carinis' schol. Theb. VIII 365. cf. Hom. Il. *B* 581 sqq. *οἳ δ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν Φᾶρίν τε Σπάρτην τε πολυτρήρωνά τε Μέσσην . . . οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον*

VARIA LECTIO.

220 mora *P* (e *add.* P^2 *vel* P^1) || *verba* hinc atque inde morae iaculis *male interpretatur scholiasta, neque intellegunt interpretes recentiores. equidem moras arbitror hoc loco esse obices, qui iacula sustineant nec delabi patiantur* 222 uictum clipeo *f unus Beh.* || phitona *fcπ Beh.* 1. 2 223 apollinaee *P* appollineae *f* || comitatur *c* || amyceę (l *supra scr. alio atramento*) *P* 224 pileſ *rc*; *haec Pylos non est Neleia, cuius turmas Hippomedonti parere supra dixerat poeta v.* 125 || ui/tata *f* 225 cariae *B*
v. 226 *om.* *δ* phaſiſ (ł phariſ) *r* || cithereia meſſe *P* cythareia meſſe *B* cytheria meſſen *c. hic versum intercidisse arbitror, qui continuit verbum, unde* quos (*v.* 224 *et* 226) *penderet, nisi forte tam concise loqui licuit poetis. vide Valer. Flacc. Arg.* VI 102
227 Tagetique *c* Targeique *Dan.* || oloriferi *PB (sed B mutavit in* oliuiferi) oliuiferi (oloriferiq. r^1, oliuiferiq. *fcδ*, oliuifereq. *π*) *M. vide Theb.* X 504 *et silv.* I 2, 142 *'Amyclaeos ad frena citavit olores'* 229 ire *δ* 230 animis] uiriſ *Dan.* || honore Pc^1
231 in fata *m* 232 deflent *P* || iam (*om.* que) *π* || om̃iſ *B* || ephoebum *PB*

frena tenent duplexque inserto missile nodo,
exerti ingentes umeros, chlamys horrida pendet,
et cono Ledaeus apex. non hi tibi solum,
Amphiarae, merent; auget resupina maniplos
Elis, depressae populus subit incola Pisae,
qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis
advena, tam longo non umquam infecte profundo.
curribus innumeris late putria arva lacessunt
et bellis armenta domant; ea gloria genti
infando de more et fractis durat ab usque
axibus Oenomai; strident spumantia morsu
vincula, et effossas niveus rigat imber harenas.
Tu quoque Parrhasias ignara matre catervas
a rudis annorum (tantum nova gloria suadet),
Parthenopaee, rapis; saltus tunc forte remotos
torva parens (neque enim hac iuveni foret ire potestas)
pacabat cornu gelidique aversa Lycaei.
pulchrior haut ulli triste ad discrimen ituro

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

237 sq. 'auget ... Elis' schol. Theb. VIII 364 corrupte

VARIA LECTIO.

234 duplexque inmiſſo miſſile telo π^1 duplicique insertum missile nodo *Barthius* 235 humeroſ *PBM* || clamyſ *PB* clamiſ *f* 236 laedeuſ *PB* ledeuſ *f* || hi^{i} *B* hii *c* hibiti^{bi} ſolum *P* 237 Amphiarę *P* Amphiar/ae *B* Amphiorae *c* || mȩrent *P* 238 deprenſe *P* deprenſae π || piſe *P* 239 Qui te////////flaue *B* || nutant π^1 || alphaee *f* 240 iniecte *Dan.* || ꝓfunto *B* 241 putria *BM scholiasta* (*om.* f^1) patria *Pm*; *cf. v.* 437 *Theb.* VI 507 VIII 391 || arue (e *corr. in* a) *B* 242 gentiſ *Beh.* 243 abaſque *c* 244 A/xibuſ *f* || ſtridenſ *P* ſtridunt π 245 et *om.* π || hymber *B* || harenaſ *PBf* arenaſ *M* 246 paraſiaſ *f* parnaſiaſ π 247 A *PB* Ah (Ha π) *M* || armorum *m* 248 Parthenopee *Pf* Parthonopaee π || ſaltuſ tunc forte *P* ſaltuſ tum forte *B* tum ſaltuſ forte (lucoſ tum forte *c*, cum ſaltuſ forte δ) *M* || remoto δ 249 nequae *B* || enim *om. P* || haec *PBM edd.* hac *Barthius* 250 Placabat π *unus Beh.* || aduerſa $\pi\delta$ *Beh.* 1 || licaei *B* lycei *PM* 251 Pulcrior *P* || aut B^1 (*mutat. in* haud *man.* 3) haud *PM* || illi δ

vultus et egregiae tanta indulgentia formae;
nec desunt animi, veniat modo fortior aetas.
quas non ille duces nemorum fluviisque dicata
numina, quas magno non abstulit igne napaeas?
ipsam, Maenalia puerum cum vidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
ignovisse ferunt comiti Dictaeaque tela
ipsam et Amyclaeas umeris aptasse pharetras.
prosilit audaci Martis percussus amore,
arma, tubas audire calens et pulvere belli
flaventem sordere comam captoque referri
hostis equo; taedet nemorum, titulumque nocentem
sanguinis humani pudor est nescire sagittas.
igneus ante omnis auro micat, igneus ostro,
undantemque sinum nodis inrugat Hiberis,
inbelli parma pictus Calydonia matris
proelia; trux laeva sonat arcus, et aspera plumis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

253 cf. Ovid. her. I 107 Telemacho veniet, vivat modo, fortior aetas; silv. I 2, 165 veniet iam tristior aetas 257 cf. Horat. a. poet. v. 158 reddere qui voces iam scit puer et pede certo signat humum

260 cf. Verg. georg. II 476 ingenti percussus amore 261 sq. cf. Horat. carm. II 1, 21 sq. audire magnos iam videor duces non indecoro pulvere sordidos; Hom. Il. Z 480 sq. φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα κτείνας δήιον ἄνδρα, Claudian. de III cons. Honor. et grato respersus pulvere belli, armaque gaviso referat captiva parenti

---

VARIA LECTIO.

252 aegregiae *B* || indulgenti^{a}ę *P* 254 Quoſ *m* || deaſ $\pi^2\delta$ || fluuiſque *f* 255 abſtulit *P Dan. eque suis codicibus Heinsius ad Ovid. heroid.* XV 140 impulit *BM* || napeiaſ *r* napeaſ *f*

258 dicteaque *PBf* 259 Ipſa *Dan.* || amicleaſ *Bf* || humeriſ *PBM*

260 audaciſ *rfc Dan.*, *Beh.* 1. 2 || perculſuſ B^2 *Dan.; cf. Theb.* III 598 VII 703 261 tubaſque *c* || *cf. Theb.* IX 710 263 Noſtiſ *c* || aequo *PB* || tedet *f* || titulumqu/e *B* 264 est] et *coniecit Marklandus ad silv.* III 2, 83 || ſagittiſ *f* 265 omniſ (i *corr. in* e) *B* omneſ *PM* 266 irrugat *M* || hiberiſ *PBf* iberiſ *M*

267 Imbelli *M* || pictus Calydonia matris proelia] *vide notata ad Theb.* I 487 268 leua *f* || tonat *P Beh.* 1

terga Cydonea corytos harundine pulsat
electro pallèns et iaspide clarus Eoa.
cornipedem trepidos suetum praevertere cervos
velatum geminae deiectu lyncis et arma
mirantem gravioris eri sublimis agebat,
dulce rubens viridique genas spectabilis aevo.
Arcades huic veteres astris lunaque priores
agmina fida datis, nemorum quos stirpe rigenti
fama satos, cum prima pedum vestigia tellus
admirata tulit; nondum arva domusque nec urbes,
conubiive modus; quercus laurique ferebant
cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
fraxinus, et feta viridis puer excidit orno.
hi lucis stupuisse vices noctisqe feruntur
nubila et occiduum longe Titana secuti
desperasse diem. rarescunt alta colonis
Maenala, Parthenium fugitur nemus, agmina bello

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

275 'Arcades ... priores' Servius ad georg. II 342 et Aen. VIII 353. cf. Apollon. Rhod. Arg. *Δ* 264 *Ἄρκαδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται ζώειν*, Ovid. fast. II 289 sqq. Ante Iovem genitum terras habuisse feruntur Arcades, et luna gens prior illa fuit 284 cf. Lucan. I 542 gentesque coegit desperare diem 285 sqq. cf. Homer. Il. *B* 603 sqq. *Οἳ δ' ἔχον Ἀρκαδίην ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπὺ, Αἰπύτιον παρὰ τύμβον, ἵν' ἀνέρες ἀγχιμαχηταὶ, οἳ Φένεόν τ' ἐνέμοντο καὶ Ὀρχομενὸν*

VARIA LECTIO.

269 *post verbum* terga *incisionem sustuli, quam miror deprehendi in edd.;* cydonaea (cidonea *f*, cidonia *Beh.* 2) *M* || gorytoſ *B* (g *adras., ut fiat* c) coritoſ *fδ* corithoſ *c* corinthuſ *r* choritoſ *π* || harundine *PBfc* arundine *M.* *versum* 270 *om. Bf recentior cod. Beh.* || pallenſ (to) *π* 271 preuertere *B* 272 detectu *mavult Gebhardus cur. iuvenil. lib.* III *cap.* 24 273 eri *PBfc* heri *M* 275 Archadeſ *f* 276 quoſ *pπ Gud.* 52, *mss. Bernartii*, *Ald.* 1502 uoſ *PBM* || regeNi (c) P^1 uirenti P^2 *in marg. cf. v.* 340 *Theb.* III 560 277 petum (t *corr. in* d) *B* 278 domusve *Lachmannus. sed vide notata ad Theb.* III 377 279 Conubiiſue *P unus Beh.*, *Lachmannus* Conubiiſqu/e *B* Conubiiſque *M* conubiive *scripsi* || quaercuſ *B* || lauruſque *δ* 281 fęta *B* foeta *M* || uiridi *Beh.* 282 Ilii *Bc* 285 Menala *f* || pathenium *B* || fugitur] ł fudit $δ^2$. *cf. Theb.* VII 140

Rhipeque et Stratie ventosaque donat Enispe.
non Tegea, non ipsa deo vacat alite felix
Cyllene templumque Aleae nemorale Minervae
et rapidus Clitor et qui tibi, Pythie, Ladon
paene socer candensque iugis Lampia nivosis
et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan
Parrhasiique duces, et quae risistis, Amores,
grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
dives et Orchomenos pecorum et Cynosura ferarum.
Aepytios idem ardor agros Psophidaque celsam
vastat et Herculeo vulgatos robore montes
monstriferumque Erymanthon et aerisonum Stymphalon.
Arcades hi, gens una viris, sed dissona cultu
scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.
πολύμηλον Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην, καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινὴν, Στύμφηλόν τ' εἶχον καὶ Παρρασίην ἐνέμοντο 287 sq. 'non ... Cyllene' Priscian. inst. VI 10 (I 202, 20) 290 'candensque . . . nivosis' Priscian. inst. I 54 (I 40, 19) 298 'et . . . Stymphalon' Servius ad Aen. III 240

VARIA LECTIO.
286 Ripaeque et ſtratie *P* Ripheq. (Rifeeque *δ*, Ripheeque *Beh.* 2) et ſtrati (ſtratia *Beh.* 2, ſtrate *Anglicanus Heinsii*, ſtatie *π*, trace *δ*) *BM* || eniphe *δ* 287 tegea *Pm Priscianus* tegeę *B* tegee (*vel* tegeae) *M* 288 Cyllenae *c* || aleae *P Aldd.* alte *B* altae (*vel* alte) *M edd. vett.* || nemoral/e *B* 289 clitor *P* cliton *BM edd.* || phitie *cπ* pycie *Beh.* 290 Poene *Bf* || condenſq. *r* 291 Et feneoſ (p *suprascr.*) *P* Et peneoſ *BM schol.* Et pheneoſ *m* || credita mittere *Beh.* || Diti] regi *δ* 292 ideiſ *Bf* || axan *c* 293 Parraſiique *f* 294 pharetrata (*sed ultima* a *corr. in* o) *B* || nonagria *PBM* nonacria *m schol.* 295 archemenoſ *Bfδ* archemeroſ *c* archemonoſ *π Beh.* 1 || cenoſura *π* 296 Aepytioſ *B* Epitioſ (Aepidioſ *r*, Et pitioſ *δ*, Et pithioſ *Anglicanus Heinsii*) *M* Aegyptioſ *P* Aephitioſ *m edd. cf. Theb.* IX 847 || idẽ/ *B* || pſophidaque *P* ſophidaqu/e *B* ſophidaque *M* et Psophida *edd.* || celſe (*sed ultima* e *corr. in* ã) *B* 297 robore] nomine *π* 298 erimanthon *PBf* || aeriſonu ſtimphalon *P* aeriſonũ ſtimpalion (h *suprascr.*; i *corr. in* l) *B* ſtymphallum *r* 299 Archadeſ *f* || hi[i] *B* hii *c (ut semper)* 300 paphicaſ *f* || mirtoſ *Bf* || a] quae *π* || ſtirpecur//aN̄ (ie, v *suprascr.*) *P*

et pastorali meditantur proelia trunco,
his arcus, his tela sudes, his cassida crines
integit, Arcadii morem tenet ille galeri,
ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.
Hos belli coetus iurataque pectora Marti
milite vicinae nullo iuvere Mycenae.
funereae tunc namque dapes mediique recursus
solis, et hic alii miscebant proelia fratres.
Iamque Atalantaeas implerat nuntius aures
ire ducem bello totamque impellere natum
Arcadiam. tremuere gradus, elapsaque iuxta
tela; fugit silvas pernicior alite vento
saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
qualis erat, correpta sinus et vertice flavum
crinem sparsa noto; raptis velut aspera natis
praedatoris equi sequitur vestigia tigris.
ut stetit adversisque impegit pectora frenis
(ille ad humum pallens): 'unde haec furibunda cupido,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

301 cf. Verg. Aen. VII 817 et pastoralem praefixa cuspide myrtum

---

VARIA LECTIO.

302 hiſccaſſida *B* hic caſſide *M* 303 arcadi *P* archadii *f* 304 ritu *δ* || aſperaurſae *B* 305 iurataqu/e *B* 306 n/ycenae (n *mutat. in* m 3 *man.*) *B* micene *f* cateruae *δ* 307 Funeraee *B* || tunc namque *PBM* tum namque *m edd.* || dieſ (*sed eras. et supra scr.* dapeſ *man.* 3) *f* || mediiquae *B* *vv.* 308—343 *alia manu scriptos exhibet P* 308 alii (*priore* i *corr. ex* t) *B* alti *rfc* || miſcebunt *π* 309 Iamque athalanteaſ *Pc* Iamqu/e atalanteaſ *B* Iamque athalantaeaſ *f* athlantaeaſ *rπδ* Atalanta tuas *Barthius* || impleret *c* 310 totamqu/e inpellere *B* totumque *π* 311 Archadiam *Pf* || mixta *f* 312 per ſiluaſ *c* || pernitior *P* pniciora lite *B* 314 Talis erat *edd. vett.* || collecta *coniecit Heinsius* 315 notho *Pf* || uelud *r* 316 Predatoriſ *PB* 317 aduerſiſ (que *om.*) *r* inuerſiſque *Beh.* 318 ille ad humum pallens] *supple: desilit.* pallaenſ *P* || hec *P* || furibunde *δ*

nate, tibi? teneroque unde improba pectore virtus?
tu bellis aptare viros, tu pondera ferre
Martis et ensiferas inter potes ire catervas?
quamquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
dum premis obnixo venabula comminus apro,
poplite succiduo resupinum ac pone ruentem;
et ni curvato torsissem spicula cornu,
nunc ubi bella tibi? nil te mea tela iuvabunt
nec teretes arcus maculis nec discolor atris
hic, cui fidis, equus; magnis conatibus instas,
vix dryadum thalamis Erymanthiadumque furori
nympharum mature puer. sunt omina vera.
mirabar, cur templa mihi tremuisse Dianae
nuper et inferior vultu dea visa sacrisque
exuviae cecidere tholis; hoc segnior arcus
difficilesque manus et nullo in vulnere certae.
expecta, dum maior honos, dum firmius aevum,
dum roseis venit umbra genis vultusque recedunt

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

324 cf. Ovid. met. X 458 poplite succiduo

VARIA LECTIO.

319 tenero (que *om.*) unde *fδ duo optimi Gronovii* tenero un eſt *r* tenero aut *c* || inproba *Br* 320 ferro (o *corr. in* e) *B* 322 uidi (ref *superscr.*) *δ* Quamquam utinam! vidi, n. t. p. v. *Bentleius* 323 obnixuſ *c* || armo (ł apro *superscr.*) *r* apto c^1 324 Poblite *c* || ſubcciduo *P* reſupin// *f* || pone *B* pene *Pf* paene *M edd.* 326 nihil *B* 328 feduſ *c* fiduſ *δ* 329 driadum *PBf* || erimantiadumque *P* er mantiadumq. *Bf* 330 Nimpharum *Pf* || omĩa *P* omnia *cm* || ueri *P*

331 tenuiſſe *δ* tremuere *Aldd.* || diane *P* 332 inferior] infeſ *vetus ms. Bernartii* || ſaeriſq. *B* 333 Exuuie *P* || toriſ *f* || hoc *PB* hinc *edd.; librorum lectionem restitui et intellegi volo: hoc, scilic infelices tuos conatus, portendebant praeter omina iam comm morata segnior quoque arcus incertaeque manus. abrupta ha oratio in tanto matris affectu mira non est.* 334 certe *Pf* caerte *B* 335 honoſ dum firmiuſ *Pm* honoſ et firmiuſ *BM* || euum

336 recedant *δ*

ore mei; tunc bella tibi, ferrumque, quod ardes,
ipsa dabo, et nullo matris revocabere fletu.
nunc refer arma domum; vos autem hunc ire sinetis,
Arcades, o saxis nimirum et robore nati!'
plura cupit; fusi circum natusque ducesque
solantur minuuntque metus, et iam horrida clangunt
signa tubae. nequit illa pio dimittere natum
complexu multumque duci commendat Adrasto.
At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
maesta ducis furiis nec molli territa fama,
quando his vulgatum descendere viribus Argos,
tardius illa quidem regis causaeque pudore,
verum bella movet. nulli destringere ferrum
impetus, aut umeros clipeo plausisse paterno
dulce nec alipedum iuga comere, qualia belli
gaudia; deiecti trepidas sine mente, sine ira
promisere manus; hic aegra in sorte parentem
unanimum, hic dulces primaevae coniugis annos

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

340 cf. Hom. Il. *X* 126 οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης, Verg. Aen. VIII 315 gensque virum truncis et duro robore nata

---

VARIA LECTIO.

337 tela *Venett.*, *Aldd.* || fer^{r}ũque *P* 339 hunc] en *Barthius* 340 Archadeſ *P* || *cf. v.* 275 *sqq. Theb.* III 560 341 ci^{r}/cũ *P* 343 tube *P* 344 multumqu/e *B* || commenda/t *B* compellat (mendat) *δ* 345 plebes] proleſ *Aldd.* 346 Mȩſta *P* Meſta *Bf* || nec belli *edd. inde a Bipont.;* nec molli *recte traditur. particula* nec *dissolvenda et negatio trahenda est ad sequens adiectivum. vide Gronovii diatr. p.* 23 *sq.* || fama/ *B* *v.* 347 *praeponitur versui* 346 *in B*, *legitur autem post v.* 348 *in c.* hic *P* 349 mouent *π* || diſtringere *δ* diſtinguere *π* 350 ^{h}umeroſ *B* humeroſ *PM* || clauſiſſe *PBM* plausisse *Schraderus. cf. Theb.* VII 134 351 belli] uulgi *m* 352 diſiecti *P* 353 egra *PB* 354 Unanimem *m* *edd. vett.* || primaeu/e *B*

ingemit, et gremio miseros adcrescere natos.
bellator nulli caluit deus; ipsa vetusto
moenia lapsa situ magnaeque Amphionis arces
iam fessum senio nudant latus, et fide sacra
aequatos caelo surdum atque ignobile muros
firmat opus. tamen et Boeotis urbibus ultrix
adspirat ferri rabies, nec regis iniqui
subsidio quantum socia pro gente moventur.
ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
pectora tabenti sanie gravis hirtaque saetis
ora cruentata deformis hiantia lana,
decedit stabulis huc illuc turbida versans
lumina, si duri comperta clade sequantur
pastores, magnique fugit non inscius ausi.
Adcumulat crebros turbatrix fama pavores.
hic iam dispersos errare Asopide ripa
Lernaeos equites; hic te, bacchate Cithaeron,
ille rapi Teumeson ait noctisque per umbras
nuntiat excubiis vigiles arsisse Plataeas.
nam Tyrios sudare lares et sanguine Dircen
inriguam fetusque novos iterumque locutam

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

355 cf. Claudian. IIII cons. Hon. 159 sq. inmortalique dearum crescis adoratus gremio 363 sqq. cf. Verg. Aen. XI 809 sqq. ac velut ille . . . occiso pastore lupus magnove iuvenco, conscius audacis facti 368 cf. Valer. Flaccus IIII 295 ingentis conscius ausi

---

VARIA LECTIO.

355 accrefcere *M* 356 incaluit *δ* || ue/tufto *B* uenufto *δ* 357 lapfa *Ppπ Beh.* 1, *Anglicanus Heinsii. cf. v.* 149 laffa *BM* laesa *Wakefieldus coniecit* (*silv. crit. p.* V *p.* 162) '*f.* laxa' *Lachmannus* 360 boeotiif *P* boetif *Brc* bo&tif *f* 361 Afpirat *M* 362 mouetur *rc Beh.* 363 lupuf pecorif uelut *c* 364 fetif *M* || *cf. Theb.* II 541 366 Difcedit *δ* 368 fuit (g *supra*) *B* (*in marg.* fugit *man.* 1, *ut videtur*) 369 Accumulat *M* 370 afo:pide *f* 371 Lerneof *Pf* || hinc *π* || bachate *Bf* || citheron *Pf* cytheron *B* 372 rapiteumeffon (t *supra*) *P* 373 Nuntiuf *π* || plateaf *Pf* 374 nam] Hic f^2 Iam *pπm* || fudare *P* fudaffe *BM* 375 Irriguam foetufque *M*

Sphinga petris cui non et scire licentia passim
et vidisse fuit? novus his super anxia turbat
corda metus: sparsis subito correpta canistris
silvestris regina chori decurrit in aequum
vertice ab Ogygio trifidamque huc tristis et illuc
lumine sanguineo pinum disiectat et ardens
erectam attonitis implet clamoribus urbem:
'Omnipotens Nysaee pater, cui gentis avitae
pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub arcto
bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso
pampineumque iubes nemus inreptare Lycurgo,
aut tumidum Gangen aut claustra novissima rubrae
Tethyos Eoasque domos flagrante triumpho
perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis.
at tua progenies, positis gentilibus armis,
quae tibi festa litant? bellum lacrimasque metumque
cognatumque nefas, iniusti munera regni,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

381 sqq. cf. Verg. Aen. VII 397 sq. ipsa inter medias flagrantem fervida pinum sustinet ... sanguineam torquens aciem torvumque repente clamat 388 cf. Verg. georg. II 115 Eoasque domos

---

VARIA LECTIO.

376 Spinga *f* || et *P Bernartius ex scriptis libris*, *item Heinsius ex Anglicano* eſt *BM* 377 Nouuſ [hiſ] ſup *P* 378 ſubita *P* || caniſ/triſ *B* capillis *Barthius*, *qui nullo iure negat ad Bacchi pompam usus pertinere canistrorum* 380 oggygio *c* || trifidam (que *om.*) *π* 381 diſiectat *P scholiasta Bamb.* deiectat (deiecit *π*) *BM edd.* 382 clangoribuſ *π* 383 niſee *Pf* niſaee *M edd.* 385 Bellifica firmato [e r] (*correctiones a man.* 2) *P* || tyrſo *f* v. 386 *non interpretatur scholiasta et om. Bfc*, *sed* B^3 *addidit in imo margine.* iuu& [beſ] *P* iuuat *p* || irreptare B^3M || lycargo *P* ligurgi *p* ligurgo B^3 388 Thetioſ *c* 390 Aut tua progenieſ ///// poſitiſ *B* Et tua *δ* || armis] arcuſ *δ* 391 feſta (t facta *supra scr.*) *δ* || litant *PBM* (litant *f*) litat *m edd.*, *nullo addito interrogationis signo. Thebani autem, inquit poeta, tua progenies, deposuerunt arma gentilia, i. e. thyrsos, et qualia nunc tibi peragunt sacra?* || bella *f*

pendimus. aeternis potius me, Bacche, pruinis
trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
eloquar. en urges; alium tibi, Bacche, furorem
iuravi. similes video concurrere tauros;
idem ambobus honos unusque ab origine sanguis;
ardua conlatis obnixi cornua miscent
frontibus alternaque truces moriuntur in ira.
tu peior, tu cede nocens, qui solus avita
gramina communemque petis defendere montem.
a miseri morum! bellastis sanguine tanto,
et saltum dux alter habet.' sic fata gelatis
vultibus et Baccho iam demigrante quievit.
  At trepidus monstro et variis terroribus impar
longaevi rex vatis opem tenebrasque sagaces
Tiresiae, qui mos incerta paventibus, aeger
consulit. ille deos non larga caede iuvencum,
non alacri pinna aut verum salientibus extis,
nec tripode implicito numerisque sequentibus astra,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

399 sqq. cf. Verg. georg. III 220 illi alternantes multa vi proelia miscent volneribus crebris . . . versaque in obnixos urgentur cornua . . . alter victus abit; id. Aen. XII 720 illi inter sese multa vi volnera miscent cornuaque obnixi infigunt   409 sqq. cf. Seneca Oed. 390 sqq.

VARIA LECTIO.

393 aetneiſ *P* ł &neiſ f^2 || bach/e *B*   394 a$\overset{m}{n}$azoniiſ *B*   396 en] an *δ* anne *Barthius* || urgenſ *P* || bache *f*   398 abborigine *B*   399 collatiſ *M*   401 tuque prior, tu cede nocens *coniecit Heinsius ad Claudian. de bell. Get.* 410   402 petis] paraſ *π* || montem] campum *m*   403 Ah *vel* IIa *M* || moreſ *π* || bellaſtiſ *P* bellatiſ *BM edd.*   404 et] *'legas rectius* en. *respexit illa Ovidii: possidet en saltus illa iuvenca tuos' Heinsius* || $\overset{h}{a}$bet *B* || gelatis vultibus] *cf. Theb.* XII 168   405 bacho *f*   407 Longeui *PB*   408 Tireſie *P*   409 deum *δ* || cede *P*   410 penna *M* || ſalientibuſ P^1. *cf. Theb.* VIII 178 ſpirantibuſ BMP^2 *edd. ex Verg. Aen.* IIII 64 *'spirantia consulit exta'. cf. v.* 466   411 tripode/implicito *B* inplicito *P* || numerisve *Lachmannus. sed vide adn. Theb.* III 377

turea nec supra volitante altaria fumo
tam penitus, durae quam Mortis limine manes
elicitos, patuisse refert, Lethaeaque sacra

* * *

et mersum Ismeni subter confinia ponto
miscentis parat ante ducem, circumque bidentum
visceribus laceris et odori sulpuris aura
graminibusque novis et longo murmure purgat.
Silva capax aevi validaque incurva senecta,
aeternum intonsae frondis, stat pervia nullis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

413 sq. 'tam ... elicitos' Priscian. inst. X 4 (I 498, 2)

VARIA LECTIO.

412 uolutante *P* 413 p/enituſ *B* || limine π^2 limite *PBM Priscianus* 414 Elicithoſ *P* Elicioſ p^1 || refert] ferunt *δ* || letheaq. *B* lo&heaq. *f* || *totam sententiam inde a v.* 409 *male distinguunt nec melius explicant interpretes. ordo est hic: ille refert, deos e volatu avium e. q. s. non tam penitus patere (i. e. futuri omina non tam clare deos monstrare), quam manes Mortis limine elicitos. verbum autem patere hoc loco singulari quadam significatione usurpatur assumpta, ut videtur, ex augurum sermone. itaque alio quoque loco silv.* IIII 1, 45 *librorum lectio est retinenda 'tunc omnes patuere dei', ubi editores substituunt 'patuere fores'. deinde eo loco, quo asteriscos posui, versum intercidisse inde apparet, quod desideratur enunciati pars, quam particula* et *v.* 415 *cum sequentibus coniungat. neque veri simile est, a poeta, ubi regem sacris interfuisse narrat, filiam Manto item praesentem commemoratam non esse eiusque primam tandem mentionem fieri v.* 463 *inter ipsa sacra patri ministrantis. itaque versu deficiente non dubito quin poeta dixerit, Tiresiam filia quoque teste sacra paravisse, eiusqe nomen Manto in ultima versus sede collocatum, quippe quod litterarum ductibus fere congruat cum verbo sequentis versus ultimo* ponto, *effecerit, ut oculi eius, qui archetypum exaravit, illo versu praetermisso ad hunc aberrarent* 415 It *δ* || iſmeni (h *supra*) *B* || ſupter *P*. *cf. Theb.* IX 358 *sq.* 416 bidentiſ (um *man.* 2) *c* 417 ſulpuriſ PB^1 ſulphuriſ B^2M 418 Carminib. nouiſ *f* 419 ualidāque (da *supra*) *P* ualiquae *B* || *cf. Theb.* X 84 *sqq.* 420 intonſe *P* || frondiſ/ſtat *B*

solibus; haut illam brumae minuere, notusve
ius habet aut Getica boreas inpactus ab ursa.
subter operta quies, vacuusque silentia servat
horror et exclusae pallet mala lucis imago.
nec caret umbra deo, nemori Latonia cultrix
additur; hanc picea cedroque et robore in omni
effictam sanctis occultat silva tenebris.
huius inaspectae luco stridere sagittae
nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
effugit inque novae melior redit ora Dianae.
aut ubi fessa iugis, dulcisque altissima somnos
lux movet, hic late iaculis circum undique fixis
effusam pharetra cervicem excepta quiescit.
extra inmane patens tellus Mavortia campi,
fetus ager Cadmo, durus qui vomere primo
post consanguineas acies sulcosque nocentes
ausus humum versare et putria sanguine prata
eruit; ingentes infelix terra tumultus
lucis adhuc medio solaque in nocte per umbras

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

428 'huius ... sagittae' Priscian. inst. VIIII 45 (I 481, 20) X 29 (I 521, 21)

VARIA LECTIO.

421 haut PB^1 haud B^2M || notuſu/e *B* nothuſue *f* 422 abet *B* || impactuſ *M* 423 operta *PBM* opaca *m edd.* || servat] turbat *c* firmat *π* 424 mala *BM schol.* male *P* 426 picea cedroque *scripsi*. picaee cedriq. *B* piceae (piceę *P*) cedrique *PM edd.* 427 ſilua/tenebriſ *B* ſilua latebriſ *δ* 428 Cuiuſ *c* || inaſpecte *P* || ſaggittae *B* 429 Nocturneque *r* || patrumi *π* 430 ira *c* *vv.* 431—433 *om.* P^1, *in marg. add. manus posterior. vide prolegomena.* Aut ubi *BM* (At ubi *r*, Et ubi *Beh.* 2) Aſt ubi P^2 *m edd.* || dulciſque *Bc unus Beh.* dulceſque *M* || aptiſſima *cm Venett.* || *cf. Theb.* IX 593 432 Dux *c* || monet $f^1\delta m$, *quod malit Heinsius* || fuſiſ *π* 433 faretra *B* 434 immane *BM* || patenſ *P Beh.* 1. 2 *Venett.* patent *Bfπδ* patet *rc Dan.* *de genetivo* campi *iungendo cum verbo* patens *vide notam ad v.* 213 *et Gronovii diatr. p.* 249 435 Fetuſ *P* Fętuſ *B* Foetuſ (Fotuſ *r*) *M* 437 putria] mollia *Pm* putrida *f. cf. v.* 241 || parata *B* 438 ł obruit δ^2 439 media *Dan.*

expirat, nigri cum vana in proelia surgunt
terrigenae; fugit incepto tremibundus ab arvo
agricola insanique domum rediere iuvenci.
Hic senior vates (Stygiis adcommoda quippe
terra sacris, vivoque placent sola pinguia tabo)
velleris obscuri pecudes armentaque sisti
atra monet, quaecumque gregum pulcherrima cervix
ducitur; ingemuit Dirce maestusque Cithaeron,
et nova clamosae stupuere silentia valles.
tum fera caeruleis intexit cornua sertis
ipse manu tractans notaeque in limite silvae
principio largos novies tellure cavata
inclinat Bacchi latices et munera verni
lactis et Actaeos imbres suadumque cruorem
manibus; adgeritur, quantum bibit arida tellus.
trunca dehinc nemora advolvunt, maestusque sacerdos
tris Hecatae totidemque satis Acheronte nefasto
virginibus iubet esse focos; tibi, rector Averni,
quamquam infossus humo superat tamen agger in auras

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

445 sqq. cf. Verg. Aen. VI 243 sq. quattuor hic primum nigrantis terga iuvencos constituit frontique invergit vina sacerdos; Seneca Oed. 556 sqq.

VARIA LECTIO.

441 incoepto *f* || tremebunduſ *PBM edd.; at cf. Theb.* IX 552 X 715 V 244. 700 443 adcommoda *P* accommoda (acommoda *f*) *BM* 444 uiuoque placet *P* multoque placent *BM* uiuoque placent *Harl.* 2463, *Anglicanus a manu secunda, quod probat Heinsius coll. silv.* V 5, 39 *'vivos . . . dolores' Iuvenal.* IIII 10 *'sanguine . . . vivo' Claudian. de bello Get.* 257 *'sanguine vivo'. cf. Theb.* V 162 || putria tabo *unus Beh.* 446 mouet *r* || quecumque *P*
447 dircę *PB* dirceſ *f* || meſtuſque *Pf* || citheron *PB* 448 ualliſ f^2
449 Tunc *Bfcδ* || ceruleiſ *Pf* 450 noteque in limi^{n}te *P* notaeque in limine *BM edd.* 452 bacch^{i}ẹ *P* bachi *fm* || munere f^1
453 acteoſ *B* || ſuadumque cruorem *P in ras. aequaeva manu*
454 adgeritur *Bπ* aggeritur *PM* 455 aduoluunt *PBM* aduoluit *pm edd.* 456 Triſ *PBrf schol.* Treſ *m edd.* || hecate *P* haecatę *B* ecatę *f* echate *c* || nefaſtoſ $Brfc^2$ *unus Beh.* 457 iuuet *P* 458 aura *f* arciſ r^1 aruiſ *c*

pineus; hunc iuxta cumulo minor ara profundae
erigitur Cereri; frontes atque omne cupressus
intexit plorata latus. iamque ardua ferro
signati capita et frugum libamine puro
in vulnus cecidere greges; tunc innuba Manto
exceptum pateris praelibat sanguen, et omnes
ter circum acta pyras sancti de more parentis
semineces fibras et adhuc spirantia reddit
viscera, nec rapidas cunctatur frondibus atris
subiectare faces. atque ipse sonantia flammis
virgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat
ante genas impletque cavos vapor igneus orbes)
exclamat (tremuere rogi et vox terruit ignem):
'Tartareae sedes et formidabile regnum
Mortis inexpletae, tuque, o saevissime fratrum,
cui servire dati manes aeternaque sontum
supplicia atque imi famulatur regia mundi,
solvite pulsanti loca muta et inane severae
Persephones vulgusque cava sub nocte repostum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

459 sqq. cf. Verg. Aen. III 62 sq. et ingens aggeritur tumulo tellus; id. VI 215 sqq. ingentem struxere pyram, cui frondibus atris intexunt latera et feralis ante cupressos constituunt; id. XII 173 sq. dant fruges manibus salsas et tempora ferro summa notant pecudum paterisque altaria libant 475 sq. 'aeternaque ... supplicia' Priscian. inst. VII 16, 75 (I 351, 19) 476 sqq. cf. Claudian. rapt. Pros. I 20 sqq. di, quibus innumerum vacui famulatur Averni vulgus iners ... vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum

VARIA LECTIO.

459 cu/nulo *B* 460 fronteſ *Brf* frontemque *c* frondeſ *PM edd.* 461 plolata *P* 462 Signanti *π* || primo *c* 464 ſanguen. *P* ſanguinem *BM edd.* 465 acta] adacta *δ* 467 raptas *Delrio probante Barthio* 468 faces] manuſ *δ*[1] 472 rͦegi *B* || t̃ruit *P Anglicanus Heinsii* impulit *BM schol.*, *edd.* expulit *Barthius* || igneſ *δ* 473 Tartaraee *B* 474 tuquae *B* || ſeuiſſime *P* 475 ſonteſ *f*[1] 476 uni *c* 477 pulſati *δ*, *cf. Theb.* I 55 || inan/e *B* 478 cana *c*

elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
in lucem remeare modus; tu separe coetu
Elysios, Persei, pios, virgaque potenti
nubilus Arcas agat; contra per crimina functis,
qui plures Erebo pluresque e semine Cadmi,
angue ter excusso et flagranti praevia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat umbras.'
 Dixerat, et pariter senior Phoebeaque virgo
erexere animos; illi formidine nulla
(quippe in corde deus), solum tremor obruit ingens
Oedipodioniden, vatisque horrenda canentis
nunc umeros nunc ille manus et vellera pressat
anxius inceptisque velit desistere sacris.
qualis Gaetulae stabulantem ad confraga silvae
venator longo motum clamore leonem
expectat firmans animum et sudantia nisu
tela premens; gelat ora pavor gressusque tremescunt,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

480 cf. Verg. georg. I 11 ferte simul faunique pedem 485 'angue ter excusso' Priscian. inst. VII 13, 68 (I 346, 3) 497 cf. Claudian. in Rufin. II 131 stetit ore gelato

VARIA LECTIO.

479 reat *r* || aluo *c* 481 sepa *δ* 482 perſee *Prfcπδ* perſaee *B Beh.* 1. 2 perſea *m* Persei *coniecit Ianus Parrhasius et Heinsius ad Ovid. met.* I 504 483 archaſ *f* 484 ereb/o *B* (h *supra*) herebo *f* || ſemine *Colb.*, *Lips.*, *edd. vett.*, *Barthius* 'semine *ms.*, *scilicet dentibus serpentis a Cadmo seminatis. ita et mss. et scholiasta lib.* X 663 *quod confirmatur* X 613 XI 652 *sq.*' *Heinsius. cf. v.* 435 *et* 556 ſanguine *PBM edd.* 485 incusso *mavult Barthius* 486 Tiſyphonae *B* Teſiphide *f* 487 detorqueat *BM schol.* (ł deterreat *π*²) retorqueat *Pm edd.* 488 phebeaq; *r* 492 humeroſ *PBM* || preſſat *PBM schol.* prensat *malint Bernartius et Heinsius* 494 getulę *P* gae/tule *B* 496 animoſ *π* || ſuadentia *P* 497 ore *P* || greſſuq. (r *supra*) *P* || tremeſcunt *Pπ* tremiſcunt *BM*

quis veniat quantusque, sed horrida signa frementis
accipit et caeca metitur murmura cura.
Atque hic Tiresias nondum adventantibus umbris
'testor' ait 'divas, quibus hunc saturavimus ignem
laevaque convulsa dedimus carchesia terra,
iam nequeo tolerare moram. cassusne sacerdos
audior? an rabido iubeat si Thessala cantu,
ibitis? et Scythicis quotiens medicata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
nostri cura minor, si non attollere bustis
corpora nec plenas antiquis ossibus urnas
egerere et mixtos caelique Erebique sub unum
funestare deos libet aut exanguia ferro
ora sequi atque aegras functorum carpere fibras?
ne tenuis annos nubemque hanc frontis opacae
spernite, ne, moneo; et nobis saevire facultas.
scimus enim et quidquid dici noscique timetis,
et turbare Hecaten, ni te, Thymbraee, vererer,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

512 cf. Silius VIII 613 nec nubem frontis amabat 514 'scimus ... timetis' schol. Lucan. VI 732

VARIA LECTIO.

v. 498 *sq. inutiles et supposititii videntur Guyeto* 499 ceca *f* certa *π* || metitur/ murmura *B* 500 Atque hic] Ad quae *c* 501 diuę *P* diuae *BM* diui *vel* diuoſ *m* (dirae *Beh.* 1 *in marg.*, maneſ *Taur.*) Diras *coniecit Heinsius*, divas *scripsi* || ſaturabimuſ *P* ſacrauimuſ *m* 502 Leuaque *P* Laeuaquae *B* plenaque *coniecit Peyraredus. sed vide schol.* || convulsa . . terra *scripsi ex coniectura Peyraredi* conuulſae d. c. terrae *PBM edd.* 503 caſſune *B*[1] 504 rapido *unus Beh.* || iuueat *P*[1] 505 et] an *m* || ſcyticiſ *P* ſithyciſ (c *supra scr.* 3 *m.*) *B* ſiticiſ *f* || medicata *P Gud.* 52 armata *BM* 506 Cholchiſ *B* || agit *P* || palleſcunt *π* 509 imum *δ* 510 exſanguia *P* 511 atq. *PM* atquae *B* aut *m edd.* 512 Nec *π* || tenuiſ *P* tenueſ *BM* || nibemque *B* 513 ſaeuir/e *B* ſeuire *f* || *cf. Theb.* X 214 514 scimus enim] Nouimuſ *P* || et *om.* *δ* || quicquid *B*[2] *f schol.* 515 haecaten *B* ecathen *f* echâten *c* || timbreę *f*

et triplicis mundi summum, quem scire nefastum.
illum sed taceo; prohibet tranquilla senectus.
iamque ego vos —'. avide subicit Phoebeia Manto:
'Audiris, genitor, vulgusque exangue propinquat.
panditur Elysium chaos, et telluris opertae
dissilit umbra capax, silvaeque et nigra patescunt
flumina, liventis Acheron eiectat harenas.
fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
et Styx discretis interflua manibus obstat.
ipsum pallentem solio circumque ministras
funestorum operum Eumenidas Stygiaeque severos
Iunonis thalamos et torva cubilia cerno.
in speculis Mors atra sedet dominique silentes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

518 cf. Verg. Aen. I 135 quos ego; Ovid. heroid. XII 207 quos equidem actutum; Valerius Flaccus I 202 illum ego; Lucan. VI 732 sq. iam vos ego nomine vero eliciam 520 sqq. cf. Seneca Oed. 571 sqq. audior, vates ait, rata verba fudi. rumpitur caecum chaos, iterque populo Ditis ad superos datur. subsedit omnis silva et erexit comam ... subito dehiscit terra, et immenso sinu laxata patuit. ipse pallentes deos vidi inter umbras, ipse torpentes lacus 522 cf. Verg. Aen. VI 297 omnem Cocyto eructat harenam 524 cf. Verg. georg. IIII 478 sqq. quos ... noviens Styx interfusa coercet 528 'in scopulis Mors saeva sedet' Serv. Aen. XI 197, 'in speculis Mors saeva sedet' schol. Luc. VI 601

VARIA LECTIO.

516 triplicef *P* || quaem *B* || nefaf ẽ *f* nefaftum eft *m edd.* nefandum est *Barthius* 517 Illud *c* || sed] fi *B unus Lindenbrogii* 518 uof auidae $B^1 rfc^1$ iamque ego vos avide. *Bentleius* || phoębeia *B* 519 exfangue *P* 520 aelifum (v) *B* || cahof *r. cf. Theb.* XII 772 *silv.* III 2, 92 V 1, 206 521 Diffidit *c* || umbo *conicit Marklandus ad silv.* II 3, 41 *et* III 1, 110 522 flumina] Tartara *m* || liuentif *Bf unus Beh.* liuentef *PM* liventesque *Marklandus l. l.* || eructat *δ ex Verg. Aen.* VI 297 || harenaf *PBf* arenaf *M* 523 Funduf (it) (*in marg.* at. fumiduf) *B* Humiduf *c* || phlegeton *P* flegethon *B* flegeton *fc* 524 ftix *Bf* 525 pollentem *conicit Barthius coll. Claudian. in Eutr.* I 213 526 eumenidaf *P unus Beh.* eumenidef *BM edd.* || ftygieque *P* ftigiaeq. *B* 527 torua *P Rehd.* maefta *BM edd.* || ceruo *c* 528 In scopulis Mors saeva sedet *Servius* In speculis Mors saeva sedet *schol. Lucani* || dominique filentef *PBM* (dominoque *δ Oxon. collegii Magdal.*, filentif f^2 *Lang.*, *Beh.* 2) dominisque silentes *Heinsius et edd. inde a Gronovio*

adnumerat populos; maior superimminet ordo.
arbiter hos dura versat Gortynius urna
vera minis poscens adigitque expromere vitas
usque retro et tandem poenarum lucra fateri.
quid tibi monstra Erebi, Scyllas et inane furentis
Centauros solidoque intorta adamante gigantum
vincula et angustam centeni Aegaeonis umbram?'
'Immo' ait 'o nostrae regimen viresque senectae,
ne vulgata mihi. quis enim remeabile saxum
fallentesque lacus Tityonque alimenta volucrum
et caligantem longis Ixiona gyris
nesciat? ipse etiam, melior cum sanguis, opertas
inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam
obruit ora deus totamque in pectora lucem
detulit. Argolicas magis huc appelle precando
Thebanasque animas; alias avertere gressus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

530 sq. cf. Verg. Aen. VI 432 sq. quaesitor Minos urnam movet; ille silentum conciliumque vocat vitasque et crimina discit; ibid. v. 566 sqq. Gnosius haec Rhadamanthus habet, durissima regna, castigatque auditque dolos, subigitque fateri, quae quis apud superos, furto laetatus inani, distulit in seram commissa piacula mortem 536 cf. Sen. Phoen. 1 sq. caeci parentis regimen ac fessi unicum patris levamen 542 cf. Prop. I 12, 9 num me deus obruit? 544 sq. cf. Tibull. I 2, 47 sq. iam tenet infernas magico stridore catervas, iam iubet aspersas lacte referre pedem

---

VARIA LECTIO.

529 Annumerat *fπ* || ſupīminet *B* ſuperimminet *M* ſupereminet *P m edd.* 530 cortyniuſ *PB* cortiniuſ *rfc* 531 nimiſ *P(?)Brf* || *cf. Theb.* VIII 22 533 ſcillaſ *Bf* || furenti *P* furentiſ *B Dan.* furenteſ *M* 534 adamanta *P* 535 Vincla (v *suprascr.*) *B* || aegẹonis *B* egeoniſ *f* 537 uulgata *P* uolgata (v *suprascr.*) (*ultima* a *corr. in* o) *B* uulgato (uolgato *f*) *M* || mihi ueni. quiſ enim *P* quid enim *unus Beh.* 538 Pallenteſq. *r. cf. Theb.* VI 280 || titionq. *f* ticionque *c* 539 ixyona *B* || giriſ *Bf* 541 haec ate *B* echate *c* 542 ẖora *B* || pectore *δ* 543 adpelle *B*[1] 544 alioſ (o *corr. in* a) animaſ *B* aliaſ animaſ *r f*[1] *c π Beh.* animaſ aliaſque *δ* || auerte regreſſu *P* aduertere greſſu *π*

lacte quater sparsas maestoque excedere luco,
nata, iube, tum qui vultus habitusque, quis ardor
sanguinis adfusi, gens utra superbior adsit,
dic agedum nostramque move per singula noctem.'
Iussa facit carmenque serit, quo dissipat umbras,
quo regit et sparsas; qualis, si crimina demas,
Colchis et Aeaeo simulatrix litore Circe.
tunc his sacrificum dictis adfata parentem:
'Primus sanguineo summittit inertia Cadmus
ora lacu, iuxtaque virum Cythereia proles
insequitur, geminusque bibit de vertice serpens.
terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt.
his aevi mensura dies, manus omnis in armis,
omnis et in capulo; prohibent obstantque ruuntque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

549 sq. cf. Sen. Oed. 561 sqq. carmenque magicum volvit et rabido minax decantat ore quidquid aut placat leves aut cogit umbras

---

VARIA LECTIO.

545 Late *f* || ſparſoſ B^{1} ſparſo r^{1} *f c Beh.* || meſtoque *Pf* meſtoqu/e *B* 546 qui uultuſ *PBM* quiſ uultuſ *m edd.* (quiſ uultuſq. *δ*, quiſ uultum *Dan.*) 547 adfuſi *PBr* affuſi (effuſi *unus Beh., edd. vett.*) *M* || ultra *f* || ſuperior *P* || affit *f π Beh.* 1. 2 548 mone *f c m edd. vett.* 549 diſſipat *P c Lips., Dan., Beh.* 2, *Burn.* 258, *Harl.* 2463. 2498 diſſipet *BM* 550 regit et *BM* (*rf c Lips., Dan., reg. mus. Brit.* 15 A XXI, *Burn.* 257. 258) reciet *P* reicit *Harl.* 2463 regat et *m* (*δ p reg. mus. Brit.* 15 A XXIX, *Harl.* 2474. 2498) greget et *coniecit Barthius* || demat *P* 551 Colchiſ etnaeo *P* Cholchiſ et eeo *B* Colchiſ et eoo r^{1}*fcπδ* ł aeeo r^{2} || ſimilatrix *f* || littore circae *B* litore circę *f* 552 adfata *B* affata *PM* (effata *δ*) 553 ſubmittit *Pm* || inercia *B* 554 cithereia *Pf* 555 Inſequitur gemin'q. bibit de uertice ſerpenſ *P Rehd.* Effluit (Affluit *c*, Affuit *π*) amborum geminuſ de uertice ſerpenſ *BM schol., edd.* geminus serpens *vocatur Cadmus et Harmonia, quibus forma mutata apud inferos remanebat; cf. Apollodori bibl.* III 5, 4,2 *Hygini fab.* VI *Lucan.* III 189 *Theb.* II 289 *sqq.* III 289 *sqq. Prelleri mythologiae Graecae vol.* II *p.* 27 de vertice] *id est de scrobe sanguinis pleno, quem supra vocat poeta* (*v.* 553) *sanguineum lacum et v.* 559 *tristem sulcum* 558 ſcapulo *π* || prohibentque *m*

11*

spirantum rabie; nec tristi incumbere sulco
cura, sed alternum sitis exhaurire cruorem.
proxima natarum manus est fletique nepotes.
hic orbam Autonoen et anhelam cernimus Ino
respectantem arcus et ad ubera dulce prementem
pignus et oppositis Semelen a ventre lacertis.
Penthea iam fractis genetrix Cadmeia thyrsis,
iam dimissa deo pectusque adaperta cruentum
insequitur planctu; fugit ille per avia Lethes
et Stygios super usque lacus, ubi mitior illum
flet pater et lacerum componit corpus Echion.
tristem nosco Lycum dextramque in terga reflexum
Aeoliden, umero iactantem funus onusto.
necdum ille aut habitus aut versae crimina formae
mutat Aristaeo genitus: frons aspera cornu,
pelle manus, reicitque canes in vulnus hiantes.
ecce autem magna subit invidiosa caterva
Tantalis et tumido percenset funera vultu,
nil deiecta malis; iuvat effugisse deorum
numina et insanae plus iam permittere linguae.'

VARIA LECTIO.

559 Spiranti δ^1, *quod Bentleio arridet.* || rabi/e *B* || triſtuncumbere *c* || sulco] foſſo *P* foſſa *unus Beh.* 560 ſitiſ exhaurire *P* cuperent haurire *BM* cupiunt haurire *m* 562 hanelam *B* 563 artuſ *B* 565 genitrix *M* 566 Iamq. remiſſa *P* || adaperta *edd. inde a Gronovio* adoperta *PBM* 567 loetheſ *f* 568 ſuper uſque *Par.* 8053 *et coniecerunt Lindenbrogius Barthiusque* ſuperoſque *BM edd.* ſuper ipſe *P* || ubi ianitor illum *P* 569 conponit corpuſ *B* corpuſ componit π || ethion *B* 570 dextraque *P* 571 ūmero *P* humero *BM* || iactan///tem *B* 572 haut abituſ *B* haud habituſ *r* || uerſaeq. in crimina δ 573 ariſtheo *P* ariſteo *f* || cornu eſt *m* 574 pelle manus] Tela manu *PBM edd.* pelle manus *recte scripsit Kochius* (*l. l. p.* 6); *Actaeon enim in cervum mutatus tela manu gessit nulla:* || reicitqu/e *B* portatq. δ *vv.* 575. 577. 576. 578 *se excipiunt, sed vulgaris ordo a manu alia litteris a. c. b. d indicatus est in c* 576 Tantaluſ *f* || per^{c}genſet *P* || vultu] luctu *PBM edd., correxit Schraderus coll. Sil.* VI 698 *'quae postquam infesto percensuit omnia vultu'* 578 inſan/ae *B* || dimittere *c* || lingue *P*

Talia dum patri canit intemerata sacerdos,
illius elatis tremefacta adsurgere vittis
canities, tenuisque inpelli sanguine vultus:
nec iam firmanti baculo nec virgine fida
nititur, erectusque solo 'desiste canendo,
nata' ait, 'externae satis est mihi lucis; inertes
discedunt nebulae, et vultum niger exerit aer.
umbrisne an supero me missus Apolline complet
spiritus? en video quaecumque audita; sed ecce
maerent Argolici deiecto lumine manes.
torvus Abas Proetusque nocens mitisque Phoroneus
truncatusque Pelops et saevo pulvere sordens
Oenomaus largis umectant imbribus ora.
auguror hinc Thebis belli meliora. quid autem
hi grege condenso (quantum arma et vulnera monstrant,
pugnaces animae) nobis in sanguine multo
oraque pectoraque et falso clamore levatas
intendunt sine pace manus? rex, fallor, an hi sunt
quinquaginta illi? cernis Chthoniumque Chrominque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

591 cf. Verg. Aen. XI 90 guttisque umectat grandibus ora
592 'auguror hinc Thebis bellum' Cledonius (Putsch. 1916)

VARIA LECTIO.

580 adſurgere *PB* aſſurgere *M* 581 Canicieſ *M* || tenuiſque *PBM* tenuique *m edd.*, *cf. Theb.* VI 196 '*tenuia ora*' || impelli *M* impleti *m Venett.*, *Rom.* impleri *Guyetus* || in ſanguine *π* 582 firmat iter baculo *coniecit Barthius* || ne *P* || ſida c^1 584 e/ternae *π* 585 Diſcendunt *P* Deſcendunt *f unus Beh.* || exuit *PBM edd.* exerit *coniecit Lachmannus. cf. silv.* V 3, 104 '*exere semirutos subito de pulvere vultus*' 586 me miſſuſ] dimiſſuſ *Pp* || apollin/e *B* 587 quacumque *P* 588 numine *r* || manaeſ *B* 589 pretuſque *cπδ* 590 ſaeuo in puluere *δ* 591 largiſque *m* || humectant *M* 592 thebiſ *B* || maiora $c\pi^1$ *unus Beh.* *v.* 593 *post v.* 594 *exhibet f* || Hic *PBM* Hi (Hii *δ*) *m et edd. inde a Gronovio* || condempſo *π* || quanta *f* 595 Pectoraque et ora *π* 596 Extendunt *δ* 597 cernas *edd. vett.* || ctoniumque *P* chtoniumq. *Brc* cithoniūq. *f* chromiumq. *δ* chroniumque *edd. vett.*; *cf. Theb.* II 538 III 170 || crominque *c*

Phegeaque et nostra praesignem Maeona lauro.
ne saevite, duces, nihil hic mortalibus ausum,
credite, consiliis; hos ferrea neverat annos
Atropos. existis casus; bella horrida nobis,
atque iterum Tydeus.' dicit, vittaque ligatis
frondibus instantes abigit monstratque cruorem.
Stabat inops comitum Cocyti in litore maesto
Laius, inmiti quem iam deus ales Averno
reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem
(noscit enim vultu) non ille aut sanguinis haustus,
cetera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem
inmortale odium spirans. sed prolicit ultro
Aonius vates: 'Tyriae dux inclite Thebes,
cuius ab interitu non ulla Amphionis arces
vidit amica dies. o iam satis ulte cruentum
exitium et multum placata minoribus umbra,
quos miserande fugis? iacet ille in funere longo,
quem premis, et iunctae sentit confinia mortis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

601 cf. Verg. Aen. VI 86 bella, horrida bella 604 sqq. cf. Seneca Oed. 619 sqq.

VARIA LECTIO.

598 Phaegaeaq. *B* Phlegeaque *πδ* || noſtro *δ* || preſignem *B* praeſagum *Venett. et Bernartius ex vetere codice* || meona *f* || lauru π^1 599 Nae ſaeuitae *B* Nec ſaeuite *π* || nil r^1 nichil *c* 600 uenerat *δ* nouerat *unus Beh.* 601 ex iſtiſ *δ* 602 Atque iterum $^{\tau\iota}$ deuſ (*τι supra scr. 3 m.*) *B* || dicit *PBM* dixit *m edd.* || uittaſque *P* || legatiſ f^1 603 Frontibuſ *δ* || abicit *P Burn.* 257 || monſtr^{t}aque *B* 604 littore *B* 605 inmiti *PBr* immitt *M* 606 durumque *π* 607 *spatium inter* enim *et* uultu *habet B* || uultum *m edd. vett.* || aut] haud *r* ad *cm* || hauſtum *δ* 608 Ceter/a *B* Caetera *f* || altumue *P* || accidit (i *prior corr. in* e) *B* 609 Inmortale *Pf* Immortale *BM* || aſpiranſ *f* || proligit *P* proſilim *edd. ante. Gronovium* 610 inclyte *P* in/$\overset{c}{h}$/te *B* 613 Exilium *P* 614 Quo *Pm* || in *om. Brπδ. cf. Theb.* I 48. 77 615 Quem fremiſ *P et Heinsius ad Ovid. met.* I 199 *ex quibusdam codicibus* || ſenſit *rm edd. vett.*

obsitus exhaustos pedore et sanguine vultus
eiectusque die. sors leto durior omni,
crede mihi. quaenam inmeritum vitare nepotem
causa tibi? confer vultum et satiare litanti
sanguine venturasque vices et funera belli
pande vel infensus vel res miserate tuorum.
tunc ego te optata vetitam transmittere Lethen
puppe dabo placidumque pia tellure reponam
et Stygiis mandabo deis.' mulcetur honoris
muneribus tinguitque genas, dein talia reddit:
'Cur tibi versanti manes, aequaeve sacerdos,
lectus ego augurio tantisque potissimus umbris,
qui ventura loquar? satis est meminisse priorum.
nostrane praeclari, pudeat, consulta nepotes
poscitis? illum, illum sacris adhibete nefastis,
qui laeto fodit ense patrem, qui semet in ortus
vertit et indignae regerit sua pignora matri.
et nunc ille deos Furiarumque atra fatigat
concilia et nostros rogat haec in proelia manes.
quodsi adeo placui deflenda in tempora vates,

TESTES. AVTCORES. IMITATORES.

625 cf. Verg. Aen. I 131 dehinc talia fatur 631 sq. cf. Seneca Oed. 638 sq. egitque in ortus semet et matri impios fetus regessit

---

VARIA LECTIO.

616 exhauſto *P* exhauſtuſ *BM* exhauſtoſ *δm* || $\overset{\text{fe}}{\text{pedore}}$ *δ* 617 Proie·tuſque *c* || die/ *f* diem *π* || laeto *B* lo&o *f* 618 im-meritum *M* 619 ſociare *c* || lita..t.o *π* litato *Lips.* 622 Tunc ego et (Tunc et ego *c*) *PBM* Tunc ego te *m edd.* || loethen *f* 624 honore *c* 625 Funeribuſ *c* || tinguitque (que *om. f*) *PBM* tingitque *edd.* || dein *PBM* dehinc *m edd.* || reddit] fatur *δ*¹ *ex Verg. Aen.* I 131 ł reddit *δ*² 626 aequeue *Pf* 628 Quid *π* || loquor *P* 629 prec/ari *B* ł praecari *r*² precari *π*¹ 630 illum *om. f*¹ || adhibere *p* || nefatiſ *c*¹ 631 loeto fodit *f* lento fodit *δ* leto dedit *m* || hortuſ *B* 632 *cf. Theb.* I 235 indignę *PB* indigne *f* || redigit *π* 634 hic *π* 635 tempore (e *corr. in* a) *B*

dicam equidem, quo me Lachesis, quo torva Megaera
usque sinunt: bellum, innumero venit undique bellum
agmine, Lernaeosque trahit fatalis alumnos
Gradivus stimulis; hos terrae monstra deumque
tela manent pulchrique obitus et ab igne supremo
sontes lege morae. certa est victoria Thebis,
ne trepida, nec regna ferox germanus habebit.
sed furiae geminumque nefas, miserosque per ensis
(ei mihi!) crudelis vincit pater.' haec ubi fatus,
labitur et flexa dubios ambage relinquit.
  Interea gelidam Nemeen et conscia laudis
Herculeae dumeta vaga legione tenebant
Inachidae; iam Sidonias avertere praedas,
sternere, ferre domos ardent instantque. quis iras
flexerit, unde morae, medius quis euntibus error,
Phoebe, doce; nos rara manent exordia famae.
  Marcidus edomito bellum referebat ab Haemo
Liber; ibi armiferos geminae iam sidere brumae

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

651 cf. Verg. Aen. VII 646 ad nos vix tenuis famae perlabitur aura

---

VARIA LECTIO.

636 megara *P* maegera *B* megera *f* 638 Agmin/e laerneofq. trait *B* '*forte* agitat' *Lachmannus* 640 fuppremo *B* *versum* 641 *glossemate infectum esse opinatur Bernartius* 642 $\overset{h}{\text{a}}$bebit *B* 643 per furias *coniecit Peyraredus* || miferof (*om.* que) *f* || enfif *B* enfef *PM edd.* 644 Ei mihi *PBfc* Hei mihi (heu mihi *π*) *M* || uincit *PBM* uincet *pπ. edd.* 645 relinquit *Brf Beh.* 1. 2 reliquit *Pcδ edd.* 646 ne/men *B* Nemean *Lachmannus; quae accusativi forma ab usu Statii abhorret saepissime declinantis Nemeen, nusquam Nemean vel Nemeam* 647 Herculaee dummeta *B* 648 Inachide *f* 649 auferre *c* || infta$\overset{e}{\text{n}}$que *f* 650 Flexerat *c* || horror *unus Beh.* 651 Phoebie *B* || monent *ms. Lindenbrogii* 652 edomito] Edono *coniecit Marklandus ad silv.* IIII 1, 45 || ab emo *c* ab hemo *πδ* 653 ubi *πδ* || armigerof *δ* || gem$\overset{n}{\text{i}}$ae *B in ras.* gelide P^1 vel gemine P^2 *in marg.* gelidae *cδ* geminae *M schol.* || brummae *B*

orgia ferre Getas canumque virescere dorso
Othryn et Icaria Rhodopen adsueverat umbra,
et iam pampineos materna ad moenia currus
promovet; effrenae dextra laevaque secuntur
lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
post exultantes spolia armentalia portant
seminecesque lupos scissasque Mimallones ursas.
nec comitatus iners, sunt illic Ira Furorque
et Metus et Virtus et numquam sobrius Ardor
succiduique gradus et castra simillima regi.
isque ubi pulverea Nemeen effervere nube
conspicit et solem radiis ignescere ferri
necdum compositas belli in certamina Thebas,
concussus visis, quamquam ore et pectore marcet,
aeraque tympanaque et biforem reticere tumultum
imperat, attonitas qui circum plurimus aures.
atque ita: 'me globus iste meamque excindere gentem
apparat; ex longo recalet furor; hoc mihi saevum
Argos et indomitae bellum ciet ira novercae.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

663 cf. Claudian. rapt. Pros. III 153 succidui titubant gressus 670 sq. cf. Verg. Aen. IX 146 sq. sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum apparat

---

VARIA LECTIO.

654 uitescere *Barthius* 655 Othrin *Brf* Otrin *c* || icaria *BMP*[2] *schol.* uuiferā P^1 || adſueuerat *PBfr* aſſueuerat *M* 657 leuaque *B* || ſecuntur *Bfc* ſequuntur *PM* 658 Linceſ *Bf* || reti/nacula *B* 659 armentaria *unus Beh.* 660 mama^{i}lloneſ *f* immalloneſ *c* 661 iſliſ *π* 663 Occiduique *δ* || regiſ *πδ* 664 efferueſcere *P*, *unde Lindenbrogius coniecit* Nemeam effervescere. *at vide notam v.* 646 665 Aſpicit *δ* 669 quiſ *P* || plurim^{v}iſ *B* 670 globuſ iſte *P reg. musei Britannici* 15 *A* IXX, *Harl.* 2463. 2474 manuſ iſta *BM*. *cf. Theb.* VII 622 IX 71. 165. 728 X 417 *Verg. Aen.* X 373 671 ex longo *P* et/longe *B* et longe *M*; *cf. Verg. Aen.* IX 63 *sq. collecta fatigat edendi ex longo rabies.* || haec *c* 672 ci/et *B*

usque adeone parum cineri data mater iniquo
natalesque rogi quaeque ipse micantia sensi
fulgura? reliquias etiam fusaeque sepulchrum
pelicis et residem ferro petit improba Theben.
nectam fraude moras; illum, illum tendite campum,
tendite, io, comites.' Hyrcanae ad signa iugales
intumuere iubas, dicto prius adstitit arvis.
Tempus erat, medii cum solem in culmina mundi
tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis
stat vapor atque omnes admittunt aethera luci.
undarum vocat ille deas mediusque silentum
incipit: 'agrestes fluviorum numina nymphae
et nostri pars magna gregis, perferte laborem,
quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes
stagnaque et errantes subducite pulvere rivos.
praecipuus Nemees, qua nostra in moenia bellis
nunc iter, ex alto fugiat liquor; adiuvat ipse
Phoebus ad hoc summo, cesset ni vestra voluntas,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

673 cf. silv. III 2, 67 usque adeone parum

VARIA LECTIO.

674 minantia ſenſi *P* micantia/// ſenſi *B* 675 relliquiaſ *B* ‖ fusaeque] '*forsitan poeta scripserit* ambustaeque' *Anonymus Britannus in miscellaneis. sed fusam pro prostrata dixit Statius etiam Theb.* V 229 676 Paeliciſ *P* Peliciſ *BM* Pelliciſ *m* ‖ reſideſ *m* ‖ improba *BM* impia *P* ‖ thebaſ *m* 678 hircane *c* 679 Intumuerae *B* 681 hiantibus auris *coniecit Barthius* 682 adque *P* ‖ aethora *B*[1] 684 nemphe (*priorem autem* e *corr. in* i *man.* 3) *B*
685 proferte *δ* 687 errantes] arentes *malunt Peyraredus et Barthius; at idem verbum fluviis adiungunt Horatius carm.* II 14, 17 *sq.* '*visendus ater flumine languido Cocytos errans*', *Seneca Phoen.* 605 *sq.* '*nec laetis minus Maeandros arvis flectit errantes aquas*', *alii poetae saepenumero.* subducite (*i. e. supprimite vel subtrahite*) *scripsi ex coniectura. cf. Lucanus* V 336 '*veluti si cuncta minentur flumina, quos miscent pelago, subducere fontes*'.
obducite *PBM edd.* 688 Praecipuam nemeen *P* Praecipue nemeeſ *m* ‖ immoenia *B* imenia *f* 689 Hinc *δ* 690 ad hoc *BM* adhuc *P schol.* ad haec *m* ‖ ni ceſſat *uterque Beh.*

limite; vim coeptis indulgent astra, meaeque
aestifer Erigones spumat canis. ite volentes,
ite in operta soli; post vos ego gurgite pleno
eliciam, et quae dona meis amplissima sacris,
vester habebit honos, nocturnaque furta licentum
cornipedum et cupidas Faunorum arcebo rapinas.'
Dixerat; ast illis tenuior percurrere visus
ora situs, viridisque comis exhorruit umor.
protinus Inachios haurit sitis ignea campos.
diffugere undae, squalent fontesque lacusque
et cava ferventi durescunt flumina limo.
aegra solo macies, [*tenerique in origine culmi*
inclinata seges,] deceptum margine ripae
stat pecus, atque amnis quaerunt armenta natatos.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

699 cf. Verg. georg. III 482 sq. ignea ... sitis

VARIA LECTIO.

691 ceptiſ *c* 692 erigoniſ *c* 694 Elitiam *Bf* || et *om. c et unus Beh.* 695 ^{h}abebit *B* || honor *c* || licentem *r* 696 rapidaſ *δ* || rapinas] ruinaſ *c* 697 illi *m* || tenuiſ *P m edd. ante Gronovium* tenu,^{i}/ſ// (*videntur erasae esse litterae* ior) *B* tenuior *M. cf. silv.* I 4, 36 *Theb.* V 597 VI 196 XII 2 || ^{p}pcurrere *P* 698 ſitiſ *f* || exhorruit] euanuit *m Venett.* exaruit *Schraderus* || humor *PBM* 699 ignea] arida *edd. vett.* 700 undeq. calent *δ* 702 *sq. verba* tenerique in origine culmi inclinata seges *om. PBM neque interpretatur scholiasta, exhibet inter lineas* r^2, *Colb. in margine, Beh.* 1 *recenti manu, regius musei Brit.* 15 *A* XXI, 15 *A* XXIX, *Burn.* 258, *Harl.* 2463, 2474, 2498, *edd.; interpolator nullam rationem habuit versus* 680 *sqq., unde apparet hanc maciem immissam esse mediis aestatis caloribus, non eo anni tempore, quo proserpit seges teneri in origine culmi.* || marginae *B* 704 amneſ querunt armenta natatuſ *P* omneſ (*corr. in* amniſ) quaerunt armenta natat' (*i. e.* natatuſ) *B* amniſ (om̃ſ *f*) quaeruut armenta natatuſ *rfcδ Beh.* 1. 2 amn^{i}eſ q. a. natat^{u}oſ *π* amneſ q. a. natatoſ *pm*

sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoae liquentia pabula brumae
ore premit, fumant desertae gurgite valles
et patris undosi sonitus expectat hiulca
Aegyptos, donec Phariis alimenta rogatus
donet agris magnumque inducat messibus annum.
aret Lerna nocens, aret Lyrcius et ingens
Inachus adverrensque natantia saxa Charadrus
et numquam in ripis audax Erasinus et aequus
fluctibus Asterion, ille alta per avia notus
audiri et longe pastorum rumpere somnos.
Una tamen tacitas, sed iussu numinis, undas
haec quoque secreta nutrit Langia sub umbra.
nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen
Archemorus, nec fama deae; tamen avia servat
et nemus et fluvium; manet ingens gloria nympham,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

705 sqq. cf. Ovid. met. I 422 sq. sic ubi deseruit madidos septemfluus agros Nilus et antiquo sua flumina reddidit alveo 710 cf. Lucan. III 70 effusis magnum Libye tulit imbribus annum 711 sq. 'aret .... Inachus' Priscianus II 46 (I 72, 12 H.). cf. silv. III 1, 29 Lerna nocens 716 sq. 'Una .... umbra' Priscianus II 46 (I 72, 22 H.)

VARIA LECTIO.

705 ſuppreſſerit antriſ *P* ſupp̄ʳſit (ſ *supra scr.* 3 *man.*) *f* ſe preſſit *π* 706 aeoae *B* eoe *f* || bru/mae *B* 707 pr/emit *B* || gurgit/e *B* || *cf. Theb.* I 264 *sq.* 709 Aegyptuſ *Bcδ Dan.*, *unus Beh.* Aegiptuſ *f* 710 m/eſſibuſ *f* 711 nocenſ et lyrciuſ aret et ingenſ *P* || lyrciuſ *P Priscianus* lyrceuſ (lirgeuſ *r*, lirceuſ *c*) *BM* '*in quibusdam* Lyrceus *reperitur codicibus scriptum*' *Priscianus* 712 aduerrenſq. *Brfc Dan.* aduertenſq. *π* aduoluenſq. *Pδ Gud.* 52, *Rehd.*, *Guelf.*, *Beh.* 1. 2 averrensque *coniecit Unger* (*Theban. paradox. p.* 194) || carandruſ *P* caradruſ *c* charandruſ *π* ceraudruſ *δ* cara dux *Beh.* 1. 2 713 audaxq. *r* || /eraſinuſ *B* || equuſ *c* 714 Fluctibuſ (*sed* l *corr. in* r 3 *man.*) *B* Fructibuſ *scholiasta* || acta *π* || notuſ] ł ſuetuſ r^2 *m.* *post versum* 716 *P interposita habet haec:* Rapta ruit phaetontiſ equoſ magnumque laborem 718 dederat raptuſ *δ* 720 fluuiūſ *B* (*lineam supra scr. addidit* B^2) fluuiuſ *r* fluuii *f Beh.* 1. 2

cum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achaeis
ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.
Ergo nec ardentes clipeos vectare nec artos
thoracum nexus (tantum sitis horrida torquet)
sufficiunt; non ora modo angustisque perusti
faucibus, interior sed vis quatit; aspera pulsu
corda, gelant venae, et siccis cruor aeger adhaeret
visceribus; tunc sole putris, tunc pulvere tellus
exhalat calidam nubem. non spumeus imber
manat equum; siccis inlidunt ora lupatis,
ora catenatas procul exertantia linguas;
nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
flammatum pecus. huc illuc impellit Adrastus
exploratores, si stagna Licymnia restent,
si quis Amymones superet liquor. omnia caecis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

724 sqq. cf. Lucan. IIII 324 sqq. torrentur viscera flamma, oraque sicca rigent squamosis aspera linguis. iam marcent venae, nulloque umore rigatus aeris alternos angustat pulmo meatus 732 cf. Valerius Flaccus VIII 444 dominumque pati

VARIA LECTIO.

721 cum] dum *Barthius* || hipſipylen *P* hypſiphilen *f Beh.* 1 ipſiphylen *c* yſiphilen *Beh.* 2 || fundatuſ (r *supra*) *δ* || acheiſ *B* 722 et atra] acra (et *om.*, *sed* c *corr. in* t) *f* || recolet *P Barthius*, *Lachmannus* recolit *BM edd.* || trihetheriſ *B* trietheriſ *fc* || opheltem *Bc* 723 vectare] portare *δm* 724 Toracum *c* || horrida] arida *Schraderus e codice Leidensi et Wakefieldus ad Lucr.* III 930 || torret *Pδ Heinsius* 725 ore modo anguſtique *unus Beh.* || peruſtuſ *r*[1] || *vv.* 725—728 *verba* non ora .... visceribus *inculcata videntur et Statio indigna Guyeto* 727 ſiccif *c* || adheret *Pf* adhaeraet *B* anhelat *c* inhaeret *Beh.* 2 *probante Heinsio* 728 putri *P* patriſ *B* 729 Exalat *fc* || himber *B* 730 aequum *B* || inludunt *P* illidunt *M* || hora *B* 732 dominuſue *P* dominumue *cm* || sed/ *B* 733 Flammatumque *δ* || pe/cuſ *B* || illucque *unus Beh.* 734 lycumnia *P* lycim/nia *B* lycimnia (*vel* licimnia) *M* licinia *m* || reſtant *unus Beh.* 735 amymon/eſ *B* ammimoneſ *f* amymone *δ* || ſuperet *Pδm* ſupereſt *BM* || cae/iſ (c *supra*) *B*

ignibus hausta sedent, nec spes umentis Olympi,
ceu flavam Libyen desertaque pulveris Afri
conlustrent nullaque umbratam nube Syenen.
tandem inter silvas (sic Euhius ipse pararat)
errantes subitam pulchro in maerore tuentur
Hypsipylen; illi quamvis et ab ubere Opheltes
non suus, Inachii proles infausta Lycurgi,
dependet; neglecta comam nec dives amictu,
regales tamen ore notae, nec mersus acerbis
extat honos. tunc haec adeo stupefactus Adrastus:
'Diva potens nemorum (nam te vultusque pudorque
mortali de stirpe negant), [*quae laeta sub isto
igne poli non quaeris aquas,*] succurre propinquis
gentibus; arquitenens seu te Latonia casto
de grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
non humilis fecundat amor (neque enim ipse deorum
arbiter Argolidum thalamis novus), aspice maesta

TESTES. AVCTROES. IMITATORES.

744 sq. cf. Seneca Herc. Oet. 393 tamen per ipsas fulget aerumnas decor 746 sqq. cf. Verg. Aen. I 327 sqq. o quam te memorem virgo? namque hau tibi voltus mortalis, nec vox hominem sonat; o dea certe, an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?

VARIA LECTIO.

736 hausta] alta *unus Beh. a pr. manu. cf. Theb.* III 259 ‖ umentiſ *PB* humentiſ *M* 737 lybien *Bf* ‖ affri *r* 738 Conluſtrent *PB* Colluſtrent *M* ‖ ſienem *schol. Bamb.* ſyenem *r* 739 ſic euhiuſ ipſe *PB* ſicheuſ ipſe (ſic enī deuſ ipſe *in marg.*) *f* euchiuſ *rcδ* euiuſ *m* ‖ pararat *P* parabat *BM edd.* 740 ſubitam pulchrã *f* ſubito pulchram *c unus Beh.* ſubito pulchram *δ* ‖ merore *Pf* 741 Hipſipylen *P* Hypſipilen *B Beh.* 1 Hypſiphilen *f* ipſiphilen *c* yſiphilen *Beh.* 2 ‖ ad ubera *P* 742 inachi *B*[1] ‖ ligurgi *Bfc* 743 nec laeta *Bfc Dan., Beh.* 2 nec lecta *r unus Beh., Barthius. cf. Ovid. ars am.* III 153 'et neglecta decet multas coma'. 744 note *P* 747 *sq. verba* quae l. s. i. i. p. n. q. aquas *om. P, exhibent BM edd.* 749 arquitenenſ *Pr*[1] arcytenenſ *B* arcitenenſ *M* 750 tranſmitit *r* ‖ lapsus] miſſuſ *δ* 751 foecundat (fęcundat *f*) *M* ‖ amor *om. f*[1], *sed add. f*[3] ‖ dearum *δ* 752 argolicum *f* ‖ thalamis] flammis *Barthius* ‖ meſta *vel* moeſta *M*

agmina. nos ferro meritas excindere Thebas
mens tulit, inbelli sed nunc sitis anxia fato
summittitque animos et inertia robora carpit.
da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
seu tibi foeda palus; nihil hac in sorte pudendum,
nil humile est; tu nunc ventis pluvioque rogaris
pro Iove, tu refugas vires et pectora bello
exanimata reple. sic hoc tibi sidere dextro
crescat onus. tantum reduces det flectere gressus
Iuppiter, o quanta belli donabere praeda!
Dircaeos tibi, diva, greges numerumque rependam
plebis, et hic magna lucus signabitur ara.'
 Dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
verba rapit, cursuque animae labat arida lingua.
idem omnes pallorque viros flatusque soluti
oris habet; reddit demisso Lemnia vultu:
 'Diva quidem vobis, etsi caelestis origo est,
unde ego? mortales utinam haut transgressa fuissem
luctibus! altricem mandati cernitis orbam
pignoris; at nostris an quis sinus uberaque ulla,
scit deus, et nobis regnum tamen et pater ingens.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

758 cf. Tibull. I 7, 26 pluvio . . Iovi

VARIA LECTIO.

753 *cf. Theb.* I 261 754 imbelli *M* || ſ/ıtiſ a^{n}xia *B* ſitiſ aſpera *P Colb.*, *Rehd.*, *Gud.* 52 || fatiſ r^1 755 robora] corpora *m* 757 fęda *f* fida *c* || nichil *c* 758 tu nunc] ſed tu *δ* || fluuioque *c* || r^{o}garis *B* 759 et] tu *Barthius* 761 honoſ tantū · ^{re}duceſ *P*. *cf. Theb.* II 726 *sqq.* X 343 *sqq.* 762 o] heu *π* 763 *sq. cf. Theb.* V 21 764 Plebiſ et hic magna lucuſ *BM schol.* Sanguiniſ et magna lucuſ (luc *in litura*) *P* || sacrabitur ara *Barthius* 765 orantis] ora viri *Barthius* 768 ^{h}abet] *B* || dimiſſo *Brfc* 769 nobiſ *δ* 770 haut *P* aut *in ras. B* aut *rf* haud *M* 772 at] et *δ* || noſtroſ *π* || anguiſ P^1B^1 (g *in* q *corr.* P^3B^2)

sed quid ego haec? fessosque optatis demoror undis?
mecum age nunc, si forte vado Langia perennes
servat aquas; solet et rabidi sub limite cancri
semper, et Icarii quamvis iuba fulguret astri,
ire tamen.' simul haerentem, ne tarda Pelasgis
dux foret, a miserum vicino caespite alumnum
(sic Parcae volvere) locat ponique negantis
floribus adgestis et amico murmure dulces
solatur lacrimas; qualis Berecyntia mater,
dum parvum circa iubet exultare Tonantem
Curetas trepidos; illi certantia plaudunt
orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.
  At puer in gremio vernae telluris et alto
gramine nunc faciles sternit procursibus herbas

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

774 cf. Verg. Aen. XII 175 Teucros quid demoror armis? 780 cf. Verg. Aen. I 22 sic volvere Parcas 785 cf. Ovid. her. V 73 implevique sacram querulis ululatibus Iden; id. ars am. III 375 resonat clamoribus aether; id. fast. IIII 207 resonat tinnitibus Ide

---

VARIA LECTIO.

774 optatoſ *P* 775 perenniſ· *δ* 776 Seruet *c* || rabidi *Pc* rapidi *BM* || limite P^1 *δ* (vel lumine *supra scr.* P^3) limine (v *supra scr. man.* 3) *B* limine *M* lumine *m* fulmine *Barthius* 777 iuba (b *in litura a manu* 3) *P* || fulgurat (a *add. man.* 3) *P* fulgorat *B* fulguret (fulgurat *rπ*) *M*. *cf. Theb.* V 440 778 herentem *f* 779 a P^1*Bf* ha *vel* ah *M* || caeſpite *B* ceſpite *PM* 780 voluere *edd.* || loca^e *B* || ponitque negantem *P* (diſ *supra scr. man.* 2) ponitque negantem *BM* (negandem r^1) ł ponique negantes r^2 ponique negantiſ *lemma schol. Bamb.* '*ordo est* solatur dulces lacrimas negantis poni. *poni autem significat abici et anquiescere. legitur et* ponit negantem (negantes *ms.*), *id est invitum et reluctantem*'. *schol. Bamb.* 781 aggeſtiſ (ag̃ſtiſ *δ*) *M* 782 berecyntia *Pm* berecynthia *BM* 783 paruum circa *Pδ Beh.* circa paruum *BM edd.* 784 certantia] iterantia *f* 785 ide (e *in ras.*) *B* 786 vernae telluris] *vernam dicit poeta tellurem propter ubertatem graminis varietatemque florum, non quasi verno tempore omnia haec acta sint. cf. v.* 691 *sqq. et notam ad v.* 702 787 Gramin/e *B*

in vultum nitens, caram modo lactis egeno
nutricem clangore ciens iterumque renidens
et teneris meditans verba inluctantia labris
miratur nemorum strepitus aut obvia carpit
aut patulo trahit ore diem nemorique malorum
inscius et vitae multum securus inerrat.
sic tener Odrysia Mavors nive, sic puer ales
vertice Maenalio, talis per litora reptans
improbus Ortygiae latus inclinabat Apollo.
Illi per dumos et opaca virentibus umbris
devia pars cingunt, pars arta plebe secuntur
praecelerantque ducem. medium subit illa per agmen
non humili festina modo; iamque amne propinquo
rauca sonat valles, saxosumque impulit aures
murmur. ibi exultans conclamat ab agmine primus
sicut erat levibus tollens vexilla maniplis
Argus 'aquae!' longusque virum super ora cucurrit

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

797 cf. Verg. Aen. VIII 594 olli per dumos 801 sq. Statio dicenti 'saxosum murmur' obversatum esse videtur illud Vergilianum georg. IIII 370, sive repperit in suis libris quod nostri tuentur 'saxosusque sonans Hypanis', sive quod Servio Philargyroque probatum est 'saxosumque s. H.' 802 sqq. cf. Verg. Aen. III 523 sq. Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant; id. ibid. IX 375 conclamat ab agmine Volcens; Valerius Flaccus III 259 conclamat ab agmine Tiphys 804 cf. Verg. Aen. XI 296 sq. variusque per ora cucurrit .. fremor

---

VARIA LECTIO.

788 coram *f* 789 clangor *nove puero tribuitur pro* clamore, *quam vocem supposuit*, *deleta vetere scriptura*, *unus Beh.* || renitenſ *πδ* 790 inluctantia *PBπ* illuctantia *M* 791 miratur volucrum *vel* miraturve avium strepitus *Barthius* 792 *cf. Theb.* I 588 || trahit] terit *unus Beh.* || nemorique PB^{1} (ſ *add.* B^{2}) nemoriſque *M edd.* 794 od^{r}yſia *B* 795 Vertic/e *B* || menalio *f* || littora *Bf* 796 inclinat *δ* || ^{a}pollo *B* 797 Illam *π* || uirentibuſ herbiſ *unus Beh.* || *cf. Theb.* II 496 798 arcta *Pm* alta *c* || ſecuntur *Bfc* ſequuntur *PM* 799 Precaelerantq. *B* 800 omne *P* || profundo *cp* 801 Rauco *f* || ſonant *f* B^{3} *Beh.* || ualleſ *PBf* uallíſ *M* || ſaxo^{ſ}rumque (ſ *supra scr.* 3 *man.*) *B* 802 conclam/at *B* conclamant *f* || primų *P* primuſ *Bcδ* primoſ *r* primo *M edd.* 804 Arcaſ *Pp* Argaſ *r*

clamor 'aquae!' sic Ambracii per litora ponti
nauticus in remis iuvenum monstrante magistro
fit sonus inque vicem contra percussa reclamat
terra, salutatus cum Leucada pandit Apollo.
  Incubuere vadis passim discrimine nullo
turba simul primique, nequit secernere mixtos
aequa sitis, frenata suis in curribus intrant
armenta, et pleni dominis armisque feruntur
quadripedes; hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
saxa, nec implicitos fluvio reverentia reges
proterere aut mersisse vado clamantis amici
ora. fremunt undae, longusque a fontibus amnis
diripitur, modo lene virens et gurgite puro
perspicuus nunc sordet aquis egestus ab imis
alveus; inde toros riparum et proruta turbant
gramina, iam crassus caenoque et pulvere torrens,
quamquam expleta sitis, bibitur tamen. agmina bello
decertare putes iustumque in gurgite Martem
perfurere et captam tolli victoribus urbem.
  Atque aliquis regum medio circumfluus amni:

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

819 cf. Verg. Aen. VI 674 riparumque toros

VARIA LECTIO.

805 aquae] *similis verborum geminatio reperitur Theb.* XII 276 *sq.* 805 *sqq. Ach.* I 473 *sq.* || ambrachii *Pp scholiasta Bamb.* || littora *B* 806 in remoſ *unus Beh. et Heinsius coll. Theb.* V 491 807 perculſa *r* 811 curſibuſ *B*^{1}*rfπδ Beh.* 812 pleni dominis] *cf. Theb.* VIII 403 813 Quadripedeſ *Bf*^{1} Quadrupedeſ *PM* || turba *Prc Beh.* 1. 2 814 inplicitoſ *B* 816 longoſque *p* || e fontibuſ *Brfcπδ Beh.* 817 laene *B* lenę *f* || puro] pleno *π* 818 Perspicuis *Heinsius ad Ovid. met.* V 588 || egreſſuſ *Pδ*. *cf. Theb.* V 382 *sq.* || ab imiſ *P* ab imo *BM-edd.* 819 thoroſ *c* 820 caenoque *B* cęnoque *f* coenoque *PM* || torrens] ſordenſ *P* 821 belli *P* || iustumve *Marklandus ad silv.* I 2, 158 *v.* 823 *om.*, *sed add. in infimo margine B* || Perfure^{e}ret *B* Praefurere *δm* || et] aut *m Marklandus l. l.* 824 amniſ *f*

'silvarum, Nemea, longe regina virentum,
lecta Iovi sedes, quam nunc non Herculis actis
dura magis, rabidi cum colla comantia monstri
frangeret et tumidos animam angustaret in artus,
hac saevisse tenus populorum in coepta tuorum
sufficiat; tuque o cunctis insuete domari
solibus aeternae largitor corniger undae
laetus eas, quacumque domo gelida ora resolvis
inmortale tumens; neque enim tibi cana repostas
bruma nives raptasque alio de fonte refundit
arcus aquas gravidive indulgent nubila Cori,
sed tuus et nulli ruis expugnabilis astro.
te nec Apollineus Ladon nec Xanthus uterque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

830 sqq. cf. Verg. Aen. VIII 74 sqq. quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis, semper honore meo, semper celebrabere donis, corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. adsis o tantum et propius tua numina firmes
834 sq. cf. Propert. IIII (III) 5, 32 purpureus pluvias cur bibit arcus aquas

---

VARIA LECTIO.

825 *cf. Theb.* III 106 || nemea *P* mem/e͡c *B* nemee (nemeae *rc*, nemeę *f*) *M edd.* 826 iouiſ *PBM* Iovi *m edd. recte. cf. Theb.* II 498 III 627 *silv.* I 1, 40 *'lecta deae sedes'* || quam nunc non *regius musei Brit.* 15 *A* XXIX, *Harl.* 2463. 2474. 2498 *edd.* quam tu non *Pp* quam tũ// non *B* quantum (quam tum *c*) non *M* || actu *r* 827 dura] Clara *Par.* 8053 *ad marg. et coniecit Marklandus ad silv.* II 7, 46 || rapidi *rfπδ Burn.* 257, *Harl.* 2463. 2474. 2498 || comantia *P Lips.*, *unus Beh.* minantia *BM edd.* immania *Barthius* 828 frangeret *Schraderus* (*observationum lib.* I *p.* 67) Angeret (Aggeret *δ*) *PBM*, *quod propter verbum proxime sequens* angustaret *tolerari nequit. cf. Theb.* I 486 VI 270 *sq.* || timidoſ *Beh.* 829 ſeuiſſe *B* || incoepta *B* incepta *PM edd.* 832 Letuſ *P* Leuiſ *unus Beh.* 833 reportaſ *scholiasta Bamb.* reportat *m* 834 raptasque] portaſque *Lips.*, *unde Bernartius coniecit* potasque. raptasve *Lachmannus. vide adnotationem ad Theb.* III 377 || funte *r* || recondit *δ* 835 gradiue *f*[1] grauidique *unus Beh.* || chori *PBc* 837 xantuſ *Pfc* ſaxtuſ *unus Beh.*

Sperchiusque minax centaureusque Lycormas
praestiterint; tu pace mihi, tu nube sub ipsa
armorum festasque super celebrabere mensas;
a Iove primus honos, belli modo laetus ovantes
accipias fessisque libens iterum hospita pandas
flumina defensasque velis agnoscere turmas.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

842 sq. 'accipias ... flumina' Priscianus inst. VII 8, 36 et 12, 65 (I 317, 9 et 342, 20)

VARIA LECTIO.

838 Spercheuſque *P* Sperchiusve *Lachmannus* || centaureoſque *P* centareuſque f^1 Centaureusve *Lachmannus* || lycarmaſ *P* lycormax *f* 839 Praeſtiterunt *r* Preſtiterint *f* 840 celebrauere P^1

841 A ioue *PBM* At (*corr. in* Ab) ioue *f* || belli modo laetuſ *δ Bentleius.* belliſ modo laetuſ *PBM edd. vide notam ad Theb.* IIII 213 843 defeſſaſq. *Brfcδ Beh.* 1. 2

CODEX IULIANI UC | FINIT LIBER QUARTUS STATII POETAE | INCIPIT STATII POETAE ThEBAID | LIBER QUINTUS | YPSI FILE DUM DAM | NA REFERT MAIORA | RE CIPIT ~ *P* P. PAPINI · STATI · THEBAIDOS · | LIBER IIII EXPLICIT (*sequitur argumentum libri quinti*) | INCIPIT LIBER QUINTUS *B* *nullo interposito titulo statim post argumentum libri quinti versum primum exhibet f* Explicit liber quartuſ (*sequitur argumentum libri quinti*) Incipit liber Vtuſ *c*

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER QVINTVS

Pulsa sitis fluvio, populataque gurgitis alveum
agmina linquebant ripas amnemque minorem;
acrior et campum sonipes rapit et pedes arva
implet ovans, rediere viris animique minaeque
votaque, sanguinei mixtum ceu fontibus ignem
hausissent belli magnasque in proelia mentes.
dispositi in turmas rursus legemque severi
ordinis, ut cuique ante locus ductorque, monentur
instaurare vias. tellus iam pulvere primo
crescit, et armorum transmittunt fulgura silvae.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS V 7 sqq. cf. Hom. Il. Γ 1 sqq. *Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι, Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς, ἠύτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό, αἵτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον, κλαγγῇ ταίγε πέτονται Ὠκεανοῖο ῥοάων*

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS V 1 alueum *m* altum *P* aluum (alu^e^um *π*, alnum *δ*) *BM* 2 liquebant *B*. *sequitur in P, linea autem deletionis subducta, glossa quasi versum efficiat haec:* illum etenim ardor ſitientium exſiccarat. 3 arma *P* 5 ſanguinei *m* (*πδ unus Beh.*) ſanguineiſ *PBM* 6 Auſiſſent *B* 8 moner&r *P* monetur *cδ unus Beh.* 9 *sq. cf. Theb.* IIII 138 VII 117 *sq.* 10 ſulgora *P*

qualia trans pontum Phariis defensa serenis
rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
cum fera ponit hiemps; illae clangore fugaci,
umbra fretis arvisque, volant, sonat arduus aether.
iam Borean imbresque pati, iam nare solutis
amnibus et nudo iuvat aestivare sub Haemo.
Hic rursus simili procerum vallante corona
dux Talaionides antiqua forte sub orno
stabat et admoti nixus Polynicis in hastam
'at tamen, o quaecumque es', ait 'cui gloria tanta
venimus innumerae fatum debere cohortes,
quem non ipse deum sator aspernetur honorem,
dic age, quando tuis alacres absistimus undis,
quae domus aut tellus, animam quibus hauseris astris?
dic, quis et ille pater? neque enim tibi numina longe,
transierit Fortuna licet, maiorque per ora
sanguis, et adflicto spirat reverentia vultu.'

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

24 sq. cf. illud Homeri τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

VARIA LECTIO.

11 *sqq. cf. Theb.* XII 515 *sqq.* || deprenſa *P* 12 peraethonio *B* p&honio *f* perethronio *r* pharetonio *c* || diſcedunt *δ* 13 ponit] cogit *P* || hiempſ *PBf* hiemſ *M* || fugali *δ* ſagaci *unus Beh.* 14 auiſque *c* || arduus *scripsi ex coniectura. cf. Theb.* IX 30. auiuſ *PBM schol., edd.* 16 iubat *P* || hemo *Pf* aemo *B* 17 ualente *r* 18 tala/ionideſ *f* talaoniadeſ *vel* talaonideſ *m* || antiqua ut forte *PBM edd.* ut *om. δ* 19 amoti *δ* || hauſtam *f* 20 Ad tamen o quecumque *P* || gła *B* 21 innumere *P* || fatõ *π* uitam *Barthius et scholiasta, si quid colligi licet e scholio quod pertinet ad verba* debere cohortes. 22 dm̄ *B* 23 abſiſtimuſ *P*, *id est: quoniam recreati tuis fontibus discedimus* (*cf. v.* 2 *sqq.*) *neque iam respondendi recusatio eam habet excusationem, quam supra interposuisti* (*Theb.* IIII 774). adſiſtimuſ *B* adſiſtimuſ *vel* aſſiſtimuſ *M edd.* 24 animā quibuſ auſeriſ *B* 25 ille pater] *scilicet cuius mentionem fecit Hypsipyle iam libro* IIII *v.* 773 26 per /ora *B* 27 Sanguiniſ *π* || afflicto *m*

Ingemit, et paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: 'immania vulnera, rector,
integrare iubes, Furias et Lemnon et atris
arma inserta toris debellatosque pudendo
ense mares; redit ecce nefas et frigida cordi
Eumenis. o miserae, quibus hic furor additus! o nox!
o pater! illa ego nam, pudeat ne forte benignae
hospitis, illa, duces, raptum quae sola parentem
occului. quid longa malis exordia necto?
et vos arma vocant magnique in corde paratus.
hoc memorasse sat est: claro generata Thoante
servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi.'
Advertere animos, maiorque et honora videri
parque operi tanto; cunctis tunc noscere casus
ortus amor, pater ante alios hortatur Adrastus:
'Immo age, dum primi longe damus agmina vulgi
nec facilis Nemea latas evolvere vires,
quippe obtenta comis et ineluctabilis umbra,
pande nefas laudesque tuas gemitusque tuorum,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

29 sq. cf. Verg. Aen. II 3 infandum, regina, iubes renovare dolorem 33 cf. Verg. Aen. II 355 sic animis iuvenum furor additus 35 sq. 'raptum ... occului' Priscian. inst. X 6, 34 (I 526, 2) 39 'servitium ... Lycurgi' schol. Theb. V 498 44 'nec facilis ... vires' Priscian. inst. VII 2, 5 (I 287, 14)

VARIA LECTIO.

29 immania *PBM* inmania *m* 30 lenon *Beh.* 1 lepnon *Beh.* 2 || atris *scripsi.* artiſ *PBf* arctiſ (araſ *δ*) *M* arma *Kochius* (*l. l. p.* 6) 33 hic *om. sed supra add. B* 34 nam] nam *f* ſum *m ex Ovid. fast.* III 505 '*illa ego sum*' || ne] nec *π*

35 illa/ duceſ *B* 36 Ocului quid lo͡ga *B* 37 magniqu/e *B* 38 Hec *π* Haec *Lips.* || Thoante] parente *c* 39 hipſipylę *P* ypſiphile *f* ipſiphile *c* iſiphile *Beh.* 2 || vestri] *cf. Theb.* V 498 || licurgi *B* ligurgi *fc* 40 maiorqu/e *B* 41 Parqu/e *B* 43 age dum *coniungunt edd. ante Gronovium* 44 nemea *P et Priscianus disertis verbis.* nemaee *B* nemeę *vel* nemeae *vel* nemee *M*

unde hos advenias regno deiecta labores.
dulce loqui miseris veteresque reducere questus.'
Incipit: 'Aegaeo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber; ingenti tellurem proximus umbra
vestit Athos nemorumque obscurat imagine pontum.
Thraces arant contra. Thracum fatalia nobis
litora, et inde nefas; florebat dives alumnis
terra, nec illa Samo fama Delove sonanti
peior et innumeris quas spumifer adsilit Aegon.
dis visum turbare domos, nec pectora culpa
nostra vacant; nullos Veneri sacravimus ignis,
nulla deae sedes; movet et caelestia quondam
corda dolor lentoque inrepunt agmine Poenae.
illa Paphon veterem centumque altaria linquens

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

48 'dulce loqui miseris' schol. Theb. V 498 51 sq. cf. Apollon. Rhod. *A* 601 sqq. *ἦρι δὲ νεισομένοισιν Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη Θρηικίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν, ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐύστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι, ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει* 53 cf. Verg. Aen. III 14 Thraces arant 59 cf. silv. I 2, 147 digna deae sedes 60 cf. Euripid. frgm. (Stobaeus ecl. I 3, 21) *ἡ Δίκη σε, μὴ τρέσῃς, παίσει πρὸς ἧπαρ οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρψει τοὺς κακούς, ὅταν τύχῃ.* Horat. carm. III 2, 31 sq. raro antecedentem scelestum deseruit pede Poena claudo; Tibull. I 94 sera tamen tacitis Poena venit pedibus; Propert. IIII (III) 6, 32 Poena erit ante meos sera, sed ampla, pedes 61 cf. Verg. Aen. I 415 sqq. ipsa Paphum sublimis abit, ... ubi templum illi centumque Sabaeo ture calent arae

VARIA LECTIO.

47 unde huc advenias regno deiecta: labores dulce loqui miseris *Schraderus. at cf. Theb.* I 643 *sq.* 48 loqui eſt *δ* || quaeſtuſ *B* 49 aegeo *PB* egeo c^1 50 ſuſpirat *δ* || ae$\overset{h}{t}$na *B* &ha *f* 51 Mulgiber *P* Mulciber (*sub littera* b *latere videtur* ſ *erasa*) *B* Mulcifer *fcπ Beh.* 1. 2 || ꝓximuſ *B* || *cf. Theb.* II 41 *sq.* 53 $\overset{h}{t}$racum *B* 54 alumpniſ *B* 55 deioue *f* 56 aſſilit *m scholiasta Bamb.* || egon fc^1 egeon *δ* 58 N͠ra *B* || ſacrauim' igniſ (*ultima* i *corr. in* e) *B* ſacrauimuſ igneſ *PM* 59 nulla deae sedes] Indignata dea eſt *Dan.* daee *B. cf. Theb.* IIII 826 *et ibi notata* || condam *r* 60 irreptant *δ* || agmin/e *B* 61 l$\overset{n}{i}$queuſ *B*

nec vultu nec crine prior solvisse iugalem
ceston et Idalias procul ablegasse volucres
fertur; erant certe, media quae noctis in umbra
divam alios ignes maioraque tela gerentem
Tartareas inter thalamis volitasse sorores
vulgarent; utque implicitis arcana domorum
anguibus et saeva formidine cuncta replevit
limina nec fidi populum miserata mariti,
protinus a Lemno teneri fugistis Amores,
mutus Hymen versaeque faces et frigida iusti
cura tori; nullae redeunt in gaudia noctes,
nullus in amplexu sopor est, Odia aspera ubique,
et Furor et medio recubat Discordia lecto.
cura viris tumidos adversa Thracas in ora
eruere et saevam bellando frangere gentem.
cumque domus contra stantesque in litore nati,
dulcius Edonas hiemes arctonque frementem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

versum 78 corrupte laudat Servius ad Verg. Aen. XII 365. cf. Claudian. de laud. Stilich. I 123 Edonas hiemes

---

VARIA LECTIO.

62 prior] *cf. v.* 434 || iugale *δ* 63 Caeſton *Bf* || ꝑcul *B* || adlegaſſe *c* allegaſſe *δ* || volucres] columbaſ *δ e scholio* 64 certę *B* certae *r* 65 Diua *c* Dum iam *r* || maioraqu/e *B* 66 volitasse] uolat iſſe *P* habitaſſe c^1 67 Vulgarænt *f* Tractarent r^1m || utqu/e inplicitiſ *B* || archana *Bf* 68 ſeua *f* || cuncta replevit] nupta repleſſet *P* 71 Mutuſ PB^1 (*priorem* u *corr. in* o B^2) Motuſ *M cdd.* || uerſeque *f* 73 amplexuſ *c* || hodia *B* 75 trachaſ c^1 tracaſ in hora *f* 77 domoſ f^1 || littore *B* 78 dulcius] tristius *Servius* || edoniaſ *PBM* edomitaſ *N. Fabri liber. quamquam et hoc loco et Theb.* XII 733 *omnes codices graeca quantitate neglecta exhibent velut uno ore* Edonias *et* Edonios, *tamen* Edonas *scripsi fretus diserto Servii testimonio: 'Statius et Virgilium et artem secutus ait: Tristius Edonas hiemes Hebrumque nivalem, non Edonias'. vide notam Bentleii ad Horat. carm.* III 25, 9 *et Luciani Muelleri de re metrica p.* 352' || arctonque frementem *BM*, *scilicet ventis* arctonque prementem *P haud scio an recte* Hebrumque nivalem *Servius*

excipere aut tandem tacita post proelia nocte
fractorum subitas torrentum audire ruinas.
illae autem tristes (nam me tunc libera curis
virginitas annique tegunt) sub nocte dieque
adsiduis aegrae in lacrimis solantia miscent
conloquia aut saevam spectant trans aequora Thracen.
Sol operum medius summo librabat Olympo
lucentes, ceu staret, equos; quater axe sereno
intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
exeruere apices, ventisque absentibus Aegon
motus et ingenti percussit litora ponto,
cum subito horrendas aevi matura Polyxo
tollitur in furias thalamisque insueta relictis
evolat. insano veluti Teumesia thyias
rapta deo, cum sacra vocant Idaeaque suadet
buxus et a summis auditus montibus Euhan,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

86 sq. cf. Verg. Aen. II 242 sq. quater ipso in limine portae substitit atque utero sonitum quater arma dedere 90 cf. Verg. Aen. V 73 aevi maturus Acestes; Claudian. laud. Stilich. II 348 avus maturior aevi 92 sqq. cf. Verg. Aen. IIII 301 sqq. qualis commotis excita sacris thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron 94 'et . . . Euhan' Priscianus inst. VI 6, 29 (I 220, 4)

VARIA LECTIO.

79 noctem *P* 80 Fractoꝝ ſubit[a]uſ *B* 81 tum libera *Beh.* 82 animique *π* || sub nocte] noteque *π*, *unde Bentleius et Marklandus* (*ad silv.* I 2, 49) *coniecerunt* noctemque diemque *vel* noctesque diesque 83 Adſiduiſ *PBf* Aſſiduiſ *M* || ęgre (aegre *Beh.*) in lacrimiſ *Pp unus Beh.* aegrę (ęgre *f*, egre *c*) lacrimiſ (*om.* in) *BM* lacrimiſ egre *δ*. *cf. v.* 108 || solantia miscent conloquia] *cf. Theb.* IIII 202 84 Colloquia *M* alloquia *autumat Marklandus* (*ad silv.* I 2, 49 *et* V 1, 18) || equora *P* || tracē *B* tracen *f* tracem *c* 86 lucentes equos] *cf. Theb.* I 98 88 exeruere] Concuſſere *δ* || egon *c* egeon *δ* 89 percussit] praecessit *Barthius* || littora *BM*

90 polipxo *unus Beh.* 91 thalamiſ (que *om.*) *π* 92 inſ[a]ono *π* || thyiaſ *P* thy/aſ *B* thyaſ *M edd.* 93 uocat *c. cf. Theb.* VI 552 || ideaque *P* ideaq. *B* 94 eu/an *B* euan *Priscianus*

sic erecta genas aciemque offusa trementi
sanguine desertam rabidis clamoribus urbem
exagitat clausasque domos et limina pulsans
concilium vocat. infelix comitatus eunti
haerebant nati, atque illae non segnius omnes
erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
impetus; huc propere stipamur et ordine nullo
congestae. stricto mox ense silentia iussit
hortatrix scelerum et medio sic orsa profari:
"Rem summam instinctu superum meritique doloris,
o viduae (firmate animos et pellite sexum)
Lemniades, sancire paro; si taedet inanes
aeternum servare domos turpemque iuventae
flore situm et longis steriles in luctibus annos,
inveni, promitto, viam (nec numina desunt),
qua renovanda Venus; modo par insumite robur
luctibus, atque adeo primum hoc mihi noscere detur.
tertia canet hiemps; cui conubialia vincla
aut thalami secretus honos? cui coniuge pectus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

103 cf. Verg. Aen. VI 529 hortator scelerum Aeolides 109 cf. Verg. Aen. IIII 478 inveni, germana, viam 112 'Tertia .... vincla' schol. Theb. V 150

VARIA LECTIO.

95 erepta *δ* || offusa *Barthius* effufa *PM edd.* ęffufa *B. cf. Theb.* II 506 || tramenti *r* 96 desertam] deiectam *Barthius* || rapidif *Prfπ unus Beh.* 97 domuf *P* 99 H/e/rebant *B* Herebant *f* || adque *P* || ille *c* || om̃f *B* 101 Inpetuf *B* || huc] et *δ* 103 et medio] e medio *Barthius* || sic orsa *Bentleius et Lachmannus* fic aufa (fi caufa *f*) *PBM edd.* || ꝓfari *B* profari est *m edd.* 106 sancire] sanctire firmare *δ* || t/edet *B* tedet *f* || inan/ef *B* 108 flore] Ferre π^2 *δ Taur.*, *varia lectio in Lips.*, *Venett.* flere *Bernartius autumat haut recte* || fitim *m* || longof *P* longe *unus Beh.* 109 deerunt *Heinsius ad Claudian. rapt. Pros.* II 287 111 ufque adeo *unus Beh.* || huc P^1 || mihi ///// nofcere *B* 112 Tercia *Bc* || hiemf *M* || conubialia *PBc* connubialia *M* 113 thalami *Pm* thalamif *BM* || cui coniuge *P Colb.*, *Gud.* 146, *schol.* quae coniuge *B Dan.* quod coniuge (qđ *f*, quo *δ*) *M*

intepuit? cuius vidit Lucina labores?
dicite. vel iustos cuius pulsantia menses
vota tument? qua pace feras volucresque iugari
mos datus. heu segnes! potuitne ultricia Graius
virginibus dare tela pater laetusque dolorum
sanguine securos iuvenum perfundere somnos?
at nos vulgus iners; quodsi propioribus actis
est opus, ecce animos doceat Rhodopeia coniunx,
ulta manu thalamos pariterque epulata marito.
nec vos inmunis scelerum securave cogo.
plena mihi domus atque ingens, en cernite, sudor.
quattuor hos una, decus et solacia patris,
in gremio, licet amplexu lacrimisque morentur,
transadigam ferro saniemque et vulnera fratrum
miscebo patremque super spirantibus addam.
ecqua tot in caedes animum promittit?" — agebat
pluribus; adverso nituerunt vela profundo.
Lemnia classis erat, rapuit gavisa Polyxo
fortunam atque iterat: "superisne vocantibus ultro

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

117 sq. 'ultricia ... pater' Priscianus inst. VII 14, 70 (I 348, 6) 128 cf. Verg. Aen. IIII 605 sq. natumque patremque cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem

---

VARIA LECTIO.

115 uł *B* 117 graiuſ '*PBf scholiasta Bamb.* grauiſ *rc*[1] graiiſ *c*[2] *m edd.* *ex Prisciani codicibus nullus exhibet lectionem* Graiis *a prima manu, sed fluctuant inter* graiuſ grauiſ gragiuſ 118 letuſque *P* laetus dolorum] *id est dolosus. vide notam ad Theb.* IIII 213

119 *cf. Theb.* II 124 120 uolguſ *B* 121 coniunx *Prc*[2]*f*[3] (*om. f*[1]) coniuncx *B* coniux *M* 122 ępulata *B* 123 inmuniſ *B* immuniſ *PM* || ſecuraque *cπδ* 124 domuſ eſt atq. ingenſ cernite *c* domuſ en atque ingenſ cernite *m* 125 Quatuor *cm* || uno *Barthius* || ſolatia *M* || matriſ *δ* 126 moretur *P* morantur (ł morentur) *r* 127 vulnera] viscera *Barthius* 128 ſimul (*supra scr. man.* 3 uel ſuper) *P* 129 Aequa *f* Et qua *c* Haec qua *Beh.* 1 Ecce (Ecqua *pro varia lectione*) *Beh.* 2 || in cedeſ *P* incedeſ *c*[1]

desumus? ecce rates! deus hos, deus ultor in iras
adportat coeptisque favet. nec imago quietis
vana meae: nudo stabat Venus ense videri
clara mihi somnosque super 'quid perditis aevum?'
inquit 'age aversis thalamos purgate maritis.
ipsa faces alias melioraque foedera iungam.'
dixit, et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
imposuit. quin o miserae, dum tempus agi rem,
consulite; en validis spumant eversa lacertis
aequora, Bistonides veniunt fortasse maritae."
  Hinc stimuli ingentes, magnusque advolvitur astris
clamor. Amazonio Scythiam fervere tumultu

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

134 sq. cf. Horat. c. III 27, 40 an vitiis carentem ludit imago vana; Claudian. in VI cons. Hon. praef. v. 20 sq. additur ecce fides, nec me mea lusit imago, irrita nec falsum somnia misit ebur; Verg. Aen. III 173 sq. nec sopor illud erat, set coram adgnoscere voltus velatasque comas praesentiaque ora videbar; id. ibid. V 636 sqq. nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago ardentis dare visa faces 140 cf. Verg. Aen. V 638 iam tempus agi res; Claudian. rapt. Pros. I 220 rem peragi tempus 144 sq. cf. Verg. Aen. I 490 Amazonidum lunatis agmina peltis; id. ibid. XI 662 sq. magnoque ululante tumultu feminea exultant lunatis agmina peltis

---

VARIA LECTIO.

133 deuſ hoſ deuſ *BM* heuſ hoſ deuſ *P* haſ hoſ deuſ *p* deuſ haſ deuſ *fcm*. *cf. Theb.* III 643 *sq.* 134 Apportat *m* || ceptiſque *f* 135 *cf. Theb.* II 94 *sq.* 136 ſomnoque *P* ſũmoſq. *δ* somnosque super] '*id est: veriore et efficaciore specie quam somni solent ostendere*' *Weberus* ſup quid pditiſ *B* || euum *f* 137 Inquid *P* || aduerſiſ *rm. folium* 43 *libri B, quod complectitur versus* 140—219, *alia manu conscriptum est* 140 Inpoſuit *P* || agi rem *Heinsius ad Claud. rapt. Pros.* I 220 *et Lucianus Mueller de re metrica p.* 221 agit rem (agτ/ rẽ *f*) *PBM edd.*, *quo naevulo item affectum olim fuisse dictum simile Vergilianum* (*Aen.* V 638) *testis est codex Romanus, unde haud scio an perversa eum scholastici sedulitate in libros Statii et Claudiani, imitatorum Vergilii, traduxerint; neque enim Claudiani locus inter imitationes ille laudatus eiusdem vitii expers est, sed legitur in codicibus* '*rem peragit tempus*' 141 eversa] *cf. v.* 309 142 biſthodineſ *P* biſthonideſ *Bf* 143 magniſq. *B* 144 ſcytiam *P* ſcithica *scholiasta Bamb.* ſiciam *π*

lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
indulget pater et saevi movet ostia belli.
nec varius fremor aut studia in contraria rapti
dissensus, ut plebe solet; furor omnibus idem,
idem animus solare domos iuvenumque senumque
praecipitare colos plenisque adfrangere parvos
uberibus ferroque omnes exire per annos.
tunc viridi luco (lucus iuga celsa Minervae
propter opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
mons premit et gemina pereunt caligine soles)
hic sanxere fidem, tu Martia testis Enyo
atque inferna Ceres, Stygiaeque Acheronte recluso
ante preces venere deae; sed fallit ubique
mixta Venus, Venus arma tenet, Venus admovet iras.
nec de more cruor; natum Charopeia coniunx
obtulit, accingunt sese et mirantia ferro

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

146 cf. Valerius Flaccus V 308 sanguinei magna ostia belli 147 sq. cf. Verg. Aen. I 39 scinditur incertum studia in contraria volgus 149 sq. cf. Lucanus II 104 sqq. nulli sua profuit aetas. non senis extremum piguit vergentibus annis praecipitasse diem, nec primo in limine vitae infantis miseri nascentia rumpere fata 153 cf. Verg. Aen. VI 195 sq. ubi pinguem dives opacat ramus humum 157 sq. cf. silv. I 2, 10 et medias fallit permixta sorores

---

VARIA LECTIO.

145 diſcendere *P* || ubi] in *δ* 146 oſtilia *P* hoſtia *Bfc* 148 ſolent *ms. Fabri* 149 solare] ſcelerare *Beh.* 1 *a prima manu* || domos iuvenumque senumque, praecipitare colos *Lachmannus* 150 Precipitare *B* || pleniſ (*om.* que) *π* || adfringere *vel* affringere *m* 151 oñſ *B* animoſ *f* || exire] saevire *Lucianus Mueller de re metrica p.* 221. *sed cf. Theb.* VIII 476 152 Tunc uiridi luco lucuſ *P* Tunc uiridiſ late lucuſ *BM edd.* stat viridis late lucus *Kochius* (*l. l. p.* 7) 153 ſđ infup *B* 154 soles] ſenſuſ *c* 155 Hinc *c* || tu] tum *Brfcπ* 156 aceronte *P* 158 Meſta *π* || admonet *m* 159 Ne *r* || charopeia *B* charpeia *c* caropeia *PM edd.* || coniux *m* 160 Optulit *f* || mirantia] infantia *Schraderus*, spirantia *Kochius. at* mirantia *possunt dici pectora, quia nesciunt atque mirantur, quid sint passura. quod autem pectori stuporis sensus imputatur, nihil est cur haesitemus in tanto praesertim poetae nostri studio trans-*

pectora congestisque avidae simul undique dextris
perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
coniurant, matremque recens circumvolat umbra.
talia cernenti mihi quantus in ossibus horror,
quisve per ora color? qualis cum cerva cruentis
circumventa lupis, nullum cui pectore molli
robur et in volucri tenuis fiducia cursu,
praecipitat suspensa fugam iam iamque teneri
credit et elusos audit concurrere morsus.
illi aderant; primis iamque offendere carinae
litoribus, certant saltu contingere terram
praecipites. miseri, quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio aut medii inclementia ponti
hauserit! alta etiam superum delubra vaporant
promissasque trahunt pecudes; niger omnibus aris

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

168 sq. cf. Apollonius Rhodius *B* 278 sqq. *ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ κνημοῖσι κύνες δεδαημένοι ἄγρης ἢ αἶγας κεραοὺς ἠὲ πρόκας ἰχνεύοντες θείωσιν, τυτθὸν δὲ τιταινόμενοι μετόπισθεν ἄκρῃς ἐν γενύεσσι μάτην ἀράβησαν ὀδόντας* Verg. Aen. XII 753 sqq. at vividus Umber haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti increpuit malis morsuque elusus inani est; Ovidius met. VII 785 sq. similisque tenenti non tenet et vanos exercet in aera morsus 172 sqq. cf. Valerius Flaccus II 231 sq. inmanes quos sternere Bessi nec Geticae potuere manus aut aequoris irae 174 cf. Verg. Aen. XI 481 templum ture vaporant

---

VARIA LECTIO.

ferendorum animi motuum ad ea quae per se illis carent, cuiusmodi vel singularia exempla longum est enumerare. satis hic habeo monere, mihi ne ea quidem aliena videri ingenio Statii, quae scripta leguntur in codicibus ab interpolatione liberioribus de equi Bucephali effigie (*silv.* I 1, 86): '*mox Caesaris ora* mirata cervice *tulit*', *scilicet quae est in ipso equo ponderis impositi admiratio* (*cf. Theb.* IIII 273), *eam transfert poeta ad cervicem, cui onus sit ferendum.*

161 congeſtiſ (que *om.*) δ *haud scio an recte* coniectisque *Schraderus* || auidę *PB* 'auide *ſc* 162 Perſtringunt *ms. Fabri et unus Beh.* || sanguine vivo] *cf. Theb.* IIII 444 163 recens] *cf. Theb.* IX 432 164 michi *B* || m(i) *ſ* 166 pectora *P* 169 eliſoſ *unus Beh.* || audet *P* 172 aut non δ 173 hocriſio *B* othriſio *c unus Beh.* otriſio δ

ignis, et in nullis spirat deus integer extis.
tardius umenti noctem deiecit Olympo
Iuppiter et versum miti, reor, aethera cura
sustinuit, dum fata vetant, nec longius umquam
cessavere novae perfecto sole tenebrae.
sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
et Paros et nemorosa Thasos crebraeque relucent
Cyclades; una gravi penitus latet obruta caelo
Lemnos, in hanc tristes nebulae, et plaga caeca superne
texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.
iam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
ditibus indulgent epulis vacuantque profundo
aurum inmane mero, dum quae per Strymona pugnae,
quis Rhodope gelidove labor sudatus in Haemo,
enumerare vacat. nec non, manus impia, nuptae
serta inter festasque dapes quo maxima cultu
quaeque iacent; dederat mites Cytherea suprema
nocte viros longoque brevem post tempore pacem
nequiquam et miseros perituro adflaverat igni.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

189 cf. Silius Italicus IIII 435 sq. multoque labore Cyclopum sudatum thoraca capit

---

VARIA LECTIO.

177 humenti *M* 180 perfecto] perfuncto *Schraderus. at sol hic dicitur pro solis cursu vel die, sicuti v.* 459 *sq.* '*longis solibus*' *et silv.* I 3, 88 '*iam solibus artis*' 181 illis] iſtiſ *δ* 182 Et paroſ *Pm* Et paphoſ (paſoſ *f*) *BM* et Samos *Barthius* || Thasos] thaoſ *r* || crebroque *δ* *vv.* 182 *et* 183 *inverso ordine sese excipiunt, additis autem litteris a et b in locum suum redacti sunt in f* 183 paenituſ *P* 184 nebulaei *c* || ceca *P* cęca *B* || ſupne *B* 185 lemnon *P* || cognita *δ* 186 et *om. m* || ꝑ *B*

187 ꝓfundo *B* *cf. v.* 262 *sq.* 188 immane *M* || mero] fero *f* || quiſ ꝑ ſtrimona *f δ* || pugne *P* 189 Qui *δ* || labor sudatus] *cf. Theb.* IIII 721 || in hemo *B* i^{h}nemo (h *supra scr. alia manu*) *c*

191 serta inter] *cf. Theb.* II 76 || dabeſ *f* || quam maxima *c* 192 iacet *δ* 194 Nequicquam *m* Nequaquam *π* || afflauerat *m* || igne *B unus Beh.*

conticuere chori, dapibus ludoque licenti
fit modus et primae decrescunt murmura noctis,
cum consanguinei mixtus caligine Leti
rore madens Stygio morituram amplectitur urbem
Somnus et inplicito fundit gravia otia cornu
secernitque viros. vigilant nuptaeque nurusque
in scelus, atque hilares acuunt fera tela sorores.
invasere nefas, cuncto sua regnat Erinys
pectore. non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanae clausere leae, quas exigit ortu
prima fames, avidique implorant ubera nati.
quos tibi (nam dubito) scelerum de mille figuris
expediam casus? Helymum temeraria Gorge
evinctum ramis altaque in mole tapetum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

195 sqq. cf. Claudianus rapt. Pros. I 210 conticuere chori; Verg. Aen. II 252 sq. fusi per moenia Teucri conticuere, sopor fessos complectitur artus 197 cf. Homerus Il. Ξ 231 ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ Θανάτοιο Verg. Aen. VI 278 consanguineus Leti Sopor 198 cf. Verg. Aen. V 854 ramum Lethaeo rore madentem 200 cf. Valerius Flaccus II 247 inruerant actae pariter nataeque nurusque ('nuptaeque nurusque' autumat Barthius) 208 sq. cf. Verg. Aen. IX 324 sqq. simul ense superbum Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis extructus toto proflabat pectore somnum

---

VARIA LECTIO.

195 thori *δ* ‖ dabibuſ *f* dapibuſque *c* 197 Cum mox ſanguinei *f* Tunc conſanguinei *π* ‖ lo&i *B* la&i *f* laeti *c* 199 implicito *pπ quattuor Gruteri codices*, *Lips.*, *Beh.* 1, *Venett.* inplacido *P* implacido *δ* in placido *m* inplaci$\overset{d}{\text{t}}$o *B* inplacito *f* in placito *c* ‖ ocia *fc* ‖ *cf. Theb.* II 144 201 adque *P* ‖ $\overset{t}{\text{b}}$ella *δ* ‖ *hilares sorores*, *quas Barthius habet pro virginibus Lemniacis*, *sunt Furiae. cf. Theb.* III 641 VIII 191 202 erynif *PBf* erinif *c* erinnyſ *M* 203 ſcyticoſ *P* ſcitioſ *Lips.* siccos *coniecit Bernartius* ‖ p agroſ *B* 204 deae *c* ‖ exiit *P* ‖ ortu] '*f.* antro' *Lachmannus. at cf. silv.* I 2, 198 '*Asteris ante dapes*, *nocte Asteris*, *Asteris ortu*' 205 fameſ (eſ *in ras. manu* 3) *f* fideſ *c* ‖ implorant *P* ‖ *fortasse legendum* avidi cum implorant ubera nati. 206 quos tibi nam, dubito, scelerum d. m. f. e. casus. *Lachmannus* 207 helymum *P* helimum *BM edd.* (*om. δ*) 208 *cf. Theb.* I 518 II 91

efflantem somno crescentia vina superstans
vulnera disiecta rimatur veste, sed illum
infelix sopor admota sub morte refugit.
turbidus incertumque oculis vigilantibus hostem
occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
pone adigit costas, donec sua pectora ferro
tangeret. is demum sceleri modus; ora supinat
blandus adhuc oculisque tremens et murmure Gorgen
quaerit et indigno non solvit bracchia collo.
non ego nunc vulgi, quamquam crudelia, pandam
funera, sed propria luctus de stirpe recordor:
quod te, flave Cydon, quod te per colla refusis
intactum, Crenaee, comis (quibus ubera mecum
oblicumque a patre genus) fortemque, timebam
quem desponsa, Gyan vidi lapsare cruentae
vulnere Myrmidones, quodque inter serta torosque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

212 sq. 'turbidus . . . amplexu' Priscianus inst. V 5, 27 (I 159, 18 H.) 222 sq. cf. Verg. Aen. I 222 fortemque Gyan

---

VARIA LECTIO.

209 *cf. Theb.* II 76 *sq.* X 321 ‖ ſupſtanſ *B* 210 vulnera rimatur] *id est: locum quaerit aptum ad vulnus infligendum* ‖ detecta *Barthius* 211 morte *eras. in π* 212 incertumque *PM* incertu^{r}mque *B* incertuſque *m et Prisciani libri. iunge incertum vigilantibus oculis, ut Ovid. epist.* X 9 '*incertum vigilans*' ‖ uigilantib; *B* 213 tacentiſ *unus Beh.* 214 adiit *Lips.*, *Venett.* 215 hiſ *P* ‖ ſceleriſ *δ* 216 oculisque tremens] *cf. Theb.* II 509 XI 532 ‖ per murmura *δm Bentleius*, *Burmannus ad Ovidii epist.* X 6 ‖ gorgē *P* gorgeſ *f* gorgem *m* 217 indigno ſoluit ſua *m* ‖ brachia *BM* 218 uolgi *P* 219 ꝓpria *B* ‖ *in exitu versus graviorem ponunt incisionem edd.* 220 Quid — quid *edd. ante Gronovium.* ‖ citon *πδ* ‖ ꝑ colla *B* 221 Intonſum *πδ* ‖ crencae *P* crenate *f* crenee *c unus Beh.* cronee *alter Beh.* cremee *δ* 222 Oblicumque *PBr* Obliquumque *M* Obliquum de patre *c* 223 laxare *π* laſſare *δ* ‖ cruentem *r* 224 myrmidoneſ *P*; *idem nomen est uni ex Danai filiabus in Hygini fab.* 170. myrmidoniſ *B* myrmidoniſ *vel* mirmydoniſ *M edd.* ‖ quotq. (t *corr. ex* d) *B* quidque *edd. ante Gronovium et corr. ex* quodque *manu eadem c* quamquam *unus Beh.* quemque *Barthius* ‖ toroſque *PB* thoroſque (*vel* toroſque) *M* choroſque *m edd.*

barbara ludentem fodiebat Epopea mater.
flet super aequaevum soror exarmata Lycaste
Cydimon, heu similes perituro in corpore vultus
aspiciens floremque genae et quas finxerat auro
ipsa comas; cum saeva parens iam coniuge fuso
adstitit impellitque minis atque inserit ensem.
ut fera, quae placido rabiem desueta magistro
tardius arma movet stimulisque et verbere crebro
in mores negat ire suos, sic illa iacenti
incidit undantemque sinu conlapsa cruorem
excipit et laceros premit in nova vulnera crines.
ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

236 sqq. cf. Verg. Aen. II 559 sqq. At me tum primum saevos circumstetit horror. opstipui; subiit cari genitoris imago, ut regem aequaevom crudeli volnere vidi vitam exhalantem

VARIA LECTIO.

225 ępopea *B* epopea *rfδ* epoe^{um}a *c* eopea *unus Beh.* Opopea *Pm edd. Opopeus nullum est nomen, Epopeus haud ita raro reperitur.* 226 aequeuum *PB* equeuum *f* ‖ lycaſſe *f* licaſte *c* licaſſe *unus Beh.* 227 perituri *r* 228 floremque genae] *cf. Theb.* I 705 gene *P* ‖ fixerat *P* tinxerat *m* finxerat *BM scholiasta recte; cf. Verg. Aen.* IIII 147 *sq.* '*mollique fluentem fronde premit crinem fingens atque implicat auro*', *Ovid. ars am.* I 305 '*quid totiens positas fingis inepta comas?*' *de medicamine faciei v.* 28 '*finguntque comas*' 229 cum *PBM Venett.* tum *fm edd. recentiores* ‖ coniuge] ſanguine *δ* 230 inpellitque *B* ‖ adque *P* ‖ inserit] ingerit *margo P manu aequaeva* 231 Et fera *r* ‖ rabiem placido *P* rabie placido *unus Beh.* 232 ſtimuliſque (et *om.*) uerbere *P* ſtimuliſ et (que *om.*) uerbere *π* 233 Inmorteſ (*sed* t *lineola subducta et deleta*) *c* ‖ ore *π* ‖ *cf. silv.* I 1, 28 '*et minor in leges iret gener*' 234 undantemqu/e *B* ‖ conlapſa *PBf* collapſa *M* 235 Excidit r^1

236 alciden *P* alcimedon *π unus Beh.* ‖ etiamnunc in murmure truncoſ *P* etiam (num *om.*) in murmure truncoſ *π* etiamnum murmure trunco *Barthius*, *idemque praeferendum videtur Webero et Dubnero; et sane Statianum est* murmur truncum (*cf. Theb.* VIII 620 XII 479 *silv.* V 3, 83). *at dubito num versu sequenti* patris vultus *per se significare possint caput eius abscissum. immo librorum lectio retineatur necesse est eaque minime abhorrens a dictione Statii, qui Theb.* I 277 *Hippodamiae procorum capita abrupta item vocat* '*trunca ora*'.

ferre patris vultus et egentem sanguinis ensem
conspexi, riguere comae atque in viscera saevus
horror iit. meus ille Thoas, mea dira videri
dextra mihi. extemplo thalamis turbata paternis
inferor. ille quidem dudum (quis magna tuenti
somnus?) agit versans secum, etsi lata recessit
urbe domus, quinam strepitus, quae murmura noctis,
cur fremibunda quies. trepido scelus ordine pando,
quis dolor, unde animi. "vis nulla arcere furentes;
hac sequere, o miserande; premunt aderuntque moranti,
et mecum fortasse cades". his motus et artus
erexit stratis. ferimur per devia vastae
urbis et ingentem nocturnae caedis acervum
passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
straverat, occulta speculamur nube latentes.
hic inpressa toris ora extantesque reclusis
pectoribus capulos magnarum et fragmina trunca
hastarum et ferro laceras per corpora vestes,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

240 sqq. spectat Acron ad Horatii carm. I 17, 22 242 sqq. cf. Verg. Aen. II 298 sqq. Diverso interea miscentur moenia luctu, et magis atque magis, quamquam secreta parentis Anchisae domus arboribusque obtecta recessit, clarescunt sonitus armorumque ingruit horror 252 cf. Verg. Aen. IIII 659 os inpressa toro

---

VARIA LECTIO.

237 et^{e}gentem (e *supra scr.* 3 *manu*) *B* || egentem sanguinis ensem] *quod corpus eius senio confectum prope erat exangue; similiter ait Ovidius met.* VII 315 '*marcentia guttura cultro fodit et exiguo maculavit sanguine ferrum*' 238 Conſpexit *unus Beh.*
239 init *π* || menſ *c* || dira] dextra *δ* 240 dextra] Dira *δ* || extimplo *c* || turbata (b *ex emendatione*) *P* 242 ait *r* || et ſi *c*
243 quiſnam *δm edd. vett.* || murmura noctis] *cf. v.* 196 244 fremibunda *PBrf* fremebunda (tremebunda *δ*) *M edd.* || trepida *f* trepidum *δ* 246 Ac (H *praeposita* 3 *man.*) *B* Hāc *π* || miſerand/e *B*
247 hic motuſ *m* 249 Urbiſ et ingentem *P unus Beh.* Urbiſ ibi ingentem *B* Urbiſ ubi ingentem *M edd.* || cediſ *c* 250 credeliſ *f* 251 laetanteſ *prima manu corr. in* latenteſ *B* 252 Hinc *δ* || impreſſa *M* || thoriſ *π* || exultanteſq. f^{1}

crateras pronos epulasque in caede natantes
cernere erat iugulisque modo torrentis apertis
sanguine commixto redeuntem in pocula Bacchum.
hic iuvenum manus et nullis violabilis armis
turba senes, positique patrum super ora gementum
semineces pueri trepidas in limine vitae
singultant animas. gelida non saevius Ossa
luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo
nubigenae caluere mero; vix primus ab ira
pallor, et impulsis surgunt ad proelia mensis.
tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
detexit nato portans extrema Thoanti
subsidia et multa subitus cum luce refulsit.
agnovi; non ille quidem turgentia sertis
tempora nec flava crinem distinxerat uva,
nubilus indignumque oculis liquentibus imbrem
adloquitur: "dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon et externis etiam servare timendam
gentibus, haut umquam iusto mea cura labori

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

261 cf. Ovid. met. V 134 singultantem animam 265 sqq. cf. Verg. Aen. II 589 sqq. cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam optulit et pura per noctem in luce refulsit alma parens confessa deam 267 cf. Verg. Aen. I 588 restitit Aeneas claraque in luce refulsit

---

VARIA LECTIO.

255 æpulaſq. P[1] ępulaſq. *B* ‖ in cede *P* iucede *c* 256 Cerne erat *P* ‖ torrentis] telluriſ *δ* ‖ aptiſ *B* 257 *cf. Theb.* X 312 sq. Sanguinė percommixto *P* comixto *r* ‖ bachum *f* 258 Sic *δ* ‖ uolabiliſ (i *sscr.*) *P* 259 gementēm (v *man.* 2) *f* 260 limin/e *B* 261 non ſeuiuſ *f* non ſegniuſ *πδ* non secius *Marklandus ad silv.* II 6, 82
262 *cf. v.* 187 *sq. Theb.* II 81 *sqq.* 563 *sq.* lapitarum *PB* laphitarum *fc* ‖ epule *P* 263 Nubiginae *c* 264 inpulſiſ *B* 265 thioneuſ *fc* 266 etexit *r* ‖ tonanti *c* 268 Agnouit *P* Adgnoui *B* 269 diſtinxerat *M edd.* deſtrinxerat *PB* diſtrinxerat *r codices Lindenbrogii* disiunxerat *coniecit Bernartius* 270 linquentibuſ *cπ* 271 Adloquitur *PB* Alloquitur *M* ‖ natae *B* 272 et *om. m* ‖ ſeruare //////// timendam *B* timendum *Dan.* 273 haut *PB*[1] haud *M* ‖ mea/cura/labori *B*

destitit. absciderunt tristes crudelia Parcae
stamina, nec dictis, supplex quae plurima fudi
ante Iovem frustra, lacrimisque avertere luctus
contigit; infandum natae concessit honorem.
adcelerate fugam, tuque, o mea digna propago,
hac rege, virgo, patrem, gemini qua bracchia muri
litus eunt, illa, qua rere silentia, porta
stat funesta Venus ferroque accincta furentes
adiuvat. unde manus, unde haec Mavortia divae
pectora? tu lato patrem committe profundo.
succedam curis." ita fatus in aera rursus
solvitur et nostrum, visus arcentibus umbris,
mitis iter longae claravit limite flammae.
qua data signa, sequor; dein curvo robore clausum
dis pelagi ventisque et Cycladas Aegaeoni
amplexo commendo patrem, nec fletibus umquam
sit modus alternis, ni iam dimittat Eoo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

277 'infandum ... honorem' Servius ad Aen. VII 306   278 sqq. cf. Verg. Aen. II 619 sqq. eripe, nate, fugam finemque inpone labori. nusquam abero et tutum patrio te limine sistam. dixerat, et spissis noctis se condidit umbris   281 cf. Verg. Aen. II 612 sqq. hic Iuno Scaeas saevissima portas prima tenet sociumque furens a navibus agmen ferro accincta vocat   286 cf. Verg. Aen. II 697 sq. tum longo limite sulcus dat lucem   287 cf. Verg. Aen. I 83 qua data porta, ruunt

VARIA LECTIO.

274 abſcideī *P* abſciderint *δ Busl.*, *Venett.* 3. 4 abſciderant *fpπ Gud.* 52, *Guelf.*   276 aduertere *P unus Beh.*   277 nate *P* nat/ę *B*   278 Adcelerate *P* At celerate *B* Accelerate *M* ‖ ꝓpago *B*   279 Ac rege *B* ‖ brachia *BM*   280 Lituſ *cum glossa* ad *man. al. c* ‖ in illa *r* ‖ quarere (*corr.*, *ut videtur*, *ex* querere) *P* qua rara (rata *f*) *BM edd.*   282 Annuat *π*   283 latıo *π* ‖ comitte *r* ‖ ꝓfundo *B*   285 solvitur] Tollitur *δ* ‖ nostrum] nm̃ *B* nroſ̃ *δ Bernartii libri*, *unus Beh.* ‖ acrcentibuſ *π* arentibuſ *δ* ‖ imbriſ *c*   286 longe *Pfc* longo *Barthius ex Vergili Aen.* II 697 ‖ limit/e *B* ‖ flamme *P* flamae *r*   287 dehinc *δ*   288 Diiſ *rB*² ‖ egeoni *f* aegeoni *c*   289 Amplexu *P* ‖ comendo *r* cernendo *δ*   290 sit modus *coniecit Gronovius et ita voluit Barthius atque Heinsius*, *ut videtur*, *ad Ovidii met.* XV 492 Fit moduſ *PBM edd. vett.* ‖ ni] niſi *rπδ*

Lucifer astra polo. tunc demum litore rauco
multa metu reputans et vix confisa Lyaeo
dividor, ipsa gradu nitente, sed anxia retro
pectora, nec requies, quin et surgentia caelo
flamina et e cunctis prospectem collibus undas.
exoritur pudibunda dies, caelumque retexens
aversum Lemno iubar et declinia Titan
opposita iuga nube refert. patuere furores
nocturni, lucisque novae formidine cunctis
(quamquam inter similes) subitus pudor; impia terrae
infodiunt scelera aut festinis ignibus urunt.
iam manus Eumenidum captasque refugerat arces
exsaturata Venus; licuit sentire, quid ausae,
et turbare comas et lumina tinguere fletu.
insula dives agris opibusque armisque virisque,
nota situ et Getico nuper ditata triumpho,
non maris incursu, non hoste, nec aethere laevo
perdidit una omnes orbata excisaque mundo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

296 sqq. cf. Verg. Aen. IIII 118 sq. ubi primos crastinus ortus extulerit Titan radiisque retexerit orbem

VARIA LECTIO.

291 tunc *P unus Beh.* tum *BM edd.* ‖ littore *B* ‖ račco *f* 292 confuſa *δ* confixa *unus Beh.* ‖ lyeo *Pf* lieo *c* 293 ipſa gradu nitente ſed anxia *P unus Behottii altera manu rescript. et inde Barthius* ipſa (ipſe *f*) gradu (gradui *r*) nitenſ (ł nitenti r^2) ſed et anxia *BM edd. cf. silv.* V 5, 16 *Ach.* I 536 295 e *om. P* ‖ ꝓſpectem *B* profſpectent *f* 297 Aduerſum *Ppδπ²* *unus Beh.* ‖ declinautia *Pf¹* decliuia *δ Beh.*, *Aldd.* 300 Quanquam *P* ‖ habituſ pudor *Pm* habituſ rubor *BM scholiasta* subitus rubor *coniecit Bentleius* 301 feſtiuiſ, *quo verbo expuncto inscriptum est* funeſtiſ *in uno Behottiano, et hanc lectionem mavult Heinsius* 304 Exturbare *rcπp Colb.*, *Par.* 8053, *Gud.* 52 ‖ comiſ *f¹* ‖ tingere *m edd.*
305 *cf. Theb.* XI 273. opibuſ (que *om.*) *rπ* 306 dictata *δ* 307 hetherae *B* 308 fundo *δ* excitaque fundo *Bentleius.* (*cf. Theb.* III 249) excisaque fundo *anonymus in miscellaneis obss.* uno omnes orbata excisaque puncto *Barthius* perdidit una omnes orbata excisaque nocte *temere coniecit Kochius* (*l. l. p.* 7), *quippe cuius in offensionem cecidisset verbum* una, *quod adverbium esse non intellexit.*

indigenas. non arva viri, non aequora vertunt,
conticuere domus, cruor altus, et oblita crasso
cuncta rubent tabo, magnaeque in moenibus urbis
nos tantum, et saevi spirant per culmina manes.
ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
molior igne pyram, sceptrum super armaque patris
inicio et notas regum gestamina vestes,
ac prope maesta rogum confusis crinibus adsto
ense cruentato fraudemque et inania busta
plango metu, si forte premant, cassumque parenti
omen et hac dubios leti precor ire timores.
his mihi pro meritis, ut falsi criminis astu
parta fides, regno et solio considere patris
supplicium datur. anne illis obsessa negarem?
accessi, saepe ante deos testata fidemque

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

309 sqq. cf. Apollonius Rhod. *Α* 627 sqq. *ταῖσι δὲ βουκολίαι τε βοῶν χάλκειά τε δύνειν τεύχεα, πυροφόρους τε διατμήξασθαι ἀρούρας ῥηίτερον πάσῃσιν Ἀθηναίης πέλεν ἔργων, οἷς αἰεὶ τὸ πάροιθεν ὁμίλεον.* Verg. georg. III 201 ille volat simul arva fuga simul aequora verrens 315 cf. Verg. Aen. VI 221 sq. purpureasque super vestes, velamina nota, coniciunt 320 sqq. cf. Valerius Flaccus II 309 sq. donant solio sceptrisque paternis ut meritam

---

VARIA LECTIO.

309 arma *P lemma scholiastae* ‖ uerrunt *π alter Behottianus in textu*, *Bernartius*, *Lindenbrogius; cf. v.* 141 310 abdita *δ* 311 rubent] madent *πm* ‖ magneque in menibuſ *f* 312 tantum] tamen ‖ p culmina *B* 313 archaniſ *f* arĉani *δ* ‖ in *om. unus Beh.* ‖ penetrabilibuſ *B* ‖ altuo *P* 314 ſup armaquae patriſ *B* ſuper arma patriſque *δm* 315 Initio *Bfc* ‖ gestamina] uelamina *P Gudianus* 52 *haud scio an ex memoria versus Vergiliani* (*Aen.* VI 221), *quem variasse hoc loco Statium*, *ut assolet*, *quam exscripsisse est veri similius.* 316 crinibus *scripsi ex coniectura Lachmanni.* ignibuſ *PBM edd. cf. v.* 304 *Theb.* IIII 203 VIII 243 *sq.* 763 *sq.* ‖ aſto *B*[1]. *In exitu v.* 316 *interpungendum indeque versu sequente* per fraudem *scribendum censet Barthius.* 318 si] ne *π*[2]*m edd. vett.* ‖ parentiſ *π* 319 hac] haec *f*[1] hoſ *f*[2] ad *Pet.* *fortasse legendum est* heu *vel* a. *cf. Theb.* I 195. *Kochius coniecit* in ventos, *coll. Ovid. ep.* 13, 92 '*fac meus in ventos hic timor omnis eat*'. 320 ut] et *fπδ unus Beh.* 321 fides] quieſ *π* ‖ regna *P* ‖ confidere *p*[1]

inmeritasque manus; subeo (pro dira potestas!)
exangue imperium et maestam sine culmine Lemnon.
iam magis atque magis vigiles dolor angere sensus,
et gemitus clari, et paulatim invisa Polyxo,
iam meminisse nefas, iam ponere manibus aras
concessum et multum cineres iurare sepultos.
sic ubi ductorem trepidae stabulique maritum,
quem penes et saltus et adultae gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste iuvencae,
it truncum sine honore pecus, regemque peremptum
ipse ager, ipsi amnes et muta armenta queruntur.
ecce autem aerata dispellens aequora prora
Pelias intacti late subit ostia ponti
pinus; agunt Minyae, geminus fragor ardua canet
per latera, abruptam credas radicibus ire
Ortygiam aut fractum pelago decurrere montem.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

335 cf. Valerius Flaccus II 311 sq. Ecce procul validis Lemnon tendentia remis arma notant 336 cf. Claudian. de bello Get. 1 sq. Intacti cum claustra frẽti coeuntibus aequor armatum scopulis audax irrumperet Argo 338 sq. cf. Verg. Aen. VIII 691 sq. pelago credas innare revolsas Cycladas aut montis concurrere montibus altos

---

VARIA LECTIO.

324 ꝓ dira *B* 325 Exſangue *f* || et (*supra scr.* ł nec) *r* || culmine] alt coniuge *margo B. utramque lectionem interpretatur scholiasta. cf. Theb.* III 207, *quo loco quod Kochium secutus substitui* lumina *pro* culmina *me paenitet. dicit enim Claudianus quoque praef. ad Mallii Theodori consulatum v.* 7 '*culmina Romani maiestatemque senatus*'. 327 geminiſ *corr. in* gemitiſ *f* || clari paulatim (et *om.*) *π* 329 intrare *c* iuraſſe *m* 330 ſtabilique *c* 331 poeneſ *B* || adulte *P* 332 Ma^{r}ſilo *B* Maſſylio *Pet.* || hoſt/e *B* 334 nota armenta *Lachmannus. at cf. silv.* IIII 5, 20 '*unique si quando canenti mutus ager domino reclamat*' || queruntur *P* quæruntur *B* muta armenta requirunt *codex musei Britannici saeculi XII apud Wakefieldum ad Lucreti* II 360 336 Peliuſ *r* || lat/e *B* || oſtia *Colb.* hoſtia *rπδ unus Beh.*, *Par.* 8053 hoſtia *f* hoſpita *PBM scholiasta. cf. Theb.* VI 328 337 minye *P* || gemituſ *f* 338 irae *f* 339 tractum *π unus Beh.* || ^{mon}noctem *δ*

ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
mitior et senibus cygnis et pectine Phoebi
vox media de puppe venit, maria ipsa carinae
accedunt. post nosse datum est: Oeagrius illic
acclinis malo mediis intersonat Orpheus
remigiis tantosque iubet nescire labores.
illis in Scythicum borean iter oraque primi
Cyaneis artata maris. nos Thracia visu
bella ratae vario tecta incursare tumultu,
densarum pecudum aut fugientum more volucrum.
heu ubi nunc furiae? portus amplexaque litus
moenia, qua longe pelago despectus aperto,
scandimus et celsas turres; huc saxa sudesque
armaque maesta virum atque infectos caedibus enses
subvectant trepidae; quin et squalentia texta

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

343 cf. Sidonius Apollinaris carm. II 130 iam tum nosse datum est 345 cf. Lucanus VII 133 sua quisque pericula nescit 346 cf. Valerius Flaccus IIII 561 hinc iter ad ponti caput errantesque per altum Cyaneas

---

VARIA LECTIO.

341 foebi *P* 342 pupe *r* 343 mox noſſe *δ* *probante Bentleio* ‖ oenagriuſ *unus Beh.* 344 Accliuiſ *πm edd. vett.* ‖ mediiſq. *Brfcπδ* ‖ orfeuſ *P* 345 nescire] *cf. Theb.* VII 674

346 ſcyticum *P* ſithicum *B* ‖ boream eſt *δ* ‖ iter/// oraq. *f* ‖ primi *P. cf. v.* 170 *Theb.* IX 359. primum *BM edd.* oraque ponti *Marklandus coniecit ad silv.* V 3, 138 347 artata *PBrp* arctata *M* ‖ mariſ *P* mariſ (vadiſ *man.* 2) *B. cf. v.* 336 uadiſ *M edd.* ‖ tratia (c) *r* tracia *f* 348 bella] vela *Heinsius ad Ovidii met.* XII 25 *et Schraderus* ‖ rate *P* 349 fugientium *P* ‖ volucrum] luporum *p*[1] 350 Heu ubi *PBM* Heuſ ubi *πδ* *coniecitque Lucianus Mueller*, *qui in annalium philologicorum et paedagogicorum a.* 1864 *vol.* 7 *p.* 496 *negat interiectionem* heu *a poetis Latinis admitti hiantem. at vide v.* 478. 613 VIII 174 IX 385 *silv.* III 5, 44 '*heu ubi nota fides*', *Ovid. am.* III 8, 18 '*heu ubi mollities pectoris illa tui*', *id. epist.* IIII 150 '*heu ubi nunc fastus*', *epist.* VI 41 '*heu* (heus *codd.*) *ubi pacta fides*', *quod ipsum hemistichium reperitur fast.* III 485 ‖ phortuſ (ſ *rescr. man.* 3) *B* portaſ *π* 351 Menia *f* ‖ pælago *f* 353 infeſtoſ *δ* /enſeſ *B* 354 Subiectant *π* ‖ traepidae *B* ‖ ſualentia *f*[1]

thoracum et vultu galeas intrare soluto
non pudet; audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et adverso risit Gradivus in Haemo.
tunc primum ex animis praeceps amentia cessit,
nec ratis illa salo, sed divum sera per aequor
iustitia et poenae scelerum adventare videntur.
iamque aberant terris, quantum Gortynia currunt
spicula, caeruleo gravidam cum Iuppiter imbri
ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae
sistit agens; inde horror aquis, et raptus ab omni
sole dies miscet tenebras, quis protinus unda
concolor, obnixi lacerant cava nubila venti
diripiuntque fretum, nigris redit umida tellus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

356 sq. cf. silv. I 6, 62 ridet Mars pater et cruenta Virtus; Claudianus in Eutrop. I 238 erubuit Mavors aversaque risit Enyo 357 cf. Claudian. in Prob. et Olybrii cons. 120 procubat horrendus Getico Gradivus in Haemo 361 sq. cf. Ovid. met. IIII 709 sq. tantum aberat scopulis, quantum Baleārica torto funda potest plumbo medii transmittere caeli; id. ibid. VIII 695 sq. tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta missa potest 362 sqq. cf. Hom. Od. *μ* 403 sqq. *Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων νηὸς ὑπὲρ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.* Verg. Aen. III 194 sqq. tum mihi caeruleus supra caput astitit imber noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris. continuo venti volvont mare magnaque surgunt aequora, ... involvere diem nimbi et nox umida caelum abstulit; id. ibid. I 88 sq. eripiunt subito nubes caelumque diemque Teucrorum ex oculis

---

VARIA LECTIO.

355 Toracum *P* ‖ u[v]oltu *B* ‖ ſaluto f^1. vultu soluto] '*id est coma, quae composita fuerat, soluta*' *Guietus* 357 aduerſo *BM schol.* auerſo *P* ‖ ab Haemo *Heinsius ad Claudian. in Probini et Olybrii cons. v.* 120 358 anim[i]ſ precepſ *B* ‖ receſſit r^2 359 ſolo PB^1c^1 ‖ ſaera *B* 360 Iuſticia *Bc* ‖ penae *c* ‖ uidetur *f* ‖ *cf. Theb.* I 52 III 5 361 aberant terriſ *Pδ Colb.*, *Taur. m* aberant terrę *Bf unus Beh.* aderant terrae (a[h]derant terre *pπ*, aderunt *Dan.*) *M* ‖ cortynia *P* cortynia *vel* cortinia *M* 362 caeluleo B^1 ceruleo *fc* ‖ iupiter *margo Pf* ‖ inbre *margo P* imbra *r* 363 Ipſe[a] *f* ‖ ſup nubem *B* 365 unda eſt *unus Beh.* 367 redit] '*rursus apparet, redditur*' *vetus scholiasta Barthii, qui comparat Verg. Aen.* I 106 *sq.*

verticibus, totumque notis portantibus aequor
pendet et aequato iamiam prope sidera dorso.
frangitur, incertae nec iam prior impetus alno,
sed labat extantem rostris modo gurgite in imo
nunc caelo Tritona ferens. nec robora prosunt
semideum heroum, puppemque insana flagellat
arbor et instabili procumbens pondere curvas
raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
nos quoque per rupes murorumque aggere ab omni,
dum labor ille viris fretaque indignantur et austros,
desuper invalidis fluitantia tela lacertis
(quid non ausa manus?) Telamona et Pelea contra
spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.
illi (quippe simul bello pelagoque laborant)

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

368 sqq. cf. Ovid. met. XI 497 sqq. fluctibus erigitur caelumque aequare videtur pontus et inductas aspergine tangere nubes. et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas, concolor est illis, ... et nunc sublimis, veluti de vertice montis, despicere in valles imumque Acheronta videtur, nunc, ubi demissam curvum circumstetit aequor, suspicere inferno summum de gurgite caelum; Verg. Aen. I 106 sq. hi summo in fluctu pendent; his unda dehiscens terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.

380 hemistichium ex Verg. Aen. XII 50 sq. ferrumque haut debile dextra spargimus, et nostro sequitur de volnere sanguis. 381 sq. cf. Ovid. met. XI 486 sqq. sponte tamen properant alii subducere remos, pars munire latus, pars ventis vela negare. egerit hic fluctus

---

VARIA LECTIO.

368 Vorticibuſ *m* ‖ nothiſ *fc* ‖ portantibus] certantibuſ *P unus Beh., cf. Theb.* I 293 369 arquato *P et margo B* ‖ iam (*om. altero* iam) *P* 370 incaertę *B* ‖ nec iam prior *Pp* iam nec prior *BM edd.* ‖ imp/etuſ *B* 372 Nun *r* Tunc *π* 373 puppimque *Pδ Beh.* 1. 2 374 ꝓcumbenſ *B* ‖ pectore P^1, pondere *margo P* 375 inane *c* 376 agere (g *supra*) *B* 377 ille] ipſae *unus Beh. a prima manu* ‖ ab auſtriſ r^1 ł et auſtroſ r^2 *supra scr.* et auſtri *pm secundum Ovidii met.* XI 491 '*omnique e parte feroces bella gerunt venti fretaque indignantia miscent*' 379 Quiſ (d *supra*) *π* 380 Spargimꝰ *P* Spargim⁹ et nr̃o (r *supra*) petit *B* ‖ tiryntiuſ *P* thyrinthiuſ *c* 381 illi quippe simul bello pelagoque laborant. pars clipeis munire ratem *edd., correxit interpunctionem Schraderus et Bentleius. cf. Theb.* IIII 797 *sq.*

pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo
egerere; ast alii pugnant, sed inertia motu
corpora, suspensaeque carent conamine vires.
instamus iactu telorum, et ferrea nimbis
certat hiemps, vastaeque sudes fractique molares
spiculaque et multa crinitum missile flamma
nunc pelago nunc puppe cadunt, dat operta fragorem
pinus, et abiunctis regemunt tabulata cavernis.
talis Hyperborea viridis nive verberat agros
Iuppiter; obruitur campis genus omne ferarum,
deprensaeque cadunt volucres, et messis amaro
strata gelu, fragor inde iugis, inde amnibus irae.
ut vero elisit nubes Iove tortus ab alto
ignis et ingentes patuere in fulmine nautae,
deriguere animi, manibusque horrore remissis
arma aliena cadunt, rediit in pectora sexus.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

385 sq. cf. Ennius ann. 287 fit ferreus imber; Verg. Aen. XII 283 sq. it toto turbida caelo tempestas telorum ac ferreus ingruit imber 386 'vastaeque ... molares' Priscian. inst. V 5, 31 (I 161, 20 H.) 390 cf. Verg. Aen. VIIII 668 sq. quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis verberat imber humum 396 Verg. Aen. VII 447 deriguere oculi

---

VARIA LECTIO.

383 alii] ali^{i} *r* illi *c* ‖ moto *B* 386 hiempſ *PBf* hiemſ *M* ‖ uaſtaeque *M Priscianus* uaſtęque *P* uaſtęque *B* uſteque *Rehd.* uſtaeque *Colb. secundum Verg. Aen.* VII 524 *et Theb.* X 532 ‖ m^{o}a-lareſ *f* 387 multa] mixta *Barthius* multũ c.....tum (a rini) *π* ‖ miſile *B* 389 ab iunctiſ *Br* 'ab iunctiſ *noli accipere hyphen' scholiasta* ‖ tabula alta *π* ſtabulata *δ* 390 uiridiſ *Pc* uirideſ *BM* ‖ *cf. Theb.* VIII 408 392 Depraenſęque *B* ‖ menſiſ *r* 393 Straga (g *corr. in* t) *B* ‖ amnib; *B* 394 to^{r}tuſ *π* 395 patuere in fulmine *P* patuere (in *supra scr. 3 manu*) fulmine *B* patuere in flumine *f unus Beh., qui tamen supra scriptum habet eadem manu* fulmine; patuere in flumine (*littera* ſ *deinde expuncta*) *alter Beh.* patuere in lumine (patuerunt limine *δ*, ł fulmine *r*[2]) *M* 396 Deriguere *B* Diriguere *PM edd.* ‖ manibuſ (que *om.*) *π* 397 rediit *P. cf. Theb.* I 247 VI 664 VIII 518 X 25. 641 XI 631 redeunt *BM edd.* ‖ ſenſuſ *δ*

cernimus Aeacidas murisque inmane minantem
Ancaeum et longa pellentem cuspide rupes
Iphiton; attonito manifestus in agmine supra est
Amphitryoniades, puppemque alternus utrimque
ingravat et medias ardet descendere in undas.
at levis et miserae nondum mihi notus Iason
transtra per et remos inpressaque terga virorum
nunc magnum Oeniden nunc ille hortatibus Idan
et Talaum et cana rorantem aspargine ponti
Tyndariden iterans gelidique in nube parentis
vela laborantem Calain subnectere malo
voce manuque rogat; quatiunt inpulsibus illi
nunc freta nunc muros, sed nec spumantia cedunt
aequora, et incussae redeunt a turribus hastae.
ipse graves fluctus clavumque audire negantem
lassat agens Tiphys palletque et plurima mutat
imperia ac laevas dextrasque obtorquet in undas

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

400 cf. Verg. Aen. VII 783 sq. ipse . . Turnus . . toto vertice supra est 408 cf. Ovid. met. XI 483 antemnis totum subnectite velum 412 cf. Verg. georg. II 514 neque audit currus habenas

---

VARIA LECTIO.

398 Cerni𝔪𝔰 *B* Comminuſ (*paulo superius* cernimuſ *aequaeva scriptura*) *unus Beh.* ‖ eacidaſ *P* aeacide(a)ſ *f* ‖ immane *BM* 399 Antheum *c unus Beh.* Antaeum *m* ‖ pallentem *P* ‖ cupide *r* ‖ pu(p)peſ *f* r(u)ip(e)aſ *δ* 400 Ephyton *c* ‖ Iphiton attonitae; manifestus in agmine supra est *coniecit Gronovius* ſupra ẽ *B* est *om. π* 401 Amphytrioniadeſ *Bc* Amphitrionideſ *unus Beh.* ‖ puppimque *cδ* ‖ utrimque *B* 404 et/remoſ *B* ‖ impreſſaque *M* 405 oenidem *rc* ‖ hortantibuſ *Pc* hortantibuſ *B* ‖ idan *P* ydã *B* idam *M* 406 Et taloum c^1 (?) Et taſan *unus Beh.* ‖ ca/a *B* cano *c* ‖ aſpargine B^1 aſpergine *PM* 408 laboranti *Bentleius* ‖ calaim *δm* 409 rogant *r* ‖ impulſibuſ *M* 410 cędunt *P* caedunt *c* 412 necantem *P* 413 Laxat *unus Beh.* ‖ typhiſ *B* typiſ *c* ‖ palletque (*sed a corr. prima manu*) *c* ‖ nutat c^1 414 Impera(i) *r* ‖ leuaſ *Pδ* leuanſ *π* ‖ dextraſ (que *om.*) *π*

proram navifragis avidam concurrere saxis,
donec ab extremae cuneo ratis Aesone natus
Palladios oleae, Mopsi gestamina, ramos
extulit et socium turba prohibente poposcit
foedera; praecipites vocem involvere procellae.
tunc modus armorum, pariterque exhausta quierant
flamina, confusoque dies respexit Olympo.
quinquaginta illi, trabibus de more revinctis,
eminus abrupto quatiunt nova litora saltu,
magnorum decora alta patrum, iam fronte sereni
noscendique habitu, postquam tumor iraque cessit
vultibus. arcana sic fama erumpere porta
caelicolas, si quando domos litusque rubentum
Aethiopum et mensas amor est iterare minores;
dant fluvii montesque locum, tum terra superbit
gressibus et paulum respirat caelifer Atlans.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

424 cf. Verg. Aen. I 429 decora alta; silv. I 4, 24 decora ampla 425 cf. Verg. Aen. VIII 40 sq. tumor omnis et irae concessere deum 427 sq. Hom. Il. *A* 423 sq. *Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.* silv. IIII 2, 53 talis ubi oceani finem mensasque revisit Aethiopum

---

VARIA LECTIO.

415 naufragiiſ *δ* ‖ concurre(re) ſaxiſ *B* decurrere ſaxiſ *δ* 416 ad *P* ‖ extreme *δ* extremo *m* ‖ aeſona(cn)//tuſ *P* ‖ aeſone natiſ(v) *B* eſone natuſ *c* 417 ol eae mobſi *B* ‖ geſtimina(a) *f* 418 Expulit *codex Fabri* ‖ ſotium *Pr* ‖ ꝓhibente *B* 419 precipiteſ *B* ‖ uoci *r* ‖ involvere] *idem est hoc loco, quod 'provolvere', neque opus est emendatione* volvere ‖ ꝓcellae *B* 420 quierunt *B*[2]*fc*[2]*m edd. vett.*, *Lachmannus* 423 littora *m* 424 *cf. Theb.* VI 391 425 (h)abitu *B* ‖ tumor *Bentleius in exemplari suo et ad Hor. art. poet.* 197 timor *PBM edd.* ‖ ipa (re)ceſſit *r* 426 Ultibuſ *f*[1] ‖ archana *Bf* 427 domuſ *m edd.* 428 Aethiopeſ *cod. Fabri* ‖ iterare *Schraderus* intrare (interra/// *r*) *PBM edd.* 429 tum] tc̃ π. *an* dum *vel* cum? ‖ ſonteſque *r* ‖ ſuperuit *P*[1] ſupbit *B* 430 atlanſ *P* at(h)laſ *B* athlaſ (ath/laſ *f*) *M*

hic et ab adserto nuper Marathone superbum
Thesea et Ismarios, Aquilonia pignora, fratres,
utraque quis rutila stridebant tempora pinna,
cernimus, hic Phoebo non indignante priorem
Admetum et durae similem nihil Orphea Thracae,
tunc prolem Calydone satam generumque profundi
Nereos. ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidae gemini; chlamys huic, chlamys ardet et illi,
ambo hastile gerunt, umeros exertus uterque,
nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro.
audet iter magnique sequens vestigia mutat
Herculis et tarda quamvis se mole ferentem
vix cursu tener aequat Hylas Lernaeaque tollens
arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.
ergo iterum Venus et tacitis corda aspera flammis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

437 sqq. cf. Claudian. de IIII cons. Hon. 206 sqq. haud aliter summo gemini cum patre Lacones progenies Ledaea sedent, in utroque relucent frater, utroque soror; simili chlamys effluit auro; stellati pariter crines. iuvat ipse tonantem error, et ambiguae placet ignorantia matri 438 'Oebalidae fratres' Servius ad Verg. georg. IIII 125, nisi forte spectat silv. III 2, 10 Oebalii fratres 441 sqq. cf. Verg. Aen. II 723 sqq. dextrae se parvos Iulus inplicuit sequiturque patrem non passibus aequis 442 cf. Verg. Aen. IIII 656 vasta se mole moventem; id. ibid. VIII 199 magna se mole ferebat 444 cf. Valerius Flaccus I 109 sq. tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus gestat Hylas; Claudian. rapt. Pros. III 216 sqq. nunc arma habitumque Dianae induitur digitisque attentat mollibus arcum ... et ingentem clipeum gestare laborat

VARIA LECTIO.

431 Hinc *δ* ‖ adſerto *PBrf* aſſerto *M* exerto *unus Beh.* ‖ ſuperuum *P* ſupbum *B* 432 frſ *B* 433 ſtridebat *P* ‖ pinna *PB*[1] penna *M* 434 phebo *PB* ‖ priorem] '*talem qualis ante obitum fuerat; cf. v.* 62' *Lachmannus* 435 Admoetum *B* ‖ nil *P* ‖ trace *P* tracae *c* 438 Oebalidę *B* ‖ clamiſ huic clamiſ *Pf* chlamiſ huic chlamiſ *B* 439 aſtile *c* ‖ humeroſ *PBM* 440 oſtro *δ* oſtro (a) ł auro *π*. *cf. Theb.* IIII 777 441 Audet iter] *cf. Theb.* VIII 62 Ardet *Bm*. *post v.* 441 *inseritur v.* 444, *siglis autem appositis vulgaris ordo restituitur in P. v.* 442 *omittit suo loco, sed exhibet in extrema pagina scriptum et signo* ħ *huc revocatum f.* molę *B* ‖ mutat] *cf. Theb.* IX 676. nutat *Heinsius.* 443 curcuſu *P* ‖ equat *fc* ‖ hilaſ *Bfc* ‖ lerneaque *Pfc* 445 ergo] Ecce *π*

Lemniadum pertemptat Amor. tunc regia Iuno
arma habitusque virum pulchraeque insignia gentis
mentibus insinuat, certatimque ordine cunctae
hospitibus patuere fores; tunc primus in aris
ignis, et infandis venere oblivia curis;
tunc epulae felixque sopor noctesque quietae,
nec superum sine mente, reor, placuere fatentes.
forsitan et nostrae fatum excusabile culpae
noscere cura, duces. cineres furiasque meorum
testor: ut externas non sponte aut crimine taedas
attigerim, scit cura deum, etsi blandus Iason
virginibus dare vincla novis; sua iura cruentum
Phasin habent, alios Colchi generatis amores.
iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
solibus, et velox in terga revolvitur annus.
iam nova progenies partusque in vota soluti,
et non speratis Lemnos clamatur alumnis.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

446 cf. Verg. Aen. I 443 regia Iuno 452 cf. Verg. Aen. V 56 haut equidem sine mente reor, sine numine divom; Valerius Flacc. V 254 haud sine mente dei 462 cf. silv. IIII, 8, 16 tot dominis clamata domus

---

VARIA LECTIO.

446 pertemtat (p suprascr.) *P* ꝑtemptat *B* pertentat *m* || tum *Beh.* 1. 2
447 abitusq. (h suprascr.) *B* 448 ordinae *B* 449 oris f^1 450 Hgnis *B* || uenerunt obuia *r* 451 Tunc /epulae *B* || noctisque *P* notesque f^1
452 placuerae *B* || fatentes] foventes *Lachmannus*, furores *Peyraredus* 453 et nostrae] et culpe *δ* et uestrae *m* || excusabilae *B* ł exuperabile f^2 *scholiastae ms. apud Lindenbrogium* || culpae] nostre *δ* 454 Nocere (s suprascr.) *r* || cineres *Pπ unus Beh.*, *Par.* 8053 cinerem *BM* || mearũ *δ* 455 extremas *unus Beh.* externi *f* || ut] *cf. Theb.* I 251 456 sit cura *vel* sic cura *m* || dm̃ *B* || etsi] et si *c* et scit *δ* si (et *om.*) *π* 457 uinc/la *f* || '*f.* mea iura cruentus Phasis habet' *Lachmannus* 458 abent (h suprascr.) *B* || generastis *δm edd. vett.*
459 sydera *c* *hiatus est a v.* 460 *usque ad v.* 668 *tribus foliis excisis in δ* 461 ꝓgenies *B* 462 clamatur lemnos alumnis *P* lemnos celebratur alumnis Bfr^2 *Colb.*, *Gud.* 52. 54 celebratus *π*

nec non ipsa tamen thalami monimenta coacti
enitor geminos, duroque sub hospite mater
nomen avi renovo; nec quae fortuna relictis
nosse datur; iam plena quater quinquennia pergunt,
si modo fata sinunt aluitque rogata Lycaste.
detumuere animi maris, et clementior auster
vela vocat, ratis ipsa moram portusque quietos
odit et adversi tendit retinacula saxi.
inde fugam Minyae, sociosque appellat Iason
efferus, o utinam iam tunc mea litora rectis
praetervectus aquis, cui non sua pignora cordi,
non promissa fides; certe stat fama remotis
gentibus: aequorei redierunt vellera Phrixi.
ut stata lux pelago venturumque aethera sensit
Tiphys et occidui rubuere cubilia Phoebi,
heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est.
vix reserata dies, et iam rate celsus Iason
ire iubet, primoque ferit dux verbere pontum.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

468 sq. cf. Verg. Aen. III 356 sq. aurae vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro 476 sq. cf. Valerius Flacc. III 37 sq. ipse diem longe solisque cubilia Tiphys consulit 479 cf. Valerius Flacc. I 655 emicuit reserata dies

---

VARIA LECTIO.

463 monimenta *PBf* monumenta *M* 465 nec quae] neque enim *r* 466 datur *P* datum *BM* datum eſt *f*. *cf. v.* 343 ‖ nam *rc Dan.* ‖ pgunt *B* '*f.* vergunt, *sc. ad finem*' *Lachmannus*

467 fata sinunt] *cf. Theb.* X 216 ‖ licaſtę *r* licaſſ/e *f*

468 De*tumuere* (umuere *post ras.*) *P* ‖ animi ſatiſ mariſ (*sed* ſatiſ *lineola inductum man. eadem*) *c* 470 aduerſi *P Rehd.* adſueti *BM* ‖ tendunt *unus Beh.* 471 Minyae] mimae *cum glossa man. al.* huiuſ montiſ *c*. *ad verba* inde fugam Minyae *supplendum est: meditantur*, *nisi forte mendum hic latet* 472 oque utinam *r unus Beh.* ‖ tunc *PBr codices Behottii et Lindenbrogii* tum *M edd.* ‖ littora *B* 473 Preteruectuſ ‖ *cf. Theb.* XI 428 475 aequoraei *B* ‖ frixi *P* phrixi *fc* phryxi *BM* 477 Typhiſ *Bc* Thiptiſ *r* Thiphiſ *f* 478 Heu] Hinc *c* 479 Vix fereta (re *et* a *supra*) *P* ‖ etiam *c* 480 ueruere P^1

illos e scopulis et summo vertice montis
spumea porrecti dirimentes terga profundi
prosequimur visu, donec lassavit hiantes
lux oculos longumque polo contexere visa est
aequor et extremi pressit freta margine caeli.
fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
fraterna regnare Chio, mihi crimina nulla,
et vacuos arsisse rogos; fremit impia plebes
sontibus accensae stimulis facinusque reposcunt.
quin etiam occultae vulgo increbrescere voces:
"solane fida suis, nos autem in funera laetae?
non deus haec fatumque, quod imperat urbe nefanda."
talibus exanimis dictis (et triste propinquat
supplicium, nec regna iuvant) vaga litora furtim
incomitata sequor funestaque moenia linquo,
qua fuga nota patris; sed non iterum obvius Euhan,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

481 sqq. cf. Ovid. met. XI 463 sqq. aequalique ictu scindunt freta. sustulit illa umentes oculos, stantemque in puppe recurva concussaque manu dantem sibi signa maritum prima videt redditque notas. ubi terra recessit longius atque oculi nequeunt cognoscere vultus, dum licet, insequitur fugientem lumine pinum. haec quoque ut haud poterat, spatio summota, videri, vela tamen spectat summo fluitantia malo 482 cf. Persius I 94 qui caeruleum dirimebat Nerea delphin

---

VARIA LECTIO.

481 *sqq. cf. Theb.* IIII 24 *sqq.* VII 139 *sqq. silv.* V 2, 5 *sqq.* ‖ e ſcopuliſ *p et coniecit Bernartius* et ſcopuliſ *PBM* 483 hiantes *Heinsius in advers. lib.* I *cap.* 3 *p.* 23. *cf. Theb.* VII 645 484 uiſũ eſt (ũ *in ras.*) *f* 485 marginae *B* 486 portus] ł ponti *r*[2] ‖ tranſ acta (l *supra* a) *π* 488 plebiſ *P* 489 Fontibuſ *r* 490 Quin aetiam *B* ‖ occulte *c* ‖ increſcere *P* increbeſcere *r* 491 funere *m edd. vett. cf. Theb.* II 176 '*parcum in praeconia*' ‖ letae *c* iactae *f*
492 fa/tumq. *B* ‖ quid *Bf.* non deus haec fatumque? quid imperat urbe nefanda? *Barthius* imperat (ur *supra*) bene faⁿda *P* urb/e *B* 493 dictiſ et triſte *post rasuram rescr. P* ‖ triſtę ꝓpinquat *B* 494 littora *BM* ‖ furtim *P unus Beh.* furto *BM*, *quod sane Statio magis usitatum est*, *quam adverbium* '*furtim*' 495 menia *fc*
496 Quo *c*[1] ‖ iterum] fuit *unus Beh.* ‖ euhan *PBfc* euan *m*

nam me praedonum manus huc appulsa tacentem
abripit et vestras famulam transmittit in oras.'
Talia Lernaeis iterat dum regibus exul
Lemnias et longa solatur damna querella
immemor absentis (sic di suasistis!) alumni,
ille graves oculos languentiaque ora comanti
mergit humo fessusque diu puerilibus actis
labitur in somnos, prensa manus haeret in herba.
Interea campis, nemoris sacer horror Achaei,
terrigena exoritur serpens, tractuque soluto
inmanem sese vehit ac post terga relinquit.
livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni
spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
dentis, et auratae crudelis gloria fronti
prominet. Inachio sanctum dixere Tonanti

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

505 cf. Claudian. de VI cons. Hon. 33 tunc sacer horror aquis 508 sqq. cf. Ovid. met. III 32 sqq. Martius anguis erat, cristis praesignis et auro; igne micant oculi, corpus tumet omne veneno, tresque vibrant linguae, triplici stant ordine dentes; id. ibid. VII 149 sqq. draconem, qui crista linguisque tribus praesignis et uncis dentibus

VARIA LECTIO.

497 adpulſa *Bfc* ‖ tacente *f* iacentem *Peyraredus* 498 Abripit *PBc* Arripit *M edd.* ‖ ũraſ *B* ‖ or[a]iſ (a *supra scr. manu* 3) *B* horaſ *f* 499 lerneiſ *P* laerneiſ *B* 500 *cf. v.* 48. 616 ‖ Lemnioſ *f* ‖ dampna *c* ‖ querella *B* quaerela *P* querela *M* 502 *cf. Theb.* I 546 503 feſſuſqu/e *B* ‖ puerib.[li] *P* 504 preſſa c^1 ‖ heret *c* heret in [h]erba *P* 505 achei *PBc* 506 exoritur *P scholiasta* ł exuritur r^2. *cf. Theb.* IIII 97 erigitur *BM fortasse ex Theb.* II 412 ‖ tract[v]oque *B* 507 Immanem *M* ‖ poſterga *Bf* ‖ reliquit *unus Beh.* 508 Inuida π ‖ tumido *Barthius* 509 vibrat] micant *margo* π 510 fronti *P Colb.* frontiſ (fron[t]diſ *f*) *BM. similis dativi usus apud Statium reperitur Theb.* I 609. IIII 129. 154. 175, *si una littera* e *ad librorum lectionem addita potius quam subtracta legere ibi malemus: 'galeaeque coruscae prominet arte gigans'* 511 inachie *r. an* Inachii? *sicuti Theb.* II 32

agricolae, cui cura loci et silvestribus aris
pauper honos; nunc ille dei circumdare templa
orbe vago labens, miserae nunc robora silvae
atterit et vastas tenuat complexibus ornos. 515
saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae
continuus, squamisque incisus adaestuat amnis;
[quantus ab arctois discriminat aethera plaustris 529
anguis et usque notos alienumque exit in orbem, 530
quantus et ille sacri spiris intorta movebat
cornua Parnasi, donec tibi, Delie, fixus
vexit harundineam centeno vulnere silvam.] 533
sed nunc, Ogygii iussis quando omnis anhelat 518
terra dei trepidaeque latent in pulvere nymphae,
saevior anfractu laterum sinuosa retorquens 520

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

529 cf. Ovid. met. III 44 sq. tantoque est corpore quanto, si totum spectes, geminas qui separat arctos; Silius III 192 sq. quantus non aequas perlustrat flexibus arctos et geminum lapsu sidus circumligat anguis 520 sqq. cf. Verg. georg. III 432 sqq. postquam exusta palus

VARIA LECTIO.

513 de (i 3 *man.*) *B* 514 Urbe *B*[1] || uagq/abenſ *B* || miserae *suspectat Barthius nullo iure* || *cf. Theb.* I 564 515 Atte/rit *B* Aterit *f* 516 Sepae ſup fluuioſ (ioſ *post ras. man.* 3) *B* 517 ſuamiſque *f* || incensus *Schraderus* || adeſtuat *fc* *v.* 529 *sq. hydrae et draconis signa confunduntur. anguis enim, qui per duas arctos flectitur, non exit in alienum orbem quem dicunt notium, alter anguis, qui tendit ad polum notium, ursarum regionem non tangit. itaque ex duobus signis unum fecit, qui istos versus composuerit. quem non fuisse Statium et ea re probatur, quod is siderum cognitione optime instructum ubique se praebet, et eo probabilius fit, quod versus* 529—534 *sedem in libris obtinent ineptissimam, nimirum olim transcripti ex margine archetypi codicum nostrorum. at voluit interpolator, ni fallor, versus suos collocari post v.* 517, *quare consilio eius indulgens huc transposui.* 529 plaustris] penniſ *r* plagiſ (*in marg.* plauſtriſ) *π* 530 Anguiſ ad uſque *rcπ edd. inde a Gronovio* || nothoſ *c* || alienum exiuit in orbem *f* exit] errat *unus Beh.* 531 ſacriſ *c* 532 parnaſi *Brfc* parnaſſi *Pm* 533 harundineam *PBrc* arundineam *M* || uoluere *P* 519 traepideq. *B* trepidęq. *f* 520 Seuior *c* || amfractu *f*

terga solo siccique nocens furit igne veneni.
stagna per arentesque lacus fontesque repressos
volvitur et vacuis fluviorum in vallibus errat,
incensusque siti liquidum nunc aera lambit
ore supinato nunc arva gementia radens
pronus adhaeret humo, si quid viridantia sudent
gramina; percussae calidis adflatibus herbae,
qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus.
  Quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati
sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitae
hoste iaces? an ut inde sacer per saecula Grais
gentibus et tanto dignus morerere sepulchro?
occidis extremae destrictus verbere caudae
ignaro serpente puer, fugit ilicet artus
somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
  Cum tamen attonito moriens vagitus in auras
excidit et ruptis inmutuit ore querellis,
qualia non totas peragunt insomnia voces,
audiit Hypsipyle facilemque negantia cursum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

terraeque ardore dehiscunt, exsulit in siccum et ... saevit agris asperque siti atque exterritus aestu 524 cf. Silius VI 223 adsultans aethera lambit 542 cf. Claudian. epithal. Pall. et Celer. v. 108 ereptis obmutuit unda querellis

---

VARIA LECTIO.

522 *cf. Theb.* IIII 686 *sq.* ‖ repreſoſ *r* 523 uacuuſ B^1f ‖ err$\overset{a}{o}$r (*ultima* r *corr. in* t) *B* 524 incensusque siti *Schraderus* Incertuſque ſui *PBM scholiasta* 525 rodenſ *f et mavult Heinsius. ait autem Ovidius quoque met.* III 75 '*terraque rasa sonat squamis*' 526 adheret *Pfc* ‖ ſudant *f* 527 Gragmina *cum* g *subducta c* ‖ adflatibuſ *B* afflatibuſ *PM* ‖ haerbę *B* 528 hora *B* 534 paruae *B* ‖ deus] puer *m Venett.* 3. 4 536 graiſ *PBf* graiiſ *M* 537 morere^{re} *B* morere *rc* moriere *uterque Beh.* 538 deſtrictuſ *π* diſtrictuſ *m* ‖ ueruere *P* uerbere *in ras. B* ‖ gaude *P* 541 uagit' *B* 542 *cf. Theb.* VI 185 ‖ inmutuit *PBc* immutuit *M* ‖ querelliſ *Br* quęreliſ *P* quereliſ *M* 544 hipſipyle *P* hypſipile *B* ypſiphile *f* hypſiphile *c* ypſipile *unus Beh.* iſiphile *alter Beh.*

exanimis genua aegra rapit; iam certa malorum
mentis ab augurio sparsoque per omnia visu
lustrat humum quaerens et nota vocabula parvo
nequiquam ingeminans; nusquam ille, et prata recentes
amisere notas. viridi piger accubat hostis
collectus gyro spatiosaque iugera complet,
sic etiam obliqua cervicem expostus in alvo.
horruit infelix visu longoque profundum
incendit clamore nemus, nec territus ille,
sed iacet. Argolicas ululatus flebilis aures
impulit; extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques causamque refert. tunc squamea demum
torvus ad armorum radios fremitumque virorum
colla movet. rapit ingenti conamine saxum,
quo discretus ager, vacuasque impellit in auras
arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
librati saliunt portarum in claustra molares.
cassa ducis virtus, nam mollia colla refusus

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

545 sq. 'iam certa ... augurio' schol. Theb. V 627 553 cf. Verg. Aen. X 895 clamore incendunt caelum; id. ibid. XI 147 maestam incendunt clamoribus urbem 558 sqq. cf. Verg. Aen. XII 896 sqq. saxum circumspicit ingens, saxum anticum ingens, campo quod forte iacebat, limes agro positus, litem ut discerneret arvis; Ovid. met. III 59 sqq. dixit, dextraque molarem sustulit et magnum magno conamine misit. illius impulsu cum turribus ardua celsis moenia mota forent; serpens sine vulnere mansit, loricaeque modo squamis defensus et atrae duritia pellis validos cute reppulit ictus.

VARIA LECTIO.

545 rapit] trahit *Lachmannus* ‖ egra *c* ‖ malo℞ *B* 547 querenſ *Bc* 548 ingeminat *π* 549 Amiſ/ere *B* Admiſere *r* ‖ nothaſ c^1 550 ſpacioſaque *fc* 551 Sic /etiam *B* ‖ ceruicē *B* 552 horruit] Obruit *unus Beh.* 553 *cf. Theb.* VI 43 554 arcolicaſ *f* 555 extimplo *c* 556 tum *m edd.* 557 armo℞ *B*
559 Quod diſcretuſ *B* ‖ inpellit *B* ‖ auriſ f^1 ‖ *v.* 559 *post* 561 *exhibet r* 560 hyppomedon *Bc* ypomedon *f* 561 Libratiſ ſaliunt *B* 562 duciſ Pf^1B^3 *Colb.*, *Gud.* 52. 54 duci B^1rcf^2 *edd. inde a Gronovio* ‖ iam *Br unus Beh.* ‖ refuſiſ *c*

in tergum serpens venientem exhauserat ictum.
dat sonitum tellus, nemorumque per avia densi
dissultant nexus. 'at non mea vulnera' clamat
et trabe fraxinea Capaneus subit obvius 'umquam
effugies, seu tu pavidi ferus incola luci,
sive deis, utinamque deis, concessa voluptas,
non, si consertum super haec mihi membra giganta
subveheres. volat hasta tremens, et hiantia monstri
ora subit linguaeque secat fera vincla trisulcae,
perque iubas stantes capitisque insigne corusci
emicat, et nigri sanie perfusa cerebri
figitur alta solo. longus vix tota peregit
membra dolor, rapido celer ille volumine telum
circuit avulsumque ferens in opaca refugit
templa dei; hic magno tellurem pondere mensus
inplorantem animam dominis adsibilat aris.
  Illum et cognatae stagna indignantia Lernae,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

565 sqq. cf. Verg. Aen. IX 747 sq. at non hoc telum ... effugies
571 cf. Verg. georg. III 439 linguis micat ore trisulcis

VARIA LECTIO.

563 uenientemque *c* ‖ exhauserat] '*i. e. inanem reddiderat*' *Dubnerus* excluserat *Heinsius* exauſerat *r* 564 auia *P Colb. m* aera *BM maluntque Heinsius et Gronovius coll. Theb.* VI 280. *sed praestat illud* avia *significans fragorem qui impetu saxi cadentis editus esset ad remotas silvae regiones penetrasse et ibi quoque ramorum nexus dissiluisse.* 566 ſubiit *P* ‖ uſquam *f* 568 Siue deuſ *edd. vett.* ‖ uoluntaſ *unus Beh.* 569 mihi] tua *m* ‖ gyganta *c* 570 aſta *c* 572 *cf. v.* 510 ‖ Perqu/e *B* 573 ſanae B^1 (*posteriorem a corr. in* i B^3) 574 alta] haſta *Pm* acta *Heinsius* ‖ peraegit *B* '*f.* peredit' *Lachmannus* 575 rapid$\overset{o}{e}$ *B* ‖ ille lumine *r* 576 Circumit *Br* ‖ aduulſumque *π* '*f.* evulsumque' *Lachmannus* 577 dei hic magno (*litterae* hic m *in ras.*) *B. propter elisionis asperitatem, cuius generis exemplum alterum in Statii carminibus non reperitur, conieci* (*quaest. Statian. p.* 16): templa. dehinc magno *e. q. s.* 578 Implorantem (Imploratam *π*) *M* ‖ affibilat *M* 579 coguate *B* ‖ laernae *B*

floribus et vernis adsuetae spargere nymphae,
et Nemees reptatus ager, lucosque per omnis
silvicolae fracta gemuistis harundine fauni.
ipse etiam summa iam tela poposcerat aethra
Iuppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
ni minor ira deo gravioraque tela mereri
servatus Capaneus, moti tamen aura cucurrit
fulminis et summas libavit vertice cristas.
Iamque pererratis infelix Lemnia campis,
liber ut angue locus, modico super aggere longe
pallida sanguineis infectas roribus herbas
prospicit. huc magno cursum rapit effera luctu
agnoscitque nefas, terraeque inlisa nocenti
fulminis in morem non verba in funere primo,
non lacrimas habet; ingeminat misera oscula tantum
incumbens animaeque fugam per membra tepentem
quaerit hians. non ora loco, non pectora restant,
rapta cutis, tenuia ossa patent nexusque madentes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

581 sq. cf. Ovid. met. VI 392 sqq. illum ruricolae, silvarum numina, fauni ... et nymphae flerunt 585 'gravioraque tela mereri' schol. Theb. I 45 587 cf. Silius IX 523 bisque dei summas libavit (libravit codd.) turbine cristas 593 sqq. cf. Lucanus II 20 sqq. magnusque per omnes erravit sine voce dolor. sic funere primo attonitae tacuere domus ... sed cum membra premit fugiente rigentia vita ... incubat amens; Seneca Oed. v. 56 fletuque acerbo funera et questu carent

---

VARIA LECTIO.

580 adſuetae *PBf* aſſuetae *M* 581 nemeeſ (*postrema* e *in ras.*) *f* ‖ raptatuſ *rc unus Beh.* ræptatuſ *f* ‖ om̃iſ *B* omniſ *fc* omneſ *PM* 582 fractę *P* ‖ harundine *PBrfc* arundine *m* 583 etiam ſumma *Pr unus Beh.* etiam // ſumma *B* etiam e ſumma *M* etiam a ſumma *π* ‖ tam *P* ‖ ethra *c* Aetna *m Barthius* 584 *cf. Theb.* X 914 ‖ hiemiſque *P* ‖ cohibant *r* 586 motu *π* ‖ aura (*sed* r *corr.*) *c* *vv.* 587—593 Fulminis — inlisa nocenti *desunt in contextu codicis c*, *ab alia manu sunt additi in particula membranae separata.* librauit *Brfcπ unus Beh.* 592 Adgnoſcitq. *B* ‖ illiſa *M* 595 *cf. Theb.* XII 319 596 Querit *Bc* 597 Rupta *πm* ‖ tenua *Bf¹π unus Beh.* tenuia (*additae fuerunt duae posteriores literae*, *cum antea legeretur* tenu, *sequente lacuna*) *alter Beh.* tenera *m edd. ante Gronovium. cf. adnotationem ad Theb.* IIII 697

sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.
ac velut aligerae sedem ſetusque parentis
cum piger umbrosa populatus in ilice serpens,
illa redit querulaeque domus mirata quietem
stat super impendens advectosque horrida maesto
excutit ore cibos, cum solus in arbore paret
sanguis et errantes per capta cubilia plumae.
Ut laceros artus gremio miseranda recepit
intexitque comis, tandem laxata dolori
vox invenit iter, gemitusque in verba soluti:
'o mihi desertae natorum dulcis imago,
Archemore, o rerum et patriae solamen ademptae
servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
extinxere dei, modo quem digressa reliqui
lascivum et prono vexantem gramina cursu?
heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
inperfecta sonis risusque et murmura soli
intellecta mihi? quotiens tibi Lemnon et Argo
sueta loqui et longa somnum suadere querella!
sic equidem luctus solabar et ubera parvo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

598 cf. Ovid. met. XV 529 unumque erat omnia vulnus; Lucanus IX 814 totum est pro vulnere corpus; Silius X 513 tum toto corpore vulnus 606 sq. cf. Verg. Aen. XI 151 et via vix tandem voci laxata dolorest; Claudian. VI cons. Honor. 265 sq. praeclusae voci laxata remisit frena dolor 608—635 secundum Verg. Aen. IX 481 sqq.

VARIA LECTIO.

599 aligere *P* || fetuſq. *f* foetuſque *PBM* 600 populat̃ *f* 601 quęrulęque *P* quaerulęq. *B* 602 stat super] Iam ſtupet *P Rehd.* || inpendenſ *B* || meſto *f* 603 paret *P unus Beh. cum glossa:* apparet. *cf. silv.* II 2, 76 '*illic Prochyta aspera paret*' cara *BM edd.* 604 plummae *B* 606 intexitque] ł interſitque *π* || laxata dolori *Bentleius et Heinsius* laxata (laſſata *π unus Beh.*) dolore *PBM edd.* 607 genituſ (*om.* que) *f* 608 deſerte *Bc*[1] 609 patrie ſolamen adempte *B* 610 Seruiciiq. *B* 611 Extincxere *B* || quae *c* 612 vexantem] uerſantem *unus Beh.* '*f.* flexantem' *Lachmannus* 613 Heuſ *π. vide notam ad v.* 350 || ſyderei *c* 615 Argoſ *PBM*. *correxit Gronovius* 616 quaerella *B* querela *M. cf. v.* 500

iam materna dabam, cui nunc venit inritus ori
lactis et infelix in vulnera liquitur imber.
nosco deos: o dura mei praesagia somni
nocturnique metus, et numquam inpune per umbras
attonitae mihi visa Venus! quos arguo divos?
ipsa ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
exposui fatis. quae mentem insania traxit?
tantane me tantae tenuere oblivia curae?
dum patrios casus famaeque exorsa retracto
ambitiosa meae (pietas haec magna fidesque!)
exsolvi tibi, Lemne, nefas; ubi letifer anguis,
ferte, duces, meriti si qua est mihi gratia duri,
si quis honos dictis, aut vos extinguite ferro,
ne tristes dominos orbamque inimica revisam
Eurydicen, quamquam haut illi mea cura dolendo
cesserit. hocne ferens onus inlaetabile matris
transfundam gremio? quae me prius ima sub umbras
mergat humus?' simul haec terraque et sanguine vultum
sordida magnorum circa vestigia regum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

620 'nosco deos' schol. Theb. V 627   623 cf. Verg. Aen. IIII 604 quem metui moritura?   625 cf. Verg. Aen. II 282 quae tantae tenuere morae?   634 cf. Verg. Aen. IIII 24 sq. set mihi vel tellus optem prius ima dehiscat

---

VARIA LECTIO.

618 irrituſ *PM* ‖ ori] orbae *P*   or// (*in marg.* ori) *B*   ore *c*   619 linquitur $r^1\pi$ ‖ hymber *B*   ymber *c*   620 dira *π nescio an recte.*   621 impune *M* ‖ p̱ umbraſ *B* ‖ *cf. Theb.* II 350   622 ueniſ (v *supra*) *r*   623 moritura] inſana *π ex versu sequente*   625 Tanta neme (*corr. ex* nemae) *c*   626 Dum patrios] ł pater noſ r^2 ‖ famae (que *om.*) *r*   627 *cf. Theb.* II 462   628 Exſolui (ſ *in ras.*) *f*   Et ſolui *Lips.*, *Busl.*, *Venett.*   Exoluit *m edd. vett.* ‖ lętifer *B*   laetifer *fc*   629 ſi qua eſt meriti mihi *m edd. vett.* ‖ gratia] gloria *π*   631 orbamque (*sed* a *ex* e *corr. manu eadem*) *c*   632 Euridicen *Bf*   Euridicem *c* ‖ haut *om.* f^1 aut *corr. in* haud *B*   haud *M*   633 inlaetabile *PBc*   illaetabile *M*   634 in gremio *r* ‖ quae] quam *m*   635 terraque] contraq. *r* ‖ uoltum (v *supra*) *B*   636 magnoꝝ *B*

vertitur, et tacite maerentibus imputat undas.
Et iam sacrifici subitus per tecta Lycurgi
nuntius implerat lacrimis ipsumque domumque,
ipsum adventantem Persei vertice sancto
montis, ubi averso dederat prosecta tonanti,
et caput iratis rediens quassabat ab extis.
hic sese Argolicis immunem servat ab armis
haut animi vacuus, sed templa araeque tenebant.
necdum etiam responsa deum monitusque vetusti
exciderant voxque ex adytis accepta profundis:
'prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello.'
id cavet, et maestus vicini pulvere Martis
angitur ad lituos periturisque invidet armis.
Ecce fides superum: laceras comitata Thoantis
advenit exequias, contra subit obvia mater,
femineos coetus plangentiaque agmina ducens.
at non magnanimo pietas ignava Lycurgo,
fortior ille malis, lacrimasque insana resorbet
ira patris, longo rapit arva morantia passu

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

645 cf. Verg. Aen. I 25 necdum etiam causae irarum saevique dolores exciderant animo 654 cf. Silius XII 594 fletumque resorbent; Seneca Herc. Oet. 1285 fletum virtus saepe resorbet

VARIA LECTIO.

637 merentibuſ *c* 638 ligurgi *Bfc Beh.* 1. 2 640 $\overset{v}{\text{i}}$ertice *B* 641 aduerſo *cpm edd. cf. Theb.* X 71 || profecta *cm* 642 reſideuſ *f* 643 ſeruabat abarmiſ *B* ſeruabat ab armiſ *rc* ſer-uat (bat 2 *man.*) ////// ab armiſ *f* 644 Haut *B*¹ç Haud *PM* 646 uoxque ex *om. P* ex *om. Br* et uox adytiſ *π* ac vox adytiſ *unus Beh.* nec vox adytiſ *p* || excepta *π* || ꝓfundiſ *B* 647 lygurge *f Beh.* 1. 2 ligurge *c* || dirceo *Pc* 648 meſtuſ *Pc* 649 parituriſq. *r* perituriſ (*om.* que) *unus Beh.* 650 lacera//ſ *f* || cum nata *m* || Thoantis] *cf. v.* 700 651 Aduehit *Bfcp Par.* 8053 *edd. ante Gronovium* || exſequiaſ *P* 652 cetuſ *f* *v.* 653 *post v.* 655 *exhibet B* || At non /////nimo (magnanimo *in marg.*) *B* || lygurgo *c Beh.* 1. 2 654 lacrimaſ inſana *unus Beh. cf. Theb.* II 315 XII 318 655 lo$\overset{n}{/}$go *B*

vociferans: 'illa autem ubinam, cui parva cruoris
laetave damna mei? vivitne? impellite raptam,
ferte citi comites; faxo omnis fabula Lemni
et pater et tumidae generis mendacia sacri
exciderint. ibat, letumque inferre parabat
ense furens rapto, venienti Oeneius heros
impiger obiecta proturbat pectora parma,
ac simul infrendens: 'siste hunc, vesane, furorem,
quisquis es.' et pariter Capaneus acerque reducto
adfuit Hippomedon rectoque Erymanthius ense,
ac iuvenem multo praestringunt lumine. at inde
agrestum pro rege manus. quos inter Adrastus
mitius et sociae veritus commercia vittae
Amphiaraus ait: 'ne — quaeso; absistite ferro,
unus avum sanguis, neve indulgete furori,
tuque prior.' sed non sedato pectore Tydeus
subicit: 'anne ducem servatricemque cohortis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

658 cf. Verg. Aen. IIII 594 ferte citi flammas 669 sqq. cf. Verg. Aen. VI 832 ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella neu patriae validas in viscera vertite vires; tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo 671 cf. Verg. Aen. XII 18 olli sedato respondit corde Latinus

---

VARIA LECTIO.

657 dampna *B* || uiuitue *B* 658 cito *BM* || omnis] quod *unus Beh.* 659 ſacri *BM scholiasta* falſi (*in marg.* ˆ ſacri) *P* celſi *unus Beh.* 660 lętumque *Pf* loetumque *B* laetumque *c* 661 oneiuſ *f* 662 ꝓturbat *B* ꝑturbat *f* 663 huc *P* || ueſan/e *B* 665 Adfuit *PBf* Affuit *M* || recto/que *B* rectoque *M scholiasta, qui addit*: '*quidam* rectorque Erymanthius *legunt sed male*'. rectorque Pr^2m raptoque *p ex v.* 661 || erimanthiuſ *Bf* erimantiuſ *cp* 666 perſtringunt *m edd.* || ad inde *P* 667 ꝓ rege *B* || adaſtuſ *B* 668 Mitiuſ *PBrf unus Beh.* Mitior *m edd.* || ſotiae *B* || commertia *B* || uittae *BM* uitae Pf^1 uite πr^2. *utramque lectionem et* uittae *et* uitae *novit et interpretatur scholiasta*. sociae commercia vittae] *similiter idem poeta dicit in silv.* I 3, 3 '*sociae commercia noscere ripae*' 669 Amphiorauſ *c* || a/it *B* agit r^1f^1 *ex Theb.* VI 432 || non quaeſo *unus Beh.* nequeſo *c* || obſiſtite *δ* 671 ſedatuſ *f* 672 Subiicit *m*

Inachiae ingratis coram tot milibus audes
mactare in tumulos? (quanti pro funeris ultor!)
cui regnum genitorque Thoas et lucidus Euhan
stirpis avus. timidone parum, quod gentibus actis
undique in arma tuis inter rapida agmina pacem
solus habes? habeasque, et te victoria Graium
inveniat tumulis etiamnum haec fata gementem.'
Dixerat, et tandem cunctante modestior ira
ille refert: 'equidem non vos ad moenia Thebes
rebar et hostiles huc advenisse catervas.
pergite in excidium, socii si tanta voluptas
sanguinis, inbuite arma domi, atque haec inrita dudum
templa Iovis (quid enim haut licitum?) ferat impius ignis,
si vilem, tanti premerent cum pectora luctus,
in famulam ius esse ratus dominoque ducique.
sed videt haec, videt ille deum regnator, et ausis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

689 cf. Iuvenalis XIII 100 ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. similia collegimus ad Theb. V 60

VARIA LECTIO.

673 ingratiſ *PBM scholiasta* '*f.* gratis' *Lachmannus* ‖ millibuſ *m* ‖ auſuſ *P* aude/ſ *f* 674 proh *c* ‖ ultor] '*f.* auctor' *Lachmannus* 675 euan *m* 676 tumidone *δ Taur. m edd.*

677 rapida] trepida *m Wakefieldus ad Lucret.* III 597 pauida *Rehd.* 678 $\overset{h}{a}$beſ *B* ‖ habeasque] que *om. edd. vett. et tollendum statuit Lachmannus* 680 ita B^1 681 Ille re refert *r* ‖ ad] in *δ* ‖ menia *f* ‖ thebae *r* thebeſ *corr. ex* thebaſ *c* 682 et] at *substituit Barthius et Dubnerus qui ita interpretatur: equidem non rebar vos contra Thebanos (ire), sed (rebar) infesto agmine huc venisse. at eadem sententia erui potest, etiamsi illud* et *retinemus. saepe numero enim* et *habet vim adversativam, cum praecedit negatio. cf. Theb.* I 594 IX 111 XI 189 XII 232 II 161, *quem locum depravationis suspicione inmerito notavimus.* ‖ aduentaſſe cohorteſ *unus Beh.*

683 excidi$\overset{v}{i}$m *B* ‖ *ita distinxi, ut genetivus* socii sanguinis *pendeat ex substantivo* voluptas (*cf. Theb.* VII 22 X 266); *ante iungebant* excidium socii sanguinis. ‖ uoluntaſ *unus Beh.* 684 imbuite *BM* ‖ haec irrita *PM* h̃irrita *r* haec *om.* πδ 685 haut *Pc* $\overset{h}{a}$ut (t *corr. in* d 3 *man.*) *B* haud *M* ‖ licitum] luctum δ^1 686 prȩmerent *P* 688 haec] hoc *m*

sera quidem manet ira tamen.' sic fatus et arces
respicit. atque illic alio certamine belli
tecta fremunt; volucres equitum praeverterat alas
fama recens, geminos alis amplexa tumultus.
illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto
sic meritam Hypsipylen iterant, creduntque; nec irae
fit mora, iamque faces et tela penatibus instant,
vertere regna fremunt raptumque auferre Lycurgum,
cum Iove cumque aris; resonant ululatibus aedes
femineis, versusque dolor dat terga timori.
  Alipedi curru sed enim sublimis Adrastus
secum ante ora virum fremibunda Thoantida portans
it medius turmis, et 'parcite, parcite' clamat,
'nil actum saeve, meritus nec tale Lycurgus
excidium, gratique inventrix fluminis ecce.'
sic ubi diversis maria evertere procellis
hinc boreas eurusque illinc niger imbribus auster,
pulsa dies regnantque hiemes, venit aequoris alti
rex sublimis equis, geminusque ad spumea Tritoñ

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

695 cf. Verg. Aen. I 150 iamque faces et saxa volant

VARIA LECTIO.

690 alto *Barthius* 691 ęquitum *P* || preuerterat *B* 692 re/cenſ *B* repens *Barthius probante Dubnero* || aliſ complexa *m edd. vett.* aliiſ amplexa *Taur.* geminoſ aliſ *supra scriptis* que *et* ſuiſ *Burmanni codex*, *unde ille coniecit* geminosque suis amplexa, *ut* alis *sit ex glossa.* '*f.* agilis complexa' *Lachmannus* 693 affata *c* || lęto *P* laeto *Bfc* 694 sic meritam] immeritam *Peyraredus* || hipſipylen *P* ipſiphilen *c* ypſiphilen (yp *adscr. man.* 2) *f* ypſiphilen *unus Beh.* yſiphilen *alter Beh.* 695 namque *δ* 696 ligurgum *f* lygurgum *Beh.* 1. 2 697 edeſ *c* 699 Alipedi curru *coniecit Anglus anonymus in miscellaneis observationibus. cf. Valeri Flacci* V 611 '*alipedi ... curru*' *et Sili Italici* VII 700 '*alipedem ... currum*'. Alipedum curru *PBM* Alipedum curſu *m* 700 fremibunda *PB*[1]*f* fremebunda *B*[2]*M* || thoantia *P* 702 ſeuae *c* || nil tale *m edd. vett.* || licurguſ *B* ligurguſ *f* 704 ꝓcelliſ *B* 705 Hic *P* || ymbribuſ *c* || hauſter *P* 706 uenit *om. in textu*, *sed supra lineam exhibet f* || equoriſ *f* || altis *Heinsius* 707 ⱥequiſ *B* || tritom *P*

frena natans late pelago dat signa cadenti,
et iam plana Thetis, montesque et litora crescunt.
Quis superum tanto solatus funera voto
pensavit lacrimas inopinaque gaudia maestae
rettulit Hypsipylae? tu gentis conditor, Euhan,
qui geminos iuvenes Lemni de litore vectos
intuleras Nemeae mirandaque fata parabas.
causa viae genetrix, nec inhospita tecta Lycurgi
praebuerant aditus, et protinus ille tyranno
nuntius extinctae miserando vulnere prolis.
ergo adsunt comites (pro fors et caeca futuri
mens hominum!) regique favent; sed Lemnos ad aures
ut primum dictusque Thoas, per tela manusque
inruerant matremque avidis complexibus ambo
diripiunt flentes alternaque pectora mutant.
Illa velut rupes inmoto saxea visu
haeret et expertis non audet credere divis.
ut vero et vultus et signa Argoa relictis
ensibus atque umeris amborum intextus Iason,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

720 cf. Lucan. I 681 quae tela manusque 723 cf. Verg. Aen. VII 586 ille velut pelagi rupes immota resistit 724 cf. Sili Ital. XII 723 sq. quod credere nemo auderet superis

VARIA LECTIO.

708 canenti (*in marg.* patenti) *P* 709 iam iam (*alterum* iam *punctis notatum aliena manu*) *c* ‖ plena *fπ*[1]*δ unus Beh.* ‖ montiſque *P* ‖ littora *m* 710 munere *Brfδ unus Beh.* munera *Dan.* ‖ uota (a *rescr. man.* 3) *B* 711 meſtę *P* maeſte *B* meſta *c* 712 Retulit *Pfc* ‖ hipſipyle *P* hypſiphylę *B* ypſiphilae *f* ipſiphile *c* ypſiphyle *unus Beh.* iſiphile *alter Beh.* ‖ euham *B* 713 leni iuueneſ *δ* ‖ littore *Bm* 714 Intuleriſ *r* ‖ nemaee *B* 715 genetrix *r* genitrix *PBM* ‖ regna *Bfcδ* ‖ licurgi *B* ligurgi *f* 716 Prebuerant *Bf* 717 extincte *f* 718 aſſunt *c* ‖ proh *c* ‖ ſorſ *B* ‖ ceca *f* 719 lemnō *δ* 720 ꝑ tela *B* 721 Irruerunt *m* ‖ amplexibuſ *unus Beh.* 723 inmoto *Bc* immoto *PM* ‖ ſaxa (e *suprascr.*) *B* 724 exꝑtiſ *B* 726 aeque *δ* ‖ humeriſ *BM* ‖ amborum textuſ *f*

cesserunt luctus, turbataque munere tanto
corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
addita signa polo, laetoque ululante tumultu
tergaque et aera dei motas crepuere per auras.
Tunc pius Oeclides, ut prima silentia vulgi
mollior ira dedit placidasque accessus ad aures:
'audite, o ductor Nemeae lectique potentes
Inachidae, quae certus agi manifestat Apollo.
iste quidem Argolicis haut olim indebitus armis
luctus adest, recto descendunt limite Parcae:
et sitis interitu fluviorum et letifer anguis,
et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus, cuncta haec superum demissa suprema
mente fluunt. differte animos festinaque tela
ponite; mansuris donandus honoribus infans.
et meruit; det pulchra suis libamina virtus
manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phoebe, moras, semperque novis bellare vetemur
casibus, et semper Thebe funesta recedas.
at vos magnorum transgressi fata parentum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

728 cf. Claudian. rapt. Pros. I 268 subitis maduerunt fletibus ora 729 cf. silv. IIII 1, 45 sq. laetoque dederunt signa polo 732 cf. silv. V 1, 19 miseramque accessus ad aurem coniugis orbati 743 sq. cf. Verg. Aen. IIII 51 causasque innecte morandi

VARIA LECTIO.

727 munere] m̃mure δ numine *Barthius et Wakefieldus ad Eurip. Alc.* 956 728 Conruit *P* ‖ lumine *unus Beh.* 729 lectoque δ 730 *cf. Theb.* VIII 221 731 Tunc priuſ *Bfm edd. vett.* Tunc primũ δ ‖ eclideſ (o *supra*) *c* amfiarauſ (oeclideſ *supra*) *P* ‖ ut] ubi *unus Beh.* ‖ uolgi (v *supra*) *B* 732 placidaſ (que *om.*) δ ‖ acceſſuſ *Bδ Barthius, Marklandus ad silv.* V 1, 19 accenſuſ π acceſſit *PM edd.* ‖ auraſ (l aureſ *supra*) *r* 733 Auditae *B* ‖ nemaee *B* 734 Inachię *P* Inachide *Bc* ‖ agi] ait *P* 735 haut *P* haud *BM* 737 fluuioꝝ *B* ‖ lętifer *P* loetifer *f* laetifer *c* 739 dimiſſa *Prπδ* ‖ ſupprema *B* superna *Heinsius* 743 adque *P* 744 Phebe *c* ‖ ſempq. *B* ‖ ueremur *B* uetemur *om.* (*sed add. man.* 3) *f* 745 thebæ *B* ‖ recedaſ *P unus Beh.* recedat *BM edd.*

felices, longum quibus hinc per saecula nomen,
dum Lernaea palus et dum pater Inachus ibit,
dum Nemea tremulas campis iaculabitur umbras,
ne fletu violate sacrum, ne plangite divos.
nam deus iste, deus, Pyliae nec fata senectae
maluerit Phrygiis aut degere longius annis.'
finierat, caeloque cavam nox induit umbram.

VARIA LECTIO.

747 quib. *B* ‖ ſcta *B* 748 lernea *PBfc* ‖ inacuſ *P* 749 nemee *m edd.* 750 Neu fletu *unus Beh.* 751 piliae *c* ‖ ſenectae *corr. ex* ſenecuſ *manu eadem c.* '*inepte* Pyliae senectae, *quippe tunc temporis nondum nota Pylos iuvenisque aetate secunda Nestor* (IIII 126)' *Bentleius. in eandem reprehensionem incurrunt ea verba in miscellanearum observationum vol.* I *tom.* 1; *at vide notam ad Theb.* IIII 126 *sq.* 752 frygiiſ *P* ‖ nec degere *δ Taur.* 753 caua *Taur.*, *unde Burmannus coniecit* caelumque cava nox induit umbra.

LIB̃ · U · EXPLICIT | INCIP̃ STATII POETAE THEBAID̃ LIB̃ · UI · *P* P. PAPINI · STATI · THEBAIDOS LIB · V EXPLICIT | INCIPIT LIBER SEXTUS *B* VI L · S · P · S · THEBAIDOS *f* Explicit liber Vtuſ. Incipit VItuſ *c.* (*argumentum libri* VI *desideratur in Brfcp in uno Behottiano, adscriptum est manu auxiliari in altero Behottiano codice, absolvitur in δ uno hoc versiculo:* Archemori buſtum ſexto ludique leguntur.)

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER SEXTVS

Nuntia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo sollemnia busto
Inachidas ludumque super, quo Martia bellis
praesudare paret seseque accendere virtus.
Graium ex more decus: primus Pisaea per arva
hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem
pulvereumque fera crinem detersit oliva.
proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineae bellum puerile pharetrae.
mox circum tristes servata Palaemonis aras
nigra superstitio, quotiens animosa resumit
Leucothea gemitus et amica ad litora festa
tempestate venit; planctu conclamat utrimque

VARIA LECTIO.

THEBAIDOS VI 2 ſollempnia *Bc* 4 Preſudare *fc* || paral *unus Beh.* || accẽdere *B* 5 more *om.* *f*[1] || primum *δ* || piſea *Bcm* perſea *δ* 6 alchideſ *P* 7 fera crinem (*supra scr.* feracem *ex scholiasta*) *P* || detorſit *m* detexit *unus Beh.* 8 uippereo *c* || celebratur *P* cęlebrauit *B* 9 apollinaee *B* a/pollineae *f* || pueril/e pharethrae *B* 10 ſeruate *r* || palemoniſ *Bc* palaemoneſ *f* 11 igra *r* || ſupſtitio *B* || quocienſ *f* 12 Leucothea *PBM* Leucotea *p* Leucothoe *m edd.* || littora *B* 13 utrimque *Lachmannus coniecit* uterque *PBM edd.*

Isthmos, Echioniae responsant flebile Thebae.
et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
conexum caelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
concurrunt nudasque movent in proelia vires.
ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,
seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessant,
tranquillo prius arma lacu clavumque levesque
explorant remos atque ipsa pericula discunt;
at cum experta cohors, tum pontum inrumpere fretae
longius ereptasque oculis non quaerere terras.
  Clara laboriferos caelo Tithonia currus
extulerat vigilesque deae pallentis habenas

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

THEBAIDOS VI. 18 cf. silv. III 1, 152 sq. nudosque virorum certatus; silv. V 3, 54 Graiorum vis nuda virum 19 cf. Claudian. de raptu Pros. I praef. Inventa secuit qui primus nave profundum et rudibus remis sollicitavit aquas, qui dubiis ausus committere flatibus alnum, quas natura negat, praebuit arte vias, tranquillis primum trepidus se credidit undis, litora securo tramite summa legens, mox longos temptare sinus et linquere terras, et leni coepit pandere vela noto. ast ubi paulatim praeceps audacia crevit, cordaque languentem dedidicere metum, iam vagus exultat pelago caelumque secutus Aegaeas hiemes Ioniumque domat 25 sqq. cf. Verg. Aen. XI 182 sqq. Aurora interea miseris mortalibus almam extulerat lucem referens opera atque labores; iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon constituere pyras 26 cf. Verg. georg. I 446 sq. pallida . . . Aurora

---

VARIA LECTIO.

14 Iſtmoſ *Bfc* ‖ aechioniae *B unus Beh.* ‖ thhebae *B* 15 tunc *c* ‖ exigui *f* ‖ alumni *δ* · quibus alumnis] *id est: quorum procreatione* 16 Conexum *PBrc* Contextum *Dan.* Connexum *M* ‖ celo *f* *v.* 17 *deest in δ* ‖ ſuſpirent *unus Beh.* 18 in proelia] in pulvere † lata *Heinsius in advers.* IIII *cap.* 4 *p.* 587 19 auſure *f* ‖ alta *r* 20 tyrhenam *B* thirrenam *f* thyrrenam *c* ‖ ęgea *P* aegea *B* egea *fc* ‖ laceſſant *Pcδ Beh.* 1. 2 laceſſcunt *B* laceſſunt *M* 21 la(e)ueſque *B* 22 ramoſ *Dan.* 23 expta *B* ‖ tunc *Brcδ Beh.* 1. 2 ‖ inrumpere *PBr* irrumpere *M* ‖ freta ∸ (*latet aliquid sub* a) *B* freta illa cohors *πm edd. vett.* frete *δ* ſervet *Barthius* 24 eraptaſq. *r* ‖ querere *f* 25 Clara ubi roriferos *coniecit Lachmannus coll. Theb.* I 338 *et Senec. Hipp.* 11 ‖ celo thithonia *f* 26 deae pallentis] *cf. Theb.* II 334. daee *B* ‖ hauenaſ *P*

et Nox et cornu fugiebat Somnus inani;
iam plangore viae, gemitu iam regia mugit
flebilis, acceptos longe nemora avia frangunt
multiplicantque sonos. sedet ipse exutus honoro
vittarum nexu genitor, squalentiaque ora
sparsus et incultam ferali pulvere barbam.
asperior contra planctusque egressa viriles
exemplo famulas premit hortaturque volentes
orba parens lacerasque super procumbere nati
reliquias ardet totiensque avulsa refertur.
arcet et ipse pater. mox ut maerentia dignis
vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
ceu nova tunc clades et primo saucius infans
vulnere letalisve inrumperet atria serpens,
sic alium ex alio quamquam lassata fragorem
pectora congeminant, integratoque resultant
accensae clamore fores; sensere Pelasgi
invidiam et lacrimis excusant crimen obortis.
Ipse, datum quotiens intercisoque tumultu
conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
adloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

28 cf. Verg. Aen. XII 722 gemitu nemus omne remugit 30 cf. silv. II 1, 26 vittis et frontis honore soluto 34 cf. Lucan. II 23 sq. nec mater crine soluto exigit ad saevos famularum bracchia planctus 37 sqq. spectat Servius ad Aen. XI 36 44 cf. Verg. Aen. XI 41 lacrimis ita fatur obortis; Ovid. met. I 350 lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis; Valer. Flacc. VII 258 lacrimisque haec infit obortis

VARIA LECTIO.

27 Nam nox *Beh.* 1. 2 30 ſed et *c* ‖ honorę *P* honore *scriptum fuerat in uno Behottiano*, *unde factum* honoro *interpolatis litteris* ‖ *cf. Theb.* XI 460 XII 64 *sqq.* 31 ſqalentiaq. ħora *B* 33 planctuſ (que *om.*) *π* 34 praemit *B* 35 ſup *B* ‖ prorumpere *P*, *quod probat Heinsius* 36 Reliquiaſ *Prf* Relliquaſ *B* Relliquiaſ *M* ‖ auolſa *B*[1]*f* 37 merentia *f* 38 Cultibuſ *c*[1] ‖ inhachii *B* 39 ſautiuſ *f* 40 lętaliſue *B* ‖ irrumperet *M* 41 fragore *P* 43 *cf. Theb.* V 553 ‖ foreſ mox pſenſere *f* ſenſer/e *B* 44 abortiſ *m* 45 quotieſ *m* ‖ tumulto *B* 47 Alloquiiſ *PM*

resque hominum duras et inexorabile pensum,
nunc aliam prolem mansuraque numine dextro
pignora. nondum orsis modus, et lamenta redibant.
[*ille quoque adfatus non mollius audit amicos,*
quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
vota virum aut tenues curant vaga fulmina nimbos.]
  Tristibus interea ramis teneraque cupresso
damnatus flammae torus et puerile feretrum
texitur: ima virent agresti stramina cultu;
proxima gramineis operosior area sertis,
et picturatus morituris floribus agger;
tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes incanaque glebis
tura et ab antiquo durantia cinnama Belo.
summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
molle supercilium, teretes hoc undique gemmae
inradiant, medio Linus intertextus acantho
letiferique canes; opus admirabile semper

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

54 sqq. cf. Verg. Aen. XI 64 sqq. haut segnes alii crates et molle feretrum arbuteis texunt virgis et vimine querno extructosque toros obtentu frondis inumbrant . . . tum geminas vestes auroque ostroque rigentis extulit Aeneas, quas illi laeta laborum ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido fecerat   61 'ab antiquo . . . Belo' nomine omisso Servius ad Aen. I 642   64 'medio . . . . acantho' Servius ad ecl. IIII 56

VARIA LECTIO.

vv. 51—53 *om. P* (*adscripsit in margine manus saeculi* XII: deficiunt treſ), *sed exhibent BM et interpretatur scholiasta. nihilominus in subditivorum numero recte habet Guietus.* adfatuſ *Bf* affatuſ *M*

53 aut] ac *r* ‖ flumina *cδ Lips.*   54 cupreſſ$\overset{u}{\text{o}}$ *π*   cupreſſu *δ*
55 Dampnatuſ *c* ‖ thoruſ *fc* ‖ puerille *B* ‖ pheretrum *m*
56 $\overset{stra}{\text{flamina}}$ *δ*   57 aera *Pc*   58 morituruſ *f*   59 aſſurgenſ *M*
60 conplexuſ *P*   c$\overset{l}{\tilde{\text{o}}}$pexuſ *f* ‖ incanaqu/e *B*   61 Thuraque *δ* ‖ belo *Pδ unus Beh.* bello *BM scholiasta*   63 tereteſ huc *P* tereteſque hinc *m*   64 Inradiant *PBr* Irradiant *M* ‖ intextuſ *Pδ* intertexuſ *f* ‖ achanto *Pc*   ach$\overset{a}{\text{o}}$nto (a *supra scr.* 3 *manu*) *f*   65 Lętiferiq. *B* Loetiferique *f* ‖ ammirabile *c*

oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
arma etiam et veterum exuvias circumdat avorum
gloria mixta malis adflictaeque ambitus aulae,
ceu grande exequiis onus atque inmensa ferantur
membra rogo, sed cassa tamen sterilisque dolentes
fama iuvat, parvique augescunt funere manes.
inde ingens lacrimis honor et miseranda voluptas,
muneraque in cineres annis graviora feruntur.
namque illi et pharetras brevioraque tela dicarat
festinus voti pater insontesque sagittas,
iam tunc et nota stabulis de gente probatos
in nomen pascebat equos, cinctusque sonantes
armaque maiores expectatura lacertos.
[*spes avide quas non in nomen credula vestes*

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

72 cf. Claudian. in Rufin. II 363 metuenda voluptas 74 sqq. cf. Verg. Aen. XI 80 addit equos et tela 75 cf. Claudian. IIII cons. Hon. 166 festinaque voti praesumtum diadema dedit 79 sqq. cf. silv. II 1, 128 sq. cum tibi quas vestes, quae non gestamina mitis festinabat herus; Verg. Aen. VIIII 488 sq. veste tegens, tibi quam noctes festina diesque urgebam

VARIA LECTIO.

67 ꝉetiam *B* ‖ et *om.* *δ unus Beh.* ‖ circundat *P* ‖ auoꝝ *B* 68 Gloria *PM scholiasta* Grτια (*fuisse videtur* Gratia) *B* Gratia *Dan.* ‖ miſta *unus Beh.* ‖ adflicteque *Bf* afflictaeque *M* 69 ſonuſ *δ* ‖ adque *P* ‖ immenſa *m* 70 rogo *PB*[1] *Colb.* ꝉ toro *B*[3] toro *vel* thoro *M ex Verg. Aen.* VI 220 71 augescunt] augentur *p m edd. vett.* ‖ munere *pπδ unus Beh.* *vv.* 72 *et* 73 *sedem commutarunt in c*

73 *sq.* Muneraq. (*om.* in cineres — namque) illi et phaleraſ *B*[1], *sed verba omissa adscripsit in margine B*[3] *et supra* Muneraq. *eadem*, *ut videtur, manus* 3 *addidit* Namq. Mune^ra^q. (*om.* in cineres — namque illi) et phaleraſ *f* ‖ pharetras] phalĕraſ *Brfc Colb.*, *Paris.* 8053, *Beh.* 1. 2, *sed in altero Behottiano novissime correctum* pharetraſ 74 dicauit *δ* 76 nunc *B* (ꝉ tunc *man.* 3) ‖ ꝓbatoſ *B* 77 in nomen] *id est: in futurum illius usum* ‖ aequoſ *PB*[1] *vv.* 79—83 *om. P, cuius in margine manus saec.* XII *adscripsit* deficiunt. V., *et B*[1], *non interpretatur scholiasta; leguntur in margine B manu* 3 *exarati cunctisque, quod ego sciam, reliquis codicibus. ceterum de indiciis genere aetate et huius et aliarum interpolationum, quae insunt in Thebaide, coniunctim exponemus in prolegomenis.* 79 Speſ auidae! quaſ non *M edd.*

urgebat studio cultusque insignia regni
purpureos sceptrumque minus? cuncta ignibus atris
damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri,
si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.]
Parte alia gnari monitis exercitus instat
auguris aeriam truncis nemorumque ruina
montis onus cumulare pyram, quae crimina caesi
anguis et infausti cremet atra piacula belli.
[*his labor accisam Nemeen umbrosaque tempe*
praecipitare solo lucosque ostendere Phoebo.]
sternitur extemplo veteres incaedua ferro
silva comas, largae qua non opulentior umbrae
Argolicos inter saltusque educta Lycaeos
extulerat super astra caput; stat sacra senectae
numine, nec solos hominum transgressa veterno
fertur avos, nymphas etiam mutasse superstes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

80 sq. cf. Verg. Aen. VI 221 sq. purpureasque super vestes, velamina nota, coniciunt 86 cf. Verg. Aen. V 119 urbis opus 90 sqq. cf. Sili X 529 sqq. sparsoque propinquos agmine prosternunt lucos; sonat acta bipenni frondosis silva alta iugis. hinc ornus et albae populus alta comae validis accisa lacertis scinditur, hinc ilex proavorum condita saeclo; delvolvunt quercus et amantem litora pinum ac, ferale decus, maestas ad busta cupressos

---

VARIA LECTIO.

Spes auidę *margo B* spes avidi (*scilicet patris*) *coniecit Gronovius* avido *substituit et cum* studio *sequentis versus coniungit Peyraredus* avide *interpolator voluisse mihi videtur* ‖ ~~uires~~ (uestes) *margo B* 82 parens *unus Beh. cum glossa* s. iubet iubet *et in glossa* parens *alter Beh.* ‖ ferre *margo B* 83 rapidum *fπ unus Beh.* ‖ /////// (uetat queat) exsaturare *margo B*

84 monttis *c* 85 Angu(u)ris *P* ‖ aeria *δ* 86 Montisonum (sonum *in litura*) *f* Montis honos (ł hon') *πδ* montis opus *Weberus* ‖ piram *c* ‖ celsi *corr. in* caesi *c* *vv.* 88. 89 *recte om. P* (*in margine adscriptum est saec.* XII: deficiunt duo) *et B*[1], *non interpretatur scholiasta, exhibet M et margo B manu eadem, quae vv.* 79—83 *addidit.* abscissam *m* ‖ Precipitare *margo B* ‖ phebo *margo B* 90 extimplo *fπ*[1] *Beh.* 1. 2 ‖ incaedua *B*[1] incedua *Prfc* incidua *pδ Beh.* 1. 2 *B*[3] *in margine* 91 large *f* 92 ꝭeducta *B* ‖ lyceos *Pr* liceos *fc*
94 hominũ *B* 95 nymfas *P* nimphas *f* ‖ sup̄stes *B*

faunorumque greges. aderat miserabile luco
excidium; fugere ferae, nidosque tepentes
absiliunt (metus urget) aves; cadit ardua fagus,
Chaoniumque nemus brumaeque inlaesa cupressus,
procumbunt piceae, flammis alimenta supremis,
ornique iliceaeque trabes metuendaque suco
taxus et infandos belli potura cruores
fraxinus atque situ non expugnabile robur.
hinc audax abies et odoro vulnere pinus
scinditur, adclinant intonsa cacumina terrae
alnus amica fretis nec inhospita vitibus ulmus.
dat gemitum tellus; non sic eversa feruntur
Ismara, cum fracto boreas caput extulit antro,
non grassante noto citius nocturna peregit
flamma nemus; linquunt flentes dilecta locorum
otia cana Pales Silvanusque arbiter umbrae
semideumque pecus, migrantibus adgemit illis
silva, nec amplexae dimittunt robora nymphae.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

99 sq. cf. Lucan. III 440 sq. procumbunt orni, nodosa impellitur ilex, silvaque Dodones 100 cf. Verg. Aen. VI 180 procumbunt piceae 101 sq. 'ornique . . . taxus' Priscian. inst. II 8, 44 (I 70, 15) 104 'et . . pinus' Servius ad Aen. IIII 132 106 cf. Lucan. III 441 et fluctibus aptior alnus; Ovid. met X 100 amictae vitibus ulmi 113 'nec . . . nymphae' Servius ad Aen. III 34

VARIA LECTIO.

97 nidoque *coniecit Heinsius* 98 Adſiliunt *P* || fag^{v}oſ *B* 99 Caoniumque *f* || brumaque cf^{2} *unus Beh. m* || inlaeſa *PBr* illaeſa (illeſa *c*) *M* 100 picae *P* || ſuppremiſ *B* 101 ſuco *Bfc* ſucco *PM* 102 at potatura *margo B* 103 adque *P* '*f.* aque' *Lachmannus* || rubor] cruor *δ* 104 odora uulnere $B^{1}fc^{1}$ *Gud.* 52, *Colb.* odor^{o}a in uulnere *Gud.* 52 adunco uulnere *π* 105 adclinant *PBr* acclinant *M* 106 inhoſpita *B* || ulm^{v}iſ *B* 108 fract^{o}a *f* 109 craſſante *πm* || notho *fc* || ^{c}titiuſ *P* ciciuſ *c* || peregit *PM* paegit *B* peredit *m* 110 lincunt (c *corr. in* q) *f* || flenteſ *corr. ex* flammaſ *manu eadem c* || locorum *B* 111 Ocia *c* 112 ingemit *π* 113 nymſae *P* n^{i}emphae *f*

ut cum possessas avidis victoribus arces
dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem
invenias; ducunt sternuntque abiguntque feruntque
inmodici, minor ille fragor, quo bella gerebant.
  Iamque pari cumulo geminas hanc tristibus umbris,
ast illam superis aequus labor auxerat aras,
cum signum luctus cornu grave mugit adunco
tibia, cui teneros suetum producere manes
lege Phrygum maesta. Pelopem monstrasse ferebant
exequiale sacrum carmenque minoribus umbris
utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
  Portant inferias arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
gentis quisque suae. longo post tempore surgit
colla super iuvenum (numero dux legerat omni)
ipse fero clamore torus. cinxere Lycurgum
Lernaei proceres, genetricem mollior ambit
turba, nec Hypsipyle raro subit agmine; vallant
Inachidae memores, sustentant livida nati

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

117 cf. silv. I 2, 89 minor ille calor, quo saeva tepebant aequora
120 sq. 'cornu . . . manes' Boetius de inst. musica lib. I 1
121 'tibia enim teneros solitum deducere manes' Servius ad Aen. V 138
133 sq. cf. Horat. carm. I 8, 10 sq. livida . . armis brachia

VARIA LECTIO.

114 uictorib; *B* 116 ſternunt (que *om.*) *unus Beh.* 117 Inmodici *Pc* Immodici *BM* ‖ gerebant *PBM scholiasta* geruntur *m edd.*, *quae lectio recentior sumpta esse videtur ex Theb.* IIII 115 121 Tybia *c* ‖ tibia enim teneros solitum deducere *Servius* 122 frygum *P* phigrum *f* ‖ meſta *Bf* 123 Exſequiale *B* 124 faretriſ *P* 125 bissenas] *vide notam ad Theb.* III 198 ‖ ſyphilon (*cum glossa* monſ) *c* ſyphilon *unus Beh.* ſiphilon *f alter Beh.* ‖ diduxerat *Bfcπ* ‖ undaſ *δ* 127 teſta/t (n r *supra scr.* 3 *man.*) *B* 128 Quiſque ſuae gentiſ ſurgit poſt tempore longo *π* logo (n *supra*) *P* *v.* 129 *in recentiore ms. Behottiano fuerat reiectus post versum* 140 ſup̱ *B* 130 uero *r* ‖ thoruſ (ł tonanſ *man.* 2) *f* choruſ *Dan.* ‖ ligurgum *f* 131 Lernei *Bfc* ‖ genitricem *BM* 132 hipſipylae *P* hypſipylę *B* ypſiphile *f* 133 Inachide *c*

bracchia et inventae concedunt plangere matri.
Illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit
planctuque et longis praefata ululatibus infit:
'Non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
speravi te, nate, sequi, nec talia demens
fingebam votis annorum elementa tuorum,
nil saevum reputans; etenim his in finibus aevi
unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
cui superum nostro committere sanguine pugnas
dulce? quis hoc armis vovit scelus? at tua nondum,
Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
primitias egomet lacrimarum et caedis acerbae
ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
credo sinus fidos altricis et ubera mando.
quidni ego? narrabat servatum fraude parentem
insontesque manus. en! quam ferale putemus
abiurasse sacrum et Lemni gentilibus unam
inmunem furiis, haec illa (et creditis ausae),

TESTES. AVCTORES. IMTATORES.

135 sqq. cf. Claudiani de raptu Pros. III 405 sqq. laniato pectore longas inchoat illa vias et sic ingressa profatur: non tales gestare tibi, Proserpina, taedas sperabam, sed vota mihi communia matrum

---

VARIA LECTIO.

134 Brachia *BM* 135 ęgreſſa pęnateſ *B* 136 Euridice *Pfc* Eurydicae *B* || rupit *δm* 137 prefata *B* 138 argolicum *rδ* 139 $\overset{t}{\text{ṇ}}$enate *P* 140 elemen/ta *P* 141 in *om.* *π* 142 tebaſque *f* || ignora *P* 143 $\overset{*}{\text{p}}$ugnaſ $\overset{*}{\text{ſ}}$anguinem *P* 144 nouit *δ* 145 plangi$\overset{r}{\text{t}}$ *B* 146 coediſ *B*[1] 147 th$\overset{u}{\text{ẹ}}$baſ *π* || t$\overset{v}{\text{o}}$li *B* 148 mundo *f*[1] 149 Quidni ego?] *supple: mandarem* Quid ego (ni *om.*) *r* || parent́um *B*[1] 151 Obiuraſſe *r* || ſacrā *f* || genti$\overset{i}{\text{b}}$uſ *π. cf. Theb.* I 126 152 Immunem *BM* || et] ut *f*[2] *vv.* 150 *sqq. in editionibus dissecantur magis quam distinguuntur sic:* en! quam . . putemus . .'. inmunem furiis; haec illa, et creditis ausae? haec pietate potens? solis abiecit in arvis non regem dominumve. *Barthius coniecit:* haec illa, et credimus, ausa est. *Gronovius mavult:* hac illa (et creditis

haec pietate potens solis abiecit in arvis
non regem dominumque, alienos impia partus,
hoc tantum, silvaeque infamis tramite liquit,
quem non anguis atrox (quid enim hac opus, ei mihi, leti
mole fuit?) tantum caeli violentior aura
inpulsaeque noto frondes cassusque valeret
exanimare timor. nec vos incessere luctu
orba habeo, fixum matri inmotumque manebat
hac altrice nefas; atquin et blandus ad illam,
nate, magis, solam nosse atque audire vocantem,
ignarusque mei; nulla ex te gaudia matri.
illa tuos questus lacrimososque impia risus
audiit et vocis decerpsit murmura primae.
illa tibi genetrix semper, dum vita manebat,
nunc ego. sed miserae mihi nec punire potestas
sic meritam; quid dona, duces, quid inania fertis
iusta rogis? illam (nil poscunt amplius umbrae),
illam, oro, cineri simul excisaeque parenti
reddite, quaeso, duces, per ego haec primordia belli,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

160 cf. Verg. Aen. IIII 15 si mihi non animo fixum immotumque sederet

---

VARIA LECTIO.

ausam?) hac pietate potens? *at nulla opus est emendatione, nisi quam attulimus interpunctioni. cave autem cum interpretibus existimes, ad verba* haec illa *supplendum esse* fecit; *pronomina enim* haec illa *recto casu, hoc loco inter se iunguntur* (*ut apud Vergilium Aen.* III 558 IIII 675 VII 255), *et verborum ordo talis est: haec illa, cui credere audetis, abiecit non regem dominumque, sed alienos partus*

154 dominumque *P* dominumue *BM* ‖ im//a *B* 156 ei *om.* *δ* hei *m* ‖ lęti *B* 158 Inpulſeque *f* Impulſoque *δ* Impulſaeque *m* ‖ notho *f* 160 habeo *P* h abeo *B* ‖ immotumq. *Bfm* ‖ monebat *π* 161 alatrice *f* ‖ ad illam *Pπm unus Beh.* et illam *BM* 162 Matre magiſ *πm* 164 quęſtuſ *P* quaeſtuſ *B* ‖ inpia *m* 165 decepſit *δ* 166 genitrix *m* ‖ semper] fuerat *π* 167 miſere *P* ‖ punirae *B* 169 Buſta *cB*[3] *unus Beh.* Iſta *δ* ‖ nihil *B*[1] non *π* 171 Redditae *B* ‖ queſo *f* ‖ haec per ego *π*

cui peperi; sic aequa gemant mihi funera matres
Ogygiae.' sternit crines iteratque precando:
'reddite, nec vero crudelem avidamque vocate
sanguinis; occumbam pariter, dum vulnere iusto
exsaturata oculos; unum inpellamur in ignem.'
sic ait abruptisque inmutuit ore querellis. = 185
[Talia vociferans alia de parte gementem 177
Hypsipylen (neque enim illa comas nec pectora servat)
agnovit longe, et socium indignata dolorem:
'hoc saltem, o proceres, tuque o, cui pignore nostro
partus honos, prohibete nefas, auferte supremis

VARIA LECTIO.

† cui (*man.* 3)
172 Quę *f* ‖ gerant *P* 173 Ogygyae *B* Ogigiae *f* ‖ iterat/que *B* ‖ praecando *P* 174 nec uero *f* nec ero *r* ‖ uocatae (ae *in ras.*) *f* 176 impellamur *fcm* *versus* sic ait abruptisque inmutuit ore querellis (ora quaerellis *P*) *eo quo edidi loco reperitur in uno P, omittitur in BM. versuum sequentium, qui uncis conclusi litterisque inclinatis sunt expressi, duos extremos* 184 *et* 185 *non exhibet P, omnes* (177 — 185) *desiderantur in contextu codicis B, sed ad marginem eius sunt scripti prima, si recte video, manu cum adnotatione hac:* In qb;dā libris histi uersus ñ habentur; *cuncti leguntur in editionibus et eis libris, quos littera M soleo complecti; nullum ex illis versibus interpretatur scholiasta. non dubium mihi est, quin hoc loco nobis occurrat figmentum manus interpolatricis, quae crassiore musa ludens ad marginem archetypi, unde omnes nostri codices sunt propagati, Eurydices orationem amplificaverit et e versu Statii genuino* sic ait abruptisque inmutuit ore querellis *alterum hemistichium in exitu commenti sui* (*v.* 185) *retinere voluerit. ita autem rem esse, cum singulorum verborum sententiarumque ineptiae sunt indicio tum versuum ordo, quem deprehendimus in codicibus PB ita inter se discrepantem, ut facile appareat, quam sedem versus illi in utriusque codicis archetypo habuerint. vide de ea re prolegomena.* 177 alia de parte] *ex v.* 84 178 Hypsiphilen *margo B* Hysiphilen *f* Hipsiphilen'*c* ‖ enim *om. c* ‖ illa *om. f* ‖ nec] aut *c* 179 agnovit longe] *ex Verg. Aen.* X 843, *Ovid. met.* X 719 ‖ et *om.* π ‖ sotium *margo B* ‖ dolorem] laborem *r* 180 o *priorem om. unus Beh.* ‖ pignora nostri *P*

181 *in P concipitur sic:* Proturbata tori prohibete supremis ‖ partus honos] *ex Theb.* II 172 XII 83 *sq.* ‖ nefas *om. margo B* (*sed inter lineas scr. B*[3]) *fc* *v.* 181 *sqq. interpolator Eurydicen absurde contradicentem facit suis ipsius precibus, quibus v.* 169 *sqq. et* 174 *sqq. duces*

invisam exequiis. quid se funesta parenti
miscet et in nostris spectatur et ipsa ruinis?]
[*cui luget complexa suos?' sic fata repente*
concidit, abruptisque obmutuit ore querellis.]
non secus ac primo fraudatum lacte iuvencum,
cui trepidae vires et solus ab ubere sanguis,
seu fera seu duras avexit pastor ad aras;
nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
nunc armenta movet vacuosque interrogat agros;
tunc piget ire domum, maestoque novissima campo
exit et oppositas inpasta avertitur herbas.
At genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
inicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

185 cf. Verg. Aen. VI 155 dixit pressoque obmutuit ore; Claudian. epithal. Pall. et Celer. v. 108 ereptis obmutuit unda querellis 186—192 cf. Lucreti II 352 sqq. nam saepe ante deum vitulus delubra decora turicremas propter mactatus concidit aras, sanguinis expirans calidum de pectore flumen: at mater viridis saltus orbata peragrans noscit humi pedibus vestigia pressa bisulcis, omnia convisens oculis loca, si queat usquam conspicere amissum fetum, completque querellis frondiferum nemus adsidueis, et crebra revisit ad stabulum, desiderio perfixa iuvenci, nec tenerae salices atque herbae rore vigentes fluminaque illa queunt summis labentia ripis oblectare animum solitamque avertere curam, nec vitulorum aliae species per pabula laeta derivare queunt animum curaque levare

---

VARIA LECTIO.

oraverat, ut Hypsipylen pueri cineri redderent et se ipsam quoque eundem in ignem inpellerent 182 *sq.* Inuitam exſequiiſ. quia ſe feciſſe parenti *P* ‖ quid se] quae ſe *unus Beh.* ‖ *verba* se parenti miscet *eum nequeunt habere sensum, quem voluit interpolator* *vv.* 184. 185 *non exhibet P* ‖ Cui *corr. in* Quę B^3 ‖ conplexa *margo B* ‖ ſic ſata *m* (π^2 *alter Beh. man.* 2) ait atque repente δ dixitque (*ex Verg. Aen.* VI 155) *margo BM* 185 obmutuit *interpolator* (*margo BM*) *ex Verg. Aen.* VI 155 inmutuit (*sicuti Theb.* V 542) *ipse Statius, si recte tradidit versum supra restitutum post v.* 176 *P* ‖ querelif *margo BM* quaerelliſ *P in genuino illo Statii versu* 188 aduexit δ 189 uallef *unus Beh.* ‖ quaeſtu *B* 190 armenta] arbusta *Wakefieldus ad Lucr.* II 361 191 Nunc *Par.* 8053 ‖ irae *B* ‖ meſtoq. *Bf*
192 obpoſitaſ *r* appoſitaſ *m* ‖ impaſta *m* 193 ſceptroque B^1 ‖ ſonanteſ $\delta\pi^2$ *ex v.* 77 194 Iniicit *m* ‖ rogoſ δ

caesariem ferro minuit sectisque iacentis
obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
verba pio miscens: 'alio tibi, perfide, pacto,
Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
si pariter nati viridis libare dedisses
ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos,
damnataeque preces. ferat haec, quae dignior umbra.'
  Iam face subiecta primis in frondibus ignis
exclamat; labor insanos arcere parentes.
stant iussi Danai atque obtentis eminus armis
prospectu visus interclusere nefasto.
ditantur flammae; non umquam opulentior illic
ante cinis: crepitant gemmae, atque inmane liquescit
argentum, et pictis exudat vestibus aurum,
nec non Assyriis pinguescunt robora sucis,
pallentique croco strident ardentia mella,
spumantesque mero paterae verguntur et atri
sanguinis et rapti gratissima cymbia lactis.
  Tunc septem numero turmas (centenus ubique

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

199 sq. cf. silv. III 3, 125 viridesque genas 202—226 ex Verg. Aen. XI 186—200. 202 cf. Verg. Aen. XI 186 subiectisque ignibus atris 211 spectat Servius ad Aen. VI 225. cf. Verg. Aen. V 77 sq. hic duo rite mero libans carchesia baccho fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro 213 cf. Verg. Aen. V 560 sq. tres equitum numero turmae ternique vagantur ductores

---

VARIA LECTIO.

195 Ceſariem *f* 196 tenuia ora] *vide adnotationem ad Theb.* IIII 697 pueri ora *Dan.* 197 ///cto (pa *suprascr.*) *P* 199 nati uiridiſ *Bc unus Beh.* nati uirideſ *M* uirideſ nati *Pm edd.* 200 genas] *cf. Theb.* VIII 493 201 Dampnataeque *c* ‖ umbra eſt *m edd.* 204 iuſſu *c* ‖ danaum *B* ‖ optentiſ *f* ‖ emanuſ *B*[1] 205 neſaſtoſ *unus Beh.* 206 nonnumquam *B*[1] ‖ illo *m edd. vett.* 207 immane *BM* 208 exſudat *BM* 209 ſuciſ *PBfc* ſucciſ *M* 210 adstridunt humentia mella *Barthius* 211 iunguntur π ł merguntur *f*[3] 212 raptum lac] *quod Vergilio est Aen.* V 78 *novum lac* ‖ gratissima] *scilicet Archemoro, quem mors lacte fraudavit* 213 numero turmaſ ſeptem π turmę *P* turbaſ *c*[1]

surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenae reges, lustrantque ex more sinistro
orbe rogum et stantis inclinant pulvere flammas.
ter curvos egere sinus, inlisaque telis
tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
arma, quater mollem famularum bracchia planctum.
Semianimes alter pecudes spirantiaque ignis
accipit armenta; hic luctus abolere novique
funeris auspicium vates, quamquam omina sentit
vera, iubet; dextri gyro et vibrantibus hastis
hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis
mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram.

---

multa gemunt contra raucis concentibus agri,
et lituis aures circum pulsantur acutis.
terretur clamore nemus; sic Martia vellunt

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

214 cf. Verg. Aen. XI 93 omnes et versis Arcades armis 215 sqq. cf. Verg. Aen. XI 188 sqq. ter circum accensos cincti fulgentibus armis decurrere rogos, ter maestum funeris ignem lustravere in equis
219 cf. Lucan. II 24 exigit ad saevos famularum bracchia planctus
224 sq. cf. Verg. Aen. XI. 193 sqq. hic alii spolia occisis derepta Latinis coniciunt igni, galeas ensesque decoros frenaque ferventisque rotas; pars munera nota, ipsorum clipeos et non felicia tela

---

VARIA LECTIO.

214 Surgit *PBfc Colb.*, *Gud.* 52. 54, *scholiasta* Urget *rpπd Beh.* 1. 2 *probante Gronovio* 215 Gragunę (iu e supra) *B* Grauigenae *c* *transpositus erat ordo versuum in codicibus Lindenbrogii hoc modo:* 216. 219. 220. 221. 217. 218. 222 216 ſtantiſ *Bfc* ſtanteſ *PM*
217 Tunc (er supra) *π* ‖ urgere *editiones nonnullae codicum auctoritate destitutae* ‖ illiſaque *M* ‖ reliſ (*corr. man.* 3) *B*[1] 219 brachia *M*
220 Semianimaſ *P* ‖ alter ignis] *est alter rogus angui extructus* ‖ pe/cudeſ *B* ‖ ſpirantiaquae *B* 221 Accepit *B*[1] ‖ hac *π* ‖ nouiquae *B*
222 quamquam] poſtq̃ *δ* ‖ omnia *B* omã *f* ‖ ſenſit *Brfcδ Beh.* 1. 2
223 dextriſ *P Dan.* dextro *δ*[1]*π*[2]*m* ‖ et] ex *f* ‖ uelantibuſ haſtiſ *m* aſtiſ *c* 224 uelamen *rcδπm lemma scholii* ‖ aruiſ *Pet.*
225 — VII 117 *desunt in δ* ‖ facit *Pet.* ‖ lubet *f* 226 ſumme *f*
vv. 227 — 233 *ad marginem reieci; desunt in PBM et silentio praetereuntur a scholiasta, sed leguntur in edd., margine B manu recentissima, Rehd.* 229 marcia *margo B*

Finis erat, lassusque putres iam Mulciber ibat
in cineres. instant flammis multoque soporant
imbre rogum, posito donec cum sole labores
exhausti; seris vix cessit cura tenebris.
Roscida iam novies caelo dimiserat astra
Lucifer, et totidem Lunae praevenerat ignes
mutato Nocturnus equo, nec conscia fallit
sidera et alterno deprenditur unus in ortu;
(mirum opus adcelerasse manus) stat saxea moles,
templum ingens, cineri, rerumque effictus in illa
ordo docet casus. fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
hic iacet, extremum tumuli circum asperat orbis

---

signa tubae. nondum ira calet, nec sanguine ferrum
inrubuit, primus bellorum comitur ille
vultus, honoris opus; stat adhuc incertus in alta
nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

234 cf. Verg. Aen. I 223, Valer. Flacc. I 350 Et iam finis erat 238 sqq. cf. Boetii de consol. phil. I 5 v. 10 sqq. et qui primae tempore noctis agit algentes Hesperus ortus, solitas iterum mutet habenas, Phoebi pallens Lucifer ortu 241 'et . . . ortu' Servius ad Aen. VIII 590, unde descripsit Isidorus orig. III c. 70

VARIA LECTIO.

230 ire *corr. in* ira *margo B* || cadet *margo B* 231 primiſ *margo B* primo *edd.* || illo *margo B edd.* primus bellorum comitur ille vultus *voluisse mihi videtur interpolator. cf. Theb.* VIII 402
234 l[illegible]pſuſque *pm edd.* || iam Mulciber] iam iam roguſ *Dan.* iam *om.* (*sed supra scr.*) *B* || mulcifar (e supra scr.) *B* || mulcifer *fc* 235 triſtant (in supra scr.) *P* 236 imbre] Igne *c* || poſitoſ *Brf unus Beh.* 237 Exhauſit *Brfc* Exhauſit[i] *π*
238 nouiaeſ *B* 239 preuenerat *B* 240 nocturnoſ *r* nocturniſ *f* || aequo *B* 241 ortum *P* 242 adceleraſſe PB^1 (*in* adceleraſſe *corr.* B^2) acceleraſſe *M* ł accelerante $r^2\pi^2$ accelerante *c unus Beh.* || manu $Bfcr^2\pi^2$ *unus Beh.* || stat *om.* (*sed supra scr.*) *B* 243 effictus *coniecit Antonius Sucquetius teste Gevartio, itemque Lachmannus* effectuſ *PBM et tuetur Gronovius coll. Theb.* IIII 132. *at cf. Theb.* IIII 426 *sq. et Verg. Aen.* VI 32 '*bis conatus erat casus effingere in auro*' | illa $PB^1rf\pi^2$ *mss. Lindenbrogii* illo *M edd.* 245 Hypſypyle *B* Hypſiphile *f* 246 orbiſ *c* orbem *PBM edd., quod equidem non intellego*

squameus; expectes morientis ab ore cruenta
sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
Iamque avidum pugnas visendi vulgus inermes
fama vocat, cunctis arvis ac moenibus adsunt
exciti. illi etiam, quis belli incognitus horror,
quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
conveniunt. non aut Ephyraeo in litore tanta
umquam aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
Collibus incurvis viridique obsessa corona
vallis in amplexu nemorum sedet; hispida circum
stant iuga, et obiectus geminis umbonibus agger
campum exire vetat, longo quem tramite planum
gramineae frontes sinuataque caespite vivo
mollia non subitis augent fastigia clivis.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

249 sq. 'pugnas . . . vocat' schol. Theb. VII 90. cf. Verg. Aen. V 106 sq. famaque finitimos et clari nomen Acestae exciérat 255 sqq. cf. Verg. Aen. V 286 sqq. tendit gramineum in campum, quem collibus undique curvis cingebant silvae, mediaque in valle theatri circus erat 256 'vallis . . . sedet' Servius ad Aen. XI 522

VARIA LECTIO.

247 cruento *Taur.* 248 ſi *r* || anguiſ *B* 249 pugnas inermes] *cf. Theb.* VII 90 inhermeſ *B* 250 cunctoſ aruiſ *Bfc Beh.* 1 cunctique aruiſ *Beh.* 2 cunctoſ armiſ a moenibuſ *r* '*forte fuit:* avidum pugnas visendi vulgus inermes (Fama vocat) iunctis arvis ac moenibus adsunt exciti. *iunctis, id est, vicinis' Gronovius* || aſſunt *fcm* 251 Exciti ill(i) etiam *P* Excit(i)· lli etiam *B* i (*man.* 3) || horor *f* || *cf. Ach.* I 405 *sq.* 252 effeta *P* eff(ę)ta *B* effoeta *M* || domuſ *PB*[2] || reliquerit *r* 253 ephyreo *P* (h)epireo *B* ephireo *f* || littore *BM* 254 enomai *c* 255 Mollibuſ *c*[1] 256 hy(ſ)pida *B* 257 obiectiſ *Bc unus Beh.* abiectuſ *edd. vett.* 258 exire] *id est: amplius se extendere* || qu/em *B* || longo tramite] *id est: longo tractu* 259 Graminaee *B* || frondeſ *BM edd. iure Barthius interrogat, quid sint gramineae frondes, et conicit:* graminaque et frondes. frontes *restitui ex P. sunt autem frontes iugorum, quae campum tamquam scaenam terminant. cui loco similem similibus describit verbis Caesar bell. Gall.* II 8, 3 '*collis . . . in frontem leniter fastigatus paulatim ad planitiem redibat'. cf. v.* 714 || caeſpite *B* ceſpite *PM* 260 cliviſ] ſiluiſ *margo P* cliniſ *f*

illic conferti, iam sole rubentibus arvis,
bellatrix sedere cohors; ibi corpore mixto
metiri numerum vultusque habitusque suorum
dulce viris, tantique iuvat fiducia belli.
centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
lenta mole trahunt; idem numerusque colorque
matribus et nondum lunatis fronte iuvencis.
exin magnanimum series antiqua parentum
invehitur, miris in vultum animata figuris:
Primus anhelantem duro Tirynthius angens
pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
haut illum inpavidi, quamvis et in aere suumque
Inachidae videre decus. pater ordine iuncto
laevus harundineae recubansque sub aggere ripae
cernitur emissaeque indulgens Inachus urnae.
Io post tergum, iam prona, dolorque parentis
spectat inocciduis stellatum visibus Argum.
ast illam melior Phariis erexerat arvis

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

273 sqq. cf. Mosch. β 43 sqq. *ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο μαρμαίροντα· ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη Ἰναχὶς Ἰώ, εἰσέτι πόρτις ἐοῦσα .... πέλας δέ οἱ ἐκτετάνυστο Ἄργος ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι.* Verg. Aen. VII 789 sqq. at levem clipeum sublatis cornibus Io auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos (argumentum ingens), et custos virginis Argus caelataque amnem fundens pater Inachus urna
277 cf. Ovid. met. I 664 stellatus . . . Argus

VARIA LECTIO.

261 conſertim *Brc edd. vett.* conſertim *π* conſerti *lemma schol.* 262 miſto *unus Beh.* 263 uultuſ habituſque *f* 264 ł totique π^2 265 ubi *c* ‖ t^{a}urof *B* 267 iuuen^{c}iſ *B* 270 tyrinthiuſ *PBf* thyrinthiuſ *c* ‖ ange^{n},ſ *f* ingens *edd. vett.* ‖ *cf. Theb.* IIII 827 *sq.* 271 attriti *c* ‖ ora *c* ‖ *cf. Theb.* II 327 272 Haud (d *corr. in* t, *vel* d *ex* t) *B* Haud *PM* ‖ inpauidi *PBc* impauidi *M* 273 Inachide *P* 274 Leuuſ *Pπ* laetuſ *edd. ante Gronovium* ‖ harundineae *Prfc* arundinaee *B* arundineae *M* ‖ recubanſ (*sine* que) *rπ* ‖ recubans super aggere *Gronovius* 275 inhachuſ *B* ‖ *cf. Theb.* II 217 *sq.* 276 poſtergum *f* ‖ dolor parentis] *id est: dolens pater* 278 phariiſ melior *m*

Iuppiter atque hospes iam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
imminet aut refugae sterilem rapit aera silvae,
sed pius et magni vehitur conviva Tonantis.
parte alia victor curru Neptunia tendit
lora Pelops, prensatque rotas auriga natantes
Myrtilos et volucri iam iamque relinquitur axe.
et gravis Acrisius speciesque horrenda Coroebi
et Danae culpata sinus, et in amne reperto
tristis Amymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule tergemina crinem circumdata luna.
iungunt discordes inimica in foedera dextras
Belidae fratres; sed vultu mitior adstat
Aegyptus, Danai manifestum agnoscere ficto
ore nefas pacisquè malae noctisque futurae.
mille dehinc species. tandem satiata voluptas,
praestantesque viros vocat ad sua praemia virtus.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

282 cf. Horat. carm. I 28, 7 Pelopis genitor conviva deorum
290 cf. Verg. Aen. XI 292 coeant in foedera dextrae

VARIA LECTIO.

279 Iupiter *f* || adque *P* 280 patenſ f^1 || fallentibus undis] *cf. Theb.* IIII 538 281 Inminet *P* || refugae (*ultima* e *in ras.*) *P* 283 curro *r* 284 prenſatque *PBM* preſſatque *m* (*Colb.*, *Gud.* 52) *edd.* || aurige *P* 285 Myrtiloſ *P* Myrtiluſ (Mirtiluſ *fc*, Mirtoluſ *unus Beh.*) *BM* || axę *P* 286 coroebi *PB* corebi *c* choroebi *vel* chorebi *M edd.* || *cf. Theb.* II 221 287 dana *B* danę *f* (e (3 *man.*)) dane *unus Beh.* || et amne (*sine* in) *r* et hamne *c* atque amne *m edd. ante Gronovium* || reperto (t *a correctore*) *P* repto *B* 288 amimone *c* || alemena *c* || ſupbit *B* 289 tergeminam *B* tc̄ (ter) gemina *π*. *tergemina luna ornata est Alcmene propter trinoctium, quo concubuit cum Iove. cf. Theb.* X 77 XII 301 *schol. ad Theb.* IX 424 290 foedere *r* federa *f* || *cf. Theb.* I 470 291 Belide *c* || aſtat *M* 292 Aegyptuſ *PB*[1] Aegyſtuſ B^2*M* (*sed in altero Beh. repositum* Aegyptuſ, Aegiſtuſ *cπ*) *edd. ante Gronovium* || adgnoſcere *B* || *cf. Theb.* II 222 293 paciſ (q·) *f* 295 Preſtanteſque *PBf* || vocat *om. P* || premia *P*

Primus sudor equis. dic inclita, Phoebe, regentum
nomina, dic ipsos; neque enim generosior umquam
alipedum conlata acies, ceu praepete cursu
confligant densae volucres aut litore in uno
Aeolus insanis statuat certamina ventis.
Ducitur ante omnis rutilae manifestus Arion
igne iubae. Neptunus equo, si certa priorum
fama, pater; primus teneris laesisse lupatis
ora et litoreo domitasse in pulvere fertur
verberibus parcens; etenim insatiatus eundi
ardor et hiberno par inconstantia ponto.
saepe per Ionium Libycumque natantibus ire
interiunctus equis omnisque adsuerat in oras
caeruleum deferre patrem; stupuere relicta
nubila, certantes eurique notique secuntur.
nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

302 sq. 'Neptunus . . . pater' schol. Theb. VI 447 304 cf. Verg. Aen. VII 163 domitantque in pulvere currus

---

VARIA LECTIO.

296 inclyta *P Rehd.* inclit/e *B* inclite Phoebe *M edd.* inclita, Phoebe *Barthius quoque voluit* 297 ipsos] *scilicet equos* 298 conlata *PBr* collata *M* || caeu *B* || prepete *Pfc* 299 tenſae *P* (*cf. silv.* IIII 3, 38 '*non tensae volucrum per astra pennae*') denſae *BM* (*cf. Theb.* V 349) || littore *BM* || litore in uno] *id est: in eodem litore, sicuti supra v.* 241 '*alterno . . . unus in ortu*'. unco *coniecit Meursius* 300 ſtatuat *corr. ex* ſtatuit *manu eadem c* 301 omniſ *PBf* omneſ *M* || orion f^1 302 equi *Dan.* 303 pat̄ (superscr. patrũ) *P* pater *Bfπm* patet *M edd. usque ad Gronovium* || tenebriſ *f* || leſiſſe *Pf* 304 littoreo *BM* 307 lybicumque *P* libicumq. *Bfc* || ir/e *f* ille *unus Beh.* 308 Interuinctuſ *unus Beh.* || omniſque *PBM* omneſque *m edd.* || ad^ſuerat (ſ *supra scr. et* r *sunt correctoris*) *P* aſſuerat *Rehd.* adſuetuſ *Br* aſſuetuſ *M edd.* 309 Ceruleum *Pc* Cerulerum *f* || differre *P* de ferre (*sine* de, *quod supra scr. man.* 3) *B* pferre *f Beh.* 1 tranſferre *c* portaſſe *Beh.* 2 310 nothique *f* || ſecuntur *PBf* ſequuntur *M* 311 euriſthea *P* euryſtea *Bf* euriſtea *c* 312 Amphitrioniaden *Pc* Amphytrioniaden *B*

duxerat, illi etiam ferus indocilisque teneri.
mox divum dono regis dignatus Adrasti
imperia et multum mediis mansueverat annis.
tunc rector genero Polynici indulget agendum
multa monens, ubi fervor equo, qua suetus ab arte
mulceri, ne saeva manus, ne liber habenis
inpetus. 'urge alios' inquit 'stimulisque minisque;
ille ibit, minus ipse voles.' sic ignea lora
cum daret et rapido Sol natum inponeret axi,
gaudentem lacrimans astra insidiosa docebat
nolentesque teri zonas mediamque polorum
temperiem. pius ille quidem et formidine cauta,
sed iuvenem durae prohibebant discere Parcae.
  Oebalios sublimis agit, spes proxima palmae,
Amphiaraus equos; tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia ponti
Castor Amyclaeas remo permutat habenas.
ipse habitu niveus, nivei dant colla iugales,
concolor est albis et cassis et infula cristis.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

319 sq. cf. Ovid. met. II 127 sq. parce, puer, stimulis, et fortius utere loris; sponte sua properant, labor est inhibere volentes   328 sq. cf. Valerii Flacci I 424 sqq. oraque Thessalico melior contundere freno vectorem pavidae Castor dum quaereret Helles, passus Amyclaea pinguescere Cyllaron herba

---

VARIA LECTIO.

313 illi *P et coniecit Gronovius* ille *BM* ‖ feruſ etiam *π* 315 manſuerat *r* ‖ annis] ł armiſ *B*[3] *in margine* 316 polinici *fc* 317 mouenſ *c* 318 nae ſeua *B* ne ſeua *c* nec — nec *edd. vett.* 319 Inpetuſ *PB* Impetuſ *M* ‖ urgee *P* urg/e *B* ‖ inquid *P* 320 Ille ibit *in ras. P* (*aliae litterae olim suberant*) ‖ uolenſ *f* 321 Dum *unus Beh.* ‖ imponeret *M* 322 lacrimaſ *f*[1]*c* ‖ aſtri *r* ‖ inſidioſe *P* 324 pluſ *P* ‖ et] eſt *m* ‖ cautuſ *B unus Beh.*, *Taur.*, *edd. vett.* 325 dure *P* ‖ diſcaere *B* dicere *c* 326 ſublimeſ *P*[1] ‖ ꝓxima *B* 327 Amphiorauſ *c* ‖ ꝓpago *B* 328 Cillare *fc* ‖ ſ/ithic *B* ſothici *f*[1] ‖ hoſtia *fc; cf. Theb.* V 336 329 Paſtor *c* ‖ amycleaſ *PB* amicleaſ *c* ‖ permittat *c* 330 niueoſ niuea *B*[1] 331 albis] niueiſ *p Colb.* ‖ chriſtiſ *f* triſtiſ *p*[1]

Quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
vix steriles compescit equas. Centaurica dicunt
semina; credo, adeo sexum indignantur, et omnis
in vires adducta venus; noctemque diemque
adsimulant, maculis internigrantibus albae,
tantus uterque color; credi nec degener illo
de grege, Castaliae stupuit qui sibila cannae
laetus et audito contempsit Apolline pasci.
Ecce et Iasonidae iuvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere iugo, quo vectus uterque.
nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus
Euneos Argoo. geminis eadem omnia: vultus,
currus, equi, vestes, par et concordia voti,
vincere vel solo cupiunt a fratre relinqui.
It Chromis Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
alter ab Oenomao; dubites, uter effera presset
frena magis. Getici pecus hic Diomedis, at ille
Pisaei iuga patris habet, crudelibus ambo

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

332 cf. silv. V 3, 272 si Thessalicis Admetus in oris 333 'vix . . . equas' schol. Theb. VI 461 345 cf. Horat. art. poet. v. 417 mihi turpe relinqui est

VARIA LECTIO.

332 theſalicíſ B^1*f* 333 Vox B^1 || conpeſcit *P* || dicunt (v *supra*) *f* 334 Saemina *B* || credo adeo] credo equidem *πm* || indignanť *B* 336 Adſimulant *PBf* Aſſimulant *M* || albe *P* *vv.* 337—339 *suspecti sunt Guieto* 338 caſtaliae *Pm Beh.* 1. 2 caſtalie *f* caſtalio (o *post ras.*) *B* caſtalio (caſtolio *r*) *M scholiasta*, *qui existimat hic agi de Pegasi prole*, *et videntur cum eo facere recentiores interpretes distinguentes in editionibus sic:* de grege Castaliae, stupuit qui sibila cannae. *at iunge potius* Castaliae cannae, *quae est fistula Apollinis*, *cuius sibila stupuit grex ille Thessalicus*, *cum deus Admeto famularetur* 339 apollinae paſci/ *B* 340 iaſonide *P* || gła *B* 341 Hypſipileſ *PB* Hypſiphileſ *f* || subiere iugo provectus uterque *Barthius* 343 Euneuſ *π* Eunooſ *unus Beh.* 344 ęqui *P* || uotiſ *P* 345 uł *B* || ſolio *c* || capiunt *r* 346 cromiſ *fc* || hippodam'qu/e *B* hyppodamuſque *c* 347 oemaio *r* enomao *c* || preſſit *P* prenſet *c* 348 et ille *unus Beh.* 349 Piſeuga (i *supra*) *P* Piſei iuga *c* || abet *B*

exuviis diroque inbuti sanguine currus.
Metarum instar erat hinc nudo robore quercus
olim omnes exuta comas, hinc saxeus umbo
arbiter agricolis; finem iacet inter utrumque,
quale quater iaculo spatium, ter harundine vincas.
Interea cantu Musarum nobile mulcens
concilium citharaeque manus insertus Apollo
Parnasi summo spectabat ab aethere terras.
orsa deum (nam saepe Iovem Phlegramque suique
anguis opus fratrumque pius cantarat honores)
tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat
spiritus, unde animi fluviis, quae pabula ventis,
quo fonte inmensum vivat mare, quae via soles
praecipitet, noctem quae porrigat, imane tellus
an media et rursus mundo succincta latenti.
finis erat; differt avidas audire sorores,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

352 sq. cf. Verg. Aen. XII 897 sq. saxum . . limes agro positus, litem ut discerneret arvis 354 'quale . . . . vincas' Servius ad Aen. XI 608 357 cf. Ovid. met. II 178 ut vero summo despexit ab aethere terras 360 sqq. cf. Verg. Aen. I 742 sqq. hic canit errantem lunam solisque labores, unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes, . . . quid tantum oceano properent se tinguere soles hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet (ecl. VI 31 sqq., georg. II 475 sqq.); Ovid. met. XV 69 sqq. quid deus, unde nives, quae fulminis esset origo, Iuppiter an venti discussa nube tonarent, quid quateret terras, qua sidera lege mearent, et quodcumque latet; silv. V 3, 21 quis deus (an: quid deus?), unde ignes, quae ducat semita solem 364 cf. Lucreti V 534 terraque ut in media mundi regione quiescat

---

VARIA LECTIO.

350 diroqu/e *B* duroque *π* || inbuti *P* imbuti *BM* 351 quaercuſ *B* 352 Olim omſ *Bf* Omneſ olim *unus Beh.* 353 arbiter agricolis] *cf. Theb.* V 559 || facit *P* || $\overset{n}{\imath}$ter *B* 354 ſpacium *fc* || harundine *PBfc* arundine *M* 356 cytharaeque *c* 357 *cf. Theb.* I 628 *sq.* || Parnaſi (i *expunxit* B^3) *Bfc* Parnaſſi *PM* || ethere *f* || turbaſ *corr. in* terraſ *P* 358 Orſa deo *P* || ſepe *f* || phlegramq. ſuiqu/e *B* phlaegraeaque caſtra *Dan.* 359 pioſ *P Rehd.*, *edd. vett.* ł pio r^2 || cantabat *Bπ Colb.* 361 spiritus] Spc *c* 362 immenſum *m* || bibat *P* || mar/e *B* || ſoliſ *P* 363 Precipitet *PBf* || quae] quo *P* || immane *P*

dumque chelyn lauro textumque inlustre coronae
subligat et picto discingit pectora limbo,
haut procul Herculeam Nemeen clamore reductus
aspicit atque illic ingens certaminis instar
quadriiugi. noscit cunctos, et forte propinquo
constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.
tunc secum: 'quisnam iste duos, fidissima Phoebo
nomina, commisit deus in discrimina reges?
ambo pii carique ambo; nequeam ipse priorem
dicere. Peliacis hic cum famularer in arvis
(sic Iovis imperia et nigrae voluere sorores)
tura dabat famulo nec me sentire minorem
ausus; at hic tripodum comes et pius artis alumnus
aetheriae. potior meritis tamen ille, sed huius
extrema iam fila colu; datur ordo senectae
Admeto serumque mori; tibi nulla supersunt
gaudia, iam Thebae iuxta et tenebrosa vorago.
scis miser, et nostrae pridem cecinere volucres.'
Dixit, et os fletu paene inviolabile tinctus
extemplo Nemeen radiante per aethera saltu

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

379 sq. 'sed .... senectae' Priscian. inst. VI 16, 85 (I 269, 18 H.) et spectat Servius ad Aen. VIII 409; cf. Verg. Aen. X 814 sq. extremaque Lauso Parcae fila legunt

VARIA LECTIO.

366 Tumque *Dan.* ‖ celyn *P* chelin *rfc Dan.* ‖ tectumque *π* ‖ inluſtre *PBrf* illuſtre *M* ‖ *cf. Theb.* III 411 367 diſcingı///t *f* diſtinguit *m* ‖ lymbo *P* 368 Aut *B*[1] Haud *PM* ‖ herculeum (a *suprascr.*) *B* 370 Quadriiogi (v *suprascr.*) *B* 371 amphiareuſ *f*[1] amphiorauſ *c* 372 phoebo *pm* phoebi *PB*[1] (*corr. B*[3]) *M* phebi *c* 376 *an* volvere? 377 *sq.* nec me sentire minorem ausus] *id est: nec ausus est sentire, me esse minorem.* 378 at] ad *P* ‖ arciſ *B* (?) *r* 379 Aetheriae *PB* Etheriae *c* Aethereę (e *corr. in* i *man.* 1) *f* Aethereae *M edd.* 380 fiſa *c* ‖ colu *Pp Servius, Priscianus, uterque disertis verbis* colo *BM* 381 ſupſunt *B* 382 nam *P* 383 cęcinere *P* 384 poene *B* pene *fc* 385 Extimplo ad nemeen *π* Extimplo nemeen *unus Beh.* ‖ aethera] aera *P idem Beh.*

ocior et patrio venit igne suisque sagittis.
[ipse olim in terris, caelo vestigia durant,
claraque per zephyros etiam nunc semita lucet.]
  Et iam sortitus Prothous versarat aena
casside, iamque locus cuique est et liminis ordo.
terrarum decora ampla viri, decora aequa iugales,
divum utrumque genus, stant uno margine clausi,
spesque audaxque una metus et fiducia pallens.
nil fixum cordi: pugnant exire paventque,
concurrit summos animosum frigus in artus.
qui dominis, idem ardor equis; face lumina surgunt,
ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
uritur, inpulsi nequeunt obsistere postes
claustraque, conpressae transfumat anhelitus irae.
stare adeo miserum est, pereunt vestigia mille
ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
circumstant fidi, nexusque et torta iubarum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

391 cf. silv. I 4, 24 Ausoniae decora ampla togae 398 sqq. cf. Apollinaris Sidon. carm. XXIII (ed. Sirmond.) 331—334 illi ad claustra fremunt, repagulisque incumbunt simul, ac per obseratas transfumant tabulas et ante cursum campus flatibus occupatur absens 400 sq. 'pereunt . . . fugam' schol. Theb. VI 597. cf. Verg. georg. III 84 stare loco nescit; Aen. XII 646 usque adeone mori miserum est? 401 cf. Verg. Aen. VIII 596 quatit ungula campum 402 sq. cf. Verg. Aen. XII 85 sq.

VARIA LECTIO.

386 Otior *fc* *vv.* 387 *et* 388 *recte tamquam inutiles et adulterinos expungit Guietus* 388 etiamnunc *Ppπ* etiamnum *BM* 389 protheuſ *m edd. vett.* Prothoos *Marklandus ad silv.* IIII 2, 24 ‖ ahena *m* 390 Caſſid/e *B* ‖ limitiſ f^3 luminiſ *π* 391 decora aequa iugaleſ *Pfc lemma schol.*, '*alias* decorique' *scholiasta* decoraequae (*ita corr.*, *ut fiat* decorique) *B* decoraeque r^1 decorique r^2 *π Dan.* decora ampla *m edd.* decora alta uiri, decora alta iugaleſ *unus Beh. ex Verg. Aen.* II 488 *vel Theb.* V 424 393 audax unaque metuſ *P* audaxque metuſ una *edd. vett.* 394 pauentque (*sed* a *ex* o *corr. man. eadem*) *c* 397 ora sonant morsu spumisque, e. s. f. *edd.* 398 uritur *PBM scholiasta* tingitur *vel* vertitur *coll. Theb.* VII 70 *sq. Peyraredus* ‖ impulſi *m* ‖ nequeunt *f* 399 conpreſſae (*supra scr.* vel complexe) *P* conpreſſae *B* compreſſae *M* ‖ anhelit' *B* 400 est *om. c* ‖ millae *P* mill/e *B* 402 fide *r* ‖ et *om.* (*sed supra scr.*) *f* ‖ torta (r *serius addita manu eadem*) *c* ‖ iubarū *B*

expediunt firmantque animos et plurima monstrant.
Insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
exiluere loco. quae tantum carbasa ponto,
quae bello sic tela volant, quae nubila caelo?
amnibus hibernis minor est, minor impetus igni,
tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres.
[tardius e summo decurrunt flumina monte.]
Emissos videre atque agnovere Pelasgi.
et iam rapti oculis, iam caeco pulvere mixti

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

circumstant properi aurigae; Apollinaris Sidon. carm. XXIII 325—330 continent ministri ora et lora manus, iubasque tortas cogunt flexilibus latere nodis, hortanturque obiter iuvantque blandis ultro plausibus et voluptuosam dictant quadrupedantibus furorem 404 sqq. cf. Apollinaris Sidon. l. l. vv. 339—344 tandem murmure bucinae strepentis suspensas tubicen vocans quadrigas effundit celeres in arva currus. non sic fulminis impetus trisulci, non pulsa Scythico sagitta nervo, non sulcus rapide cadentis astri; Claudian. rapt. Pros. II 198 sq. torrentius amne hiberno . . . . tortaque ruunt pernicius hasta 411 sqq. cf. Hom. Il. Ψ 365 sq. ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη ἵστατ' ἀειρομένη ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα, Apollinaris Sidon. l. l. vv. 348—353 cedit terra rotis, et orbitarum moto pulvere sordidatur aer. instant verberibus simul regentes,

VARIA LECTIO.

403 firmamque *c* 404 Inſona t (*corr. manu* 3 *in* Inſonuit) *B* || Tyrrhenum murmur] *cf. Theb.* II 78 III 650 VII 631 tyrrenum *Pc* tirrhenum *f* || om̃ſ *Pf* 405 Exſiluere *P* Exiliere *edd. vett.* 407 Omnibuſ *c* || minor eſt, minor impetuſ igni *PBM* minor eſt iouiſ impetuſ igni *Lipsii codex teste Bernartio*, *qui inde emendavit* minor et Iovis impetus igni minor impetuſ et Ioviſ igni *π codex Vossianus*, *quae lectio Bentleio arrisisse videtur*, *et nescio an ita in exemplaribus suis legerit Apollinaris Sidonius*, *qui versum Statii imitatus est verbis hisce*: '*non sic fulminis impetus trisulci*'. *cf. v.* 386 *et Theb.* I 92 *v.* 408 *om. in textu*, *sed exhibet in margine eadem manu π versum* 409 *om. r*, *habent PBM* in ſummoſ *Bfπ Beh.* 1, *Dan.* in ſummo *c Beh.* 2 || fulmina *fc Dan.* flumina *π* || monteſ *Bfc Beh.* 1. *qui* '*fulmina*' *substituerunt scribae pro vulgata lectione* '*flumina*', *illi quidem intellexerunt*, *quam ineptum esset post commemoratum* (*v.* 407) *amnium hibernorum impetum iam iterum dici de fluminum celeritate summo ex monte decurrentium*, *sed ipsi pari modo ineptiunt. quamobrem recte statuit Bentleius versum nothum et confictum esse ex Horatii carm.* IIII 2, 5 '*monte decurrens velut amnis*'. *ipsius quoque Statii locus* (*Theb.* VIII 461) *interpolatori obversatus esse videtur* 410 adque *P* 411 rapti *om. f* || ceco *f*

una in nube latent, vultusque umbrante tumultu
vix inter sese clamore et nomine noscunt.
evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
diducti (delet sulcos iterata priores
orbita) nunc avidi prono iuga pectore tangunt,
nunc pugnante genu et pressis duplicantur habenis.
colla toris crinita tument, stantesque repectit
aura iubas, bibit albentes humus arida nimbos.
fit sonus immanisque pedum tenuisque rotarum.
nulla manus requies, densis insibilat aer
verberibus; gelida non crebrior exilit arcto
grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
Senserat adductis alium praesagus Arion
stare ducem loris, dirumque expaverat insons
Oedipodioniden; iam illinc a limine discors
iratusque oneri insolito truculentior ardet.
Inachidae credunt accensum laudibus; ille
aurigam fugit, aurigae furiale minatur
efferus, et campo dominum circumspicit omni.
ante tamen cunctos sequitur longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus. iuxta gemini, nunc Euneos ante

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

iamque et pectora prona de covinno extensi rapiuntur et iugales trans armos feriunt vacante tergo 418 sq. cf. Hom. Il. Ψ 367 χαῖται δ' ἐρρώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο 422 sq. cf. Verg. georg. I 449 crepitans salit horrida grando 433 '[nunc] Euneon (mss. Eumeneon) audit ante Thoas' Servius ad Verg. Aen. XI 666 confundens cum v. 464

---

413 clamorem *P* 414 ſpacio *c* ‖ uolebat *Brfcπ unus Beh.*, *Dan.* 415 Deducti *P* 416 audi (i *supra*) *B* 417 genu et *P* et *om.* *BM edd.* ‖ abenif *B* 418 thoriſ *c* ‖ reflectit *fcm edd. vett.* 419 albentiſ *lemma scholii in codice f* 420 immaniſque *PBM* inmaniſque *f* 421 manu *P* manuſq. *r* ‖ denſiſque *edd. Gronovio anteriores* 424 preſaguſ *P* 426 iam illinc] iam hinc *f*, *cf. Theb.* III 347 427 oneri ſolito *P* ‖ trucidentior *r* 429 aurige *Pf* 432 ait *r* ‖ quaem *B* ‖ teſſaluſ *P* ‖ equat *f* 433 euneoſ *BM Servius disertis verbis* euneuſ *Pπ* eneuſ *c*

et nunc ante Thoas, cedunt vincuntque, nec umquam
ambitiosa pios conlidit gloria fratres.
postremum discrimen erant Chromis asper et asper
Hippodamus, non arte rudes, sed mole tenentur
cornipedum. prior Hippodamus fert ora sequentum,
fert gemitus multaque umeros incenditur aura.
speravit flexae circum compendia metae
interius ductis Phoebeius augur habenis
anticipasse viam; nec non et Thessalus heros
spe propiore calet, dum non cohibente magistro
spargitur in gyros dexterque exerrat Arion.
iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum tandem ex orbe reductus
aequoreus sonipes premit evaditque parumper
gavisos. subit astra fragor, caelumque tremescit,
omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
sed nec lora regit nec verbera pallidus audet
Labdacides, lassa veluti ratione magister
in fluctus, in saxa ruit nec iam amplius astra
respicit et victam proiecit casibus artem.
    Rursus praecipites in recta ac devia campi

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

436 cf. Verg. ecl. VII 16 et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum 437 cf. Verg. Aen. V 152 quem deinde Cloanthus consequitur, melior remis, sed pondere pinus tarda tenet 440 sqq. cf. Ovid. met. III 234 sq. sed per conpendia montis anticipata via est

---

VARIA LECTIO.

434 caedunt *edd. vett.* 435 Ambiciosa *c* ‖ conlidit *PBrf* collidit *M* ‖ gł̃a fr̃s *B* 436 cromis *c* 437 Hypodamus *c* 438 *Barthius distinctione sublata post verbum* cornipedum *mavult interpungere in exitu versus praecedentis* ‖ hyppodamus *c* ‖ hora *B* 439 umeros *PB* humeros *M* 440 conpendia *P* 441 phebenis *c* 444 giros *f* ‖ dextraque *π* 445 ęclides *P* eclydes *c* ‖ etiam *c* ‖ tercius *Bc* 446 ab orbe *PBrfcp Par.* 8053, *Gud.* 52, *Colb.*, *unus Beh.*, *scholiasta* 447 Aequoraeus *B* 448 Gauiso (s. l. s) subit *P* ‖ tremescit *PB*[1]*f*[2] tremiscit *M* 450 audet *P* addit *BM edd.* 451 Lapdacides *c* ‖ lapsa *π et mavult Bernartius* laxa *m* 453 *cf. Theb.* III 29 *sq.* ‖ arcem *r* 454 precipites *f*

obliquant tenduntque vias, iterum axibus axes
inflicti radiisque rotae, pax nulla fidesque.
bella geri ferro levius, bella horrida credas;
is furor in laudes. trepidant mortemque minantur,
multaque transversis praestringitur ungula campis.
nec iam sufficiunt stimuli, non verbera; voce
nominibusque cient Pholoen Admetus et Irin
funalemque Thoen, rapidum Danaeius augur
Ascheton increpitans meritumque vocabula Cygnum.
audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
igneus Aethion, tardumque Cydona lacessit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

463 cf. Claudian. bell. Gild. 421 meritusque vocabula Felix
464 'Euneon audit [ante Thoas' ex v. 433] Servius ad Verg. Aen. XI 666

VARIA LECTIQ.

456 Inflecti *B¹rfc unus Beh.* infligi *conicit Gronovius*
457 Bela (l *supra*) *P* ‖ ferro laeuiuſ *B* leuiuſ ferra *r* leuiuſ ferro *unus Beh.* 458 is] It *P* Hiſ (ł iſ *r²*) *rm* ‖ in laudeſ *P et coniecit Schraderus* in laude est *BM edd.* 459 preſtringitur *Brf* perſtringitur *m. totus versus in suspicionem venit Barthio. cf. v.* 640 460 nec uerbera *m edd. vett.* 461 Nominibuſqu/e *B* ‖ ametuſ *unus Beh.* ‖ et irim *Bc* ad irim *r* et iron *idem Beh.* 462 Fumantemque *P* Lunalemque *Dan.* ‖ dananaeiuſ *f* 463 Aſcedon *Beh.* 2 Eſceton *Dan.* ‖ increpitat *m edd. vett.* ‖ cignum *fc* cingum *r* ‖ *cf. v.* 330 *et* 524 464 et *om. B* ‖ trymon *P* ſtrimon *fc* ‖ cromin *c* 465 a&hion *P* aethion *BM* (ethion *c Beh.* 1. 2) *scholiasta*, *edd. vett.* aechion (echion *π*) *m edd. recentiores* '*fort.* Aethalion' *Schraderus. Aethion est nomen a graeco* αἰθός *recte formatum*, *quod*, *si non apud graecos*, *quantum scimus*, *scriptores*, *at certe reperitur in Ovidii met.* V 146 *Theb.* VII 757 X 734 *hominibus inditum*, *nec minus equo convenit*, *quam quod est Hectoris equo nomen* Αἴθων *apud Homerum* Θ 185 *et Solis in Ovidii met.* II 153 ‖ tardumque cydona *Pm* (cidola *Beh.* 2) tardum calydona (calidona *fc*) *BM* 466 Hyppodamuſ *B* ‖ variumque] tardumque *P* ‖ podarcem (podacem *r*) *BM* podarcen *Pm* podagrũ *π* '*leg.* Podargum. *Dion. Chrys.* 465 (2 *p.* 121 *Reisk.*, *anth. Pal.* VII 304) ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος' *Bentleius. idem nomen est Hectoris equo apud Homerum* Θ 185 *et Menelai* Ψ 295. *at Podarces illud traditum nomen est non minus aptum*

solus Echionides errante silentia curru
maesta tenet trepidaque timet se voce fateri.
Vixdum coeptus equis labor, et iam pulvere quarto
campum ineunt, iamque et tepidis sudoribus artus
effeti, et crassum rapit eiectatque vaporem
cornipedum flammata sitis, nec iam integer illis
impetus, et longi suspendunt ilia flatus.
hic anceps fortuna diu decernere primum
ausa venit. ruit, Haemonium dum fervidus instat
Admetum superare, Thoas, nec praetulit ullam
frater opem. velit ille quidem, sed Martius ante
obstitit Hippodamus mediasque inmisit habenas.
mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
viribus Herculeis et toto robore patris
axe tenet prenso, luctantur abire iugales
nequiquam frenosque et colla rigentia tendunt;
ut Siculas si quando rates tenet aestus et ingens
auster agit, medio stant vela tumentia ponto.
tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
ante Chromis; sed Thraces equi ut videre iacentem
Hippodamum, redit illa fames, iam iamque trementem
partiti furiis, ni frena ipsosque frementes
oblitus palmae retro Tirynthius heros

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

473 cf. Verg. georg. III 506 sq. imaque longo ilia singultu tendunt

---

VARIA LECTIO.

468 Mcſta *f* || tene/t *B* 469 Vix perceptuſ *Lips.*, *unde* Vix ter coeptus *coniecit Bernartius* ceptuſ *c* captuſ (ceptuſ *supra scr.* 1 *m.*) *f* 470 iamque trepidiſ *π* 471 Effecti *fπ* Effoeti *m* || eiecta^{t}q. *P* iniectatque *Brfcπ unus Beh.* 473 lo^{g}ni *B* 474 Hinc *c unus Beh.* 475 hemonium *c* hemonidem *π* 476 Ametum *unus Beh.* 478 hippodamū *f* hyppodamuſ *c* || mediuſque *c* mediaſ (que *om.*) *unus Beh.* || immiſit *Bm* || abenaſ *B* 479 hyppodamum *B* || *cf. v.* 440 *sq.* 481 preſſo *P* 482 Nequicquam *m edd.* 483 ſicul^{a}iſ *f* || igneſ *P* 484 aget *P* 486 traceſ *c* 487 Hyppodamum *Bf* || trementē *B* timentem *unus Beh.* 489 thirinthiuſ *f* thyrinthiuſ *c*

torsisset victusque et conlaudatus abisset.
At tibi promissos iamdudum Phoebus honores,
Amphiarae, cupit. tandem ratus apta favori
tempora pulverei venit in spatia horrida circi,
cum iam in fine viae, et summum victoria nutat;
anguicomam monstri effigiem, saevissima visu
ora, movet sive ille Erebo seu finxit in astus
temporis, innumera certe formidine cultum
tollit in astra nefas. non illud ianitor atrae
inpavidus Lethes, non ipsae horrore sine alto
Eumenides vidisse queant, turbasset euntes
Solis equos Martisque iugum. nam flavus Arion
ut vidit, saliere iubae, atque erectus in armos
stat sociumque iugi comitesque utrimque laboris
secum alte suspendit equos. ruit ilicet exul
Aonius nexusque, diu per terga volutus,
exuit; abripitur longe moderamine liber

VARIA LECTIO.

490 uictorque *m* ‖ conlaudatuſ *PBrf* collaudatuſ *M* 491 phoębuſ *B* 492 Amphia//e (ra) *B* Amphiar,e (a) *f* ‖ cupit] parat *π* ‖ fauori *Pπm* fauoriſ *BM edd. ante Barthium* 493 puluerea *c* ‖ ſpacia *c* ‖ circi] campi *unus Beh.* *versus* 494 *Guieto suspectus.* iam finde (*om.* in) *B* iam fine *rf Beh.* 1. 2. *cf. Theb.* VIII 683 ‖ et *om. c* ‖ ſūmum *B* 495 ſeuiſſima *f* 496 ora movet, sive ille Erebo, seu finxit in astu temporis *edd.; distinctionem vulgatam sustuli. nam nisi verbum 'movet' cum ablativo 'Erebo' iungitur, sententia nulla effici posse mihi videtur. nec habet offensionem inversus ordo verborum* movet sive; *etenim particula 'seu' eadem ratione transposita reperitur Theb.* VII 811 ſeu finxit in aſtuſ *P* ſeu finxit (fincxit *B*) in aſtu *BM edd.* ſeu finxerat aestu temporis *Barthius probante Dubnero, qui interpretatur: urgente tempore.* in usum *Kochius. at malui retinere traditum illud* seu finxit in astus temporis, *id est: sive subito protulit effigiem ad fraudes parandas in ipso discrimine* 499 Inpauiduſ *PBrf* Impauiduſ *M* ‖ ipſe *Pfcm* ‖ horrore sine alto] *cf. Theb.* I 45
501 aequoſ *B* ‖ *coniunctio* nam *non spectat ad sententiam, quae proxime praecedit, sed ad verba* innumera certe formidine cultum t. i. a. nefas (*v.* 497 *sq.*) ‖ amorion *B* 503 comiteſ (*om.* que) *π* ‖ laboreſ *B*[1] 505 per terga] *scilicet equorum, in quos pronus ruerat.* (†exuit) *aliter interpretatur scholiasta.* 506 Exiit *r*

currus. at hunc putri praeter tellure iacentem
Taenarii currus et Thessalus axis et heros
Lemnius obliqua, quantum vitare dabatur,
transabiere fuga. tandem caligine mersum
erigit adcursu comitum caput aegraque tollit
membra solo, et socero redit haut speratus Adrasto.
Quis mortis, Thebane, locus, nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
te Thebe fraterque palam, te plangeret Argos,
te Nemea; tibi Lerna comas Larisaque supplex
poneret, Archemori maior colerere sepulchro.
Tunc vero Oeclides, quamquam iam certa sequenti
praemia, cum vacuus domino praeiret Arion,
ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.
dat vires refovetque deus; volat ocior euro,
ceu modo carceribus dimissus in arva solutis,
verberibusque iubas et terga lacessit habenis
Ascheton increpitansque levem Cygnumque nivalem.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

515 sqq. 'te plangeret . . . poneret' Priscian. inst. VI 10 (I 202, 23 H.)

VARIA LECTIO.

507 ad hunc *P* adhuc *r* || pr/eter *B* 508 Taenarei (Tenarei *fc*) *PBM*. 511 adcurſu *P et Gronovius ex coniectura* ad curſum *BM* || egraque *c* 512 haut *P* aut *B*[1]*m* haud *M* 514 Tiſyphone *B* Tiniphone (Tin *corr. in* Tiſ 2 *m.*) *f* Teſiphonae *c* 515 thebe *Pπ* thebae *BM edd.* 516 Te nemea *PBM Priscianus disertis verbis* Tene mea *f* Te nemee *m* || tibi *om. c* || lernea *c* || lariſaque *PB codices Prisciani* lariſſaque *M* 517 ſepulchro *PBm* ſepulcro *M* 518 eclideſ *c* || quahquam *P* || iam *om. B*[1], *sed* iã *supra scr. B*[3] 519 Premia *Bf* || praeiret arion domino (*sed in ordinem vulgarem litteris a. b. c. redacta*) *c* p̄iret *f* 520 uł *B* || uincęre *B* 522 ſalutiſ *r* 523 abeniſ *B* *versus* 523 *quatuorque sequentes suspecti sunt Guieto* 524 Ascheton increpitansque *ex coniectura*, *opinor*, *Itali in edd. vett. et unus Beh. in lituris veteris scripturae*, *ubi apparet illud* increpitanſ *carminis principem fuisse dictionem.* Increpitanſ cęcumque *P* Increpitanſ ſcaerumq. *B* Increpitanſ ſcerumque *rfcp* Increpitanſ ſcereumque *π* Increpitanſ celerumque *alter Beh.* Increpitanſ ſcetumque *m.* *versum damnat Barthius sine iusta causa.* *scriberem* increpitans Cae-

nunc, saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
axis, et effossae longe sparguntur harenae.
dat gemitum tellus et iam tunc saeva minatur.
forsitan et victo prior isset Arione Cygnus,
sed vetat aequoreus vinci pater. hinc vice iusta
gloria mansit equo, cessit victoria vati.
  Huic pretium palmae gemini cratera ferebant
Herculeum iuvenes. illum Tirynthius olim
ferre manu sola spumantemque ore supino
vertere, seu monstri victor seu Marte, solebat.
Centauros habet arte truces aurumque figuris
terribile: hic mixta Lapitharum caede rotantur
saxa faces aliique iterum crateres, ubique
ingentes morientum irae; tenet ipse furentem

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

527 cf. Verg. Aen. IX 709 dat tellus gemitum 537 cf. Verg. Aen. I 150 iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat

---

VARIA LECTIO.

rumque, *cum praesertim Καιρός equi nomen reperiatur apud Pausaniam* VIII, 25, 9, *nisi veri similius esset, qui v.* 463 *commemorantur Amphiarai equi Aschetos et Cygnus, eosdem hic ab Amphiarao compellari, quam unum ex illis Cygnum et omisso Ascheto Caerum tamquam tertium. nec difficilis est ad cognoscendum causa mendi, quod per omnes libros fere constat. nimirum scriba, qui vellet illud 'que' transpositum suo loco restituere, nulla metri ratione habita ordinem verborum mutavit in hunc modum*: increpitanſ aſchetonque, *deinde sive per neglegentiam sive consulto varietas est inlata ea, quae nunc deprehenditur in libris* ‖ cycnumq. *B* cignumque *fc* 525 *verba* nunc saltem *uno tenore scripta sunt in edd.* Hunc ſaltem *r* Nunc ſaltim *c* ‖ cum *π* ‖ proprior *P* ‖ igneus] *cf. v.* 591 526 effuſę *P et mavult Barthius* offoſſae B^1 (*corr.* B^3) effoſſe *f* ‖ harenę *Pc* arenae *BM* 527 etiam *c edd. vett.* ‖ tum *P* nunc *unus Beh.* ‖ ſeua *B* ſaeu$\overset{e}{a}$ *π* 528 uictor *Pc* ‖ cycnuſ *B* cignuſ *f* 529 iuſte *r* 531 p̄cium *f* precium *c* ‖ palme *f* 532 tyrinthiuſ *P* thirintiuſ *f* 533 sola] solida *Heinsius ad Ovid. met.* XV 552 534 mọnſtriſ *P m. cf. Ovid. ep.* IX 114 *'ferae victor'* 535 arte] *cf. Theb.* IIII 176 ‖ aurumque figuris terribile] *cf. Theb.* III 223 *sq.* 536 laphitarum *fc* ‖ cede *f* ‖ rotantur *P Busl. m* notantur *BM* 537 crateraſ r^1f 538 ire *P*

Hylaeum et torta molitur robora barba.
At tibi Maeonio fertur circumflua limbo
pro meritis, Admete, chlamys repetitaque multo
murice. Phrixei natat hic contemptor ephebus
aequoris et picea tralucet caerulus unda;
in latus ire manus mutaturusque videtur
bracchia, nec siccum speres in stamine crinem;
contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur prope conscius ignis.
Has Adrastus opes dono victoribus ire
imperat; at generum famula solatur Achaea.
Sollicitat tunc ampla viros ad praemia cursu
praeceleres; agile studium et tenuissima virtus,
pacis opus, cum sacra vocant, nec inutile bellis
subsidium, si dextra neget. prior omnibus Idas,
nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
prosilit; excipiunt plausu Pisaea iuventus
Eleaeque manus. sequitur Sicyonius Alcon,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

540 sq. cf. Verg. Aen. V 250 sq. victori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit 543 cf. Nonni Dionys. VII 222 καὶ ῥοδέοις μελέεσσιν ἐφοινίχϑη μέλαν ὕδωρ. videtur Statio et Nonno idem obversatus esse locus ex vetustiore carmine Alexandrini nescio cuius poetae 550 cf. Verg. Aen. V 291 hic, qui forte velint rapido contendere cursu, invitat pretiis animos, et praemia ponit

VARIA LECTIO.

539 Hyleum *PBf* Hileum *c* ‖ tortam *P* 540 At qui *unus Beh.* ‖ naeonio *B* meonio *f* 541 admethe *P* admęte *f* amete *unus Beh.* ‖ clamyſ *P* chlamiſ *B* clamiſ *fc* ‖ rep[e]titaq. *B* 542 phrixei *fc* phryxei *PBM* ‖ ephoebuſ *P* ęphebuſ *B* 543 picea *coniecit Carolus Dilthey* picta *PBM edd.* ‖ tralucet *P* tranſlucet *BM edd.* ‖ ceruluſ *Pfc* 544 irae *f* ‖ manu *coniecit Marklandus ad silv.* I 1, 82 ‖ mut[o]aturuſque *π* 545 Bracchia *P* Brachia *BM* ‖ speres] spectes *Marklandus l. l.* ‖ crim̃ *P* crinen *f* 546 ſupprema *B* ſupreme *r* 547 Sheſtiaſ *B* ‖ ſcopuliſ *P* 548 ire] *cf. v.* 723 549 ad *P* ac *π* ‖ achea *Pfc* 550 premia *B* 551 Precaeleres *B* Proceleres *Dan.* 552 uocat f^1 ‖ *cf. Theb.* V 93 553 negat *fπ Beh.* 1. 2 ‖ ydaſ *c* 554 olimp[i]aciſ *B* ‖ timpora fc^2 555 piſea *Pfc* 556 Aeleęq. *P* Elaeaeque *B* ‖ ſicioniuſ *fc*

et bis in Isthmiaca victor clamatus harena
Phaedimus, alipedumque fugam praegressus equorum
ante Dymas, sed tunc aevo tardante secutus.
multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi,
hinc atque hinc subiere. sed Arcada Parthenopaeum
appellant densique cient vaga murmura circi.
[nota parens cursu; quis Maenaliae Atalantes
nesciat egregium decus et vestigia cunctis
indeprensa procis? onerat celeberrima natum
mater, et ipse procul fama iam notus inermes
narratur cervas pedes inter aperta Lycaei
tollere et emissum cursu deprendere telum.]

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

559 cf. Verg. Aen. V 395 tardante senecta 560 cf. Verg. Aen. V 302 multi praeterea, quos fama obscura recondit 565 cf. Auson. idyll. IIII 96 sq. quamvis et patrio iamdudum nomine clarus, posses ornatus, posses oneratus haberi 568 'et . . . telum' Servius ad Aen. IX 559; cf. Apollinaris Sidonii carm. V 248 et intortas praecedere saltibus hastas

VARIA LECTIO.

557 ⁱſthmiaca *B* iſtmiaca *c* || clamator^e *π* || harena *PBfc* arena *M* 558 Phedimuſ *fc* || ęquorum *P* aequoꝭ *B* || *cf. Ach.* II 397 559 dimaſ *Bfc* *versum* 560 *a mala manu esse sine iusta causa suspicatur Barthius* 561 *alterum* hinc *om.* *f*¹ || archada *fc* || parthenopeum *PBfc* parthanopeum *Beh.* 1 parthonopeum *Beh.* 2 562 cient] uenit *r* *versus* 563—568, *quamquam agnoscuntur ab Seruio Statiique scholiasta, tamen excludendos esse statui. primum enim qui hoc loco ad Atalantam Maenaliam vel Arcadicam transfertur procorum cursus, eum ipse Statius, duas plane constanterque distinguens Atalantas, Schoeneidi tribuit Hippomenis uxori* (*cf. silv.* I 2, 85 *Theb.* VII 267 *sq.*), *non illi Maenaliae Parthenopaei Arcadis matri, quotiescumque vel matris eiusque conubii vel filii mentio fit* (*Theb.* IIII 258. IX 613 *sqq.*, 792). *deinde nonnulla sunt in his versibus obscura indignave Statii dictione, veluti v.* 567 i n t e r aperta, *v.* 568 ceruas tollere (*id est: comprehensas auferre*), *adiectivum* notus *bis repetitum v.* 563 *et* 566, indeprensa *v.* 565 *et* deprendere *v.* 568. moenaliae *B* menaliae *fc* || atalantiſ *P* atålanteſ *f* athalantiſ *c* athlantiſ *unus Beh.* 564 aegregium *B* 565 Inde prenſa *f* || honerat *B* || cęleberri/ma *B* 566 fama eſt iam *π* || inermes] *id est: cornibus carentes; cornutas enim tollere non potuit* inhermeſ *B* 567 caeruaſ *B* || lycei *r* licei *fc* 568 et missum cursu comprendere *codices Serviani* || *cf. v.* 558 *et Ach.* II 397 *sqq.*

tandem expectatus volucri super agmina saltu
emicat et torto chlamydem diffibulat auro.
effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
laetitia, insignesque umeri, nec pectora nudis
deteriora genis, patuitque in corpore virtus.
ipse tamen formae laudem aspernatur et arcet
mirantes; tunc Palladios non inscius haustus
incubuit pinguique cutem fuscatur olivo.
hoc Idas, hoc more Dymas aliique nitescunt.
sic ubi tranquillo perlucent sidera ponto
vibraturque fretis caeli stellantis imago,
omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperos exertat radios, quantusque per altum
aethera, caeruleis tantus monstratur in undis.
proximus et forma nec multum segnior Idas
cursibus atque aevo iuxta prior. attamen illi
iam tenuem pingues florem induxere palaestrae,
deserpitque genis nec se lanugo fatetur

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

573 cf. Verg. Aen. V 344 gratior et pulchro veniens in corpore virtus 581 cf. silv. II 6, 36 sq. quantum praecedit clara minores Luna faces, quantumque alios premit Hesperos ignes 586 cf. Apulei apol. p. 315 quam decenter utrimque lanugo malis deserpat

---

VARIA LECTIO.

569 et ſpectatuſ *f. cf. v.* 739 ‖ ſup *B* ‖ ſaltu *corr. ex* cultu, *ut videtur, ead. man. c* 570 toto (*sed add.* r *eadem manu*) *c* tanto (or) *π* ‖ clamydem *P* clamidem *Bfc* 571 membroꝝ. *B* 572 Laeticia *Bc* ‖ inſigneſ (que *om.*) *Brfπ unus Beh.* et inſigneſ *alter Beh.* ‖ humeri *PBM* ‖ nudis] *id est: imberbibus* 573 Deteriore (*ultima* e *corr. in* a) *B* ‖ aluitq. in corpore uirtuſ *P*[1] latuitque in corpore (pectore *π*) uultuſ *BM scholiasta, edd., substituitque in P antiqua lectione deleta manus recentior saec. XII* patuitque *scripsi ex coniectura mea. cf. v.* 669 574 Ipſaetamen *B* 576 oliua *unus Beh.* 577 dimaſ *fc* 578 plugent (c) *P* pellucent *m edd.* 579 ſtillantiſ *P* 581 Heſperuſ *fm edd. vett.* ‖ exertat *coniecit Schraderus* exercet *PBM edd.* ‖ p *B* 582 caeruleuſ *B*[1] ceruleiſ *f* 583 et] eſt *m* 584 iuſta *unus Beh.* 585 paleſtrę *PB* ‖ *cf. silv.* III 4, 65 *sq.*

intonsae sub nube comae. tunc rite citatos
explorant acuuntque gradus, variasque per artes
exstimulant docto languentia membra tumultu:
poplite nunc sidunt flexo, nunc lubrica forti
pectora conlidunt plausu, nunc ignea tollunt
crura brevemque fugam necopino fine reponunt.
Ut ruit atque aequum submisit regula limen,
corripuere leves spatium, campoque refulsit
nuda cohors. volucres isdem modo tardius arvis
isse videntur equi. credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exiluisse sagittas.
non aliter celeres Hyrcana per avia cervi,
cum procul inpasti fremitum accepere leonis
sive putant, rapit attonitos fuga caeca metusque
congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.
Effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Maenalius, quem deinde gradu premit horridus Idas

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

593 sq. cf. Verg. Aen. V 315 sq. haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente corripiunt spatia audito liménque relincunt 597 cf. Propert. IIII (III) 9, 54 Parthorum astutae tela remissa fugae 602 sqq. cf. Verg. Aen. V 151 sqq. effugit ante alios . . Gyas; quem deinde Cloanthus consequitur . . . 'post has aequo discrimine Pristis; id. ibid. v. 318 sqq. 603 sqq. cf. Hom. Il. Ψ 763 sqq. *ὣς Ὀδυσεὺς θέεν ἐγγύθεν, αὐτὰρ ὄπισθεν ἴχνια τύπτε πόδεσσι πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι· κὰδ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χέ' ἀυτμένα δῖος Ὀδυσσεὺς αἰεὶ ῥίμφα θέων.* Verg. Aen. V 324 sq. ecce volat calcemque terit iam calce Diores incumbens umero; Ovid. met. I 541 sq. tergoque fugacis imminet et crinem sparsum cervicibus adflat; Silii Ital. XVI 421 sqq. iamque

VARIA LECTIO.

587 nubae comę *B* ‖ citatuſ *c* 588 Explorantque *π* ‖ uacuaſque *π* ‖ ꝑ *B* 589 Exſtimulant (Extimulant *p*) *PBpm* Inſtimulant *M* 590 Poblite *f*²*c* ‖ flexo ſidunt *m edd.* 591 conlidunt *PBrf* collidunt *M* ‖ paulſu *f* ‖ ignea] *cf. v.* 525 592 breuemquae *B* 593 Ut *in ras. B* Iam *rπm* Cum *c* ‖ equum *c* ‖ ſummiſit *fm* ‖ lumen *r* 594 leue *Brf*¹*c unus Beh.* ‖ ſpaciũ *f* ſpacium *c* ‖ campoquae *B* in campoque *cπ* 595 hiſdem *P* iſdem *Brfcp* iiſdem *edd.* 596 Eſſe *B*¹ ‖ ęqui *P* ‖ phebe *π* ‖ cidonum *f* 597 exſiluiſſe *fm* 598 hircana *f* 599 cum] '*leg.* seu *vel* si' *Bentleius* ‖ inpaſti *Pm* infauſti *BM* ‖ accipere *P*¹ ‖ leoneſ *B*¹ 601 miſta *unus Beh.* 602 otior *f* 603 Menaliuſ *c* ‖ ydaſ *f*

inspiratque umero, flatuque et pectoris umbra
terga premit. post ambiguo discrimine tendunt
Phaedimus atque Dymas, illis celer imminet Alcon.
Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados. hoc primis Triviae pascebat ab annis
munus et, Ogygio victor cum Marte redisset,
nequiquam patriis audax promiserat aris.
tunc liber nexu lateque in terga solutus
occursu zephyri retro fluit et simul ipsum
impedit infestoque volans obtenditur Idae.
inde dolum iuvenis fraudique adcommoda sensit
tempora; iam finem iuxta, dum limina victor
Parthenopaeus init, correpto crine reductum
occupat, et longae primus ferit ostia portae.
Arcades arma fremunt, armis defendere regem,
ni raptum decus et meriti reddantur honores,
contendunt totoque parant decedere circo.
sunt et quis Idae placeat dolus. ipse regesta
Parthenopaeus humo vultumque oculosque madentes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

etiam dorso atque umeris trepidantis Hiberi ora superposuit sonipes, flatusque vapore terga premi et spumis auriga calescere sentit 604 cf. Apollinaris Sidon. carm. V 165, id. ibid. v. 173 flatuque propinquo pressus (*scilicet* Hippomenes) in hostili iam curreret anxius umbra 607 sq. 'a vertice . . Arcados' schol. Theb. VI 603 612 cf. Ovid. met. I 529 et levis inpulsos retro dabat aura capillos

VARIA LECTIO.

604 umero *PB* humero *M* humeroſ *m* || umbra] aura *Kochius coll. v.* 439. *sed* terga umbra premere *est idem*, *quod* obumbrare; *tam prope a Parthenopaeo cucurrit Idas.* 606 Phedimuſ *fc* || dimaſ *fc* || iuminet *B* 607 uerticę *B* 608 Archadoſ *c* 609 ogigio *f* 610 Nequicquam *m* 611 interga *f* 612 zepheri *f* || fuit *r*, *unde Bentleius coniecit* fluit (*cf. Propert.* II 3, 13 '*nec de more comae per levia colla fluentes*') fugit *PBM edd.* 613 Inpedit *B* || oſtenditur *cm* 614 adcommoda *Bf Beh.* 1. 2 accommoda *PM* 616 Parthenopeuſ *PBf* Parthonopaeuſ *unus Beh.* 617 longe *Prfc* || hoſtia *B* || portae] metae *m* 618 Archadeſ *c* *vv.* 619 *et* 620 *inverso ordine scripti sunt in π et uno Beh.* 620 Intendunt *Dan.* || deſcendere *Busl.* 621 ide *P* || regesta] reiecta *unus Beh.* 622 Parthenopeuſ *Pf* Parthaenopeuſ *B* Parthonopaeuſ *unus Beh.*

obruit, accessit lacrimarum gratia formae.
pectora nunc maerens nunc ora indigna cruento
ungue secat meritamque comam, furit undique clamor
dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
consilium. tandem ipse refert: 'compescite litem,
o pueri! virtus iterum temptanda; sed ite
limite non uno, latus hoc conceditur Idae,
tu diversa tene, fraus cursibus omnis abesto.'
  Audierant, dictoque manent. mox numina supplex
adfatu tacito iuvenis Tegeaeus adorat:
'diva potens nemorum (tibi enim hic tibi crinis honori
debitus, eque tuo venit haec iniuria voto),
si bene quid genetrix, si quid venatibus ipse
promerui, ne, quaeso, sinas hoc omine Thebas
ire, nec Arcadiae tantum meruisse pudorem.'
  Auditum manifesta fides. vix campus euntem
sentit, et exilis plantis intervenit aer,
rasaque non fracto vestigia pulvere pendent.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

623 cf. Verg. Aen. V 343 tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae 630 cf. Verg. Aen. XI 14 timor omnis abesto 638 cf. Verg. georg. III 194 vix summa vestigia ponat harena; Aen. VII 808 sq. illa vel intactae segetis per summa volaret gramina, nec teneras cursu laesisset aristas; Sil. Ital. XIII 328 vix ulla inscribens terrae vestigia; Ovid. met. X 654 sq. posse putes illos sicco freta radere passu et segetis canae stantes percurrere aristas; Claudian. IIII cons. Honor. 547 non sentit harenas ungula

---

VARIA LECTIO.

624 maerenſ *B* merenſ *Pf* merenſ *vel* moerenſ *M* 625 ferit *f* 627 Concilium *PBf* || conpeſcite *B* compoſcite *unus Beh.* 629 lituſ conceditur (*om.* hoc) *Brfcπ* 630 tenae *B* || abaeſto *B* 631 dictoque parent *rπ Colb.*, *Par.* 8053 dictoque parant, *unde repositum* dicto parent, *unus Beh.* fauent *m* 632 Affatu *PBM* || tegaeuſ *PB* Tegeaeus *om.* f^1, *sed inter lineas* tegeuſ *add.* f^2 tegeuſ *c* 633 tibi enim hic criniſ (*om. alterum* tibi) *P* tibi enim tibi criniſ (*om.* hic) *π* tibi hic tibi criniſ (*om.* enim) *unus Beh.* 634 eq. *in ras.* (*fuisse videtur* atq.) *B* atque *c* 635 genetrix *PB* genitrix *M* || *cf. Theb.* I 60 636 nae *B* || queſo *Pf* || nomine *P* ominine *B* 637 archadiae *f* 639 Senſit *cπ unus Beh.* 640 rasaque *scripsi ex coniectura Heinsii ad Ovidii am.* III 15, 2 Raraque *PBM edd.*, *quam*

inrumpit clamore fores, clamore recurrit
ante ducem prensaque fovet suspiria palma.
  Finiti cursus, operumque insignia praesto.
Arcas equum dono, clipeum gerit improbus Idas,
cetera plebs Lyciis vadit contenta pharetris.
  Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
impiger et vires velit ostentare superbas.
it iussus Pterelas, et aenae lubrica massae
pondera vix toto curvatus corpore iuxta
deicit. inspectant taciti expenduntque laborem
Inachidae. mox turba ruunt, duo gentis Achaeae,
tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acarnan
septimus; et plures agitabat gloria, ni se

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

641 cf. Lucan. V 127 cogitque fores inrumpere templi; Claudian. de bello Gild. v. 139 inrupit clamore fores 645 cf. Verg. Aen. V 314 tertius Argolica hac galea contentus abito 649 cf. Verg. Aen. X 127 toto conixus corpore 653 cf. Verg. Aen. XI 336 sq. quem gloria Turni . . . agitabat

---

VARIA LECTIO.

lectionem qua ratione tuear non video. 'vestigia' enim hoc loco non signa esse, quae pedes relinquunt, sed ipsos pedes, verbum 'pendendi' aperte indicat. quod qui concedet, ei non licebit dubitare, quin adiectivum 'rara' sit emendandum, licebit autem Statium satis audacem existimare ad dictionem poetarum, in quibus nititur, ita variandam atque invertendam, ut, cum illi dicturi sint 'radunt non fractum vestigia pulverem', ipse conetur novare 'rasaque non fracto vestigia pulvere'. similiter, ut ex mille exemplis duo promam, ille aliorum poetarum dicta invertit v. 459 *et Ach.* I 100 641 Inrūpit *P* Irrumpit *unus Beh.* Inrupit *B* Inrupit *vel* Irrupit *M* 642 preſſaq. *Bm edd. vett.* ‖ fouet *P Dan.* leuat *BM edd.* 643 preſto *f* 644 equū// dono *B* ‖ clipeumque *P* clypeum *B* ‖ ydaſ *c* 645 liciiſ *fc* ‖ uadit *P Gud.* 52 gaudet *BM* 646 Conuocat *π* ‖ diſcernere *P* 647 uiroſ *P* ‖ ſupbaſ *B* 648 pteleraſ *Pp* ptelelaſ (*priore* l *corr. in r*) *f* pherelaſ *π unus Beh., in quo aspiratio supposita est in extinctae literae locum* ſteietlaſ *alter Beh.* ‖ aenę *PB* aene *f* ahenae *m* 650 Deiicit *m* ‖ lab/rem *B* 651 runt *P* ‖ gentęſ *P* ‖ acheae *fc* 652 ephryadae (i *supra scr. man.* 3) *B* ephriade *π* ephiriade *f* ephiriadae *c unus Beh.* ephyriadae *alter Beh.* ‖ acharnan *P* 653 ni ſae *B* niſe c^1 Nisae *m edd. ante Gevartium*

arduus Hippomedon cavea stimulante tulisset
in medios, lateque ferens sub pectore dextro
orbem alium: 'hunc potius, iuvenes, qui moenia saxis
frangere, qui Tyrias deiectum vaditis arces,
hunc rapite. ast illud cui non iaculabile dextrae
pondus?' et abreptum nullo conamine iecit
in latus. absistunt procul attonitique fatentur
cedere; vix unus Phlegyas acerque Menestheus
(hos etiam pudor et magni tenuere parentes)
promisere manum. concessit cetera pubes
sponte et adorato rediit ingloria disco.
qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis
luce mala Pangaea ferit solemque refulgens
territat incussaque dei grave mugit ab hasta.
Pisaeus Phlegyas opus inchoat, et simul omnes
abstulit in se oculos ex vasto corpore virtus
promissa. ac primum terra discumque manumque
asperat, excusso mox circum pulvere versat,
quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
conveniat, non artis egens. hic semper amori
ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obiret

TESTES. AVCTORES. IMTATORES.

654 cf. Aeschyl. sept. v. 490 sq. ξὺν βοῇ παρίσταται Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος 663 cf. Lucan. I 388 promisere manus

VARIA LECTIO.

654 ł tulit ſe f^2 655 In medio *Brfcπ* ‖ lateque] *id est: huc illuc* 656 męnia *B* menia *f* 659 adreptum *B* '*f.* arrectum *vel* arreptum' *Heinsius* 660 attonitiquae *B* 661 phlegiaſ P^1c ‖ meneſteuſ *fc* 664 rediit *PBM. vide notam ad Theb.* V 397 redit illa *m* ‖ adorato] *cf. Theb.* XII 817 ‖ ingła *B* 665 biſthoniiſ *PBfc. comparatio vv.* 665—667 *inculcata videtur Guieto* 666 pangea *Bf* plangea *c* 668 Piſeuſ *fc* ‖ phlegaſ (i (man. 3)) *B* ‖ om̃ſ *B* omniſ *Beh.* 1. 2 669 ex vasto *scripsi.* ea uiſo *P* exhauſto *BM; cf. v.* 573 ‖ in corpore *m* 672 quodque certiuſ *P* 673 Conuenia/t *B* ‖ ſemp *B* 674 ubiret (✝ adiret) *r* obire *unus Beh. probante Heinsio*

sacra, sed alternis Alpheon utrimque solebat
metiri ripis et, qua latissima distant,
non umquam merso transmittere flumina disco.
ergo operum fidens non protinus horrida campi
iugera, sed caelo dextram metitur, humique
pressus utroque genu collecto sanguine discum
ipse super sese rotat atque in nubila condit.
ille citus sublime petit similisque cadenti
crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto
tardior in terram redit atque inmergitur arvis.
sic cadit, attonitis quotiens avellitur astris,
Solis opaca soror; procul auxiliantia gentes
aera crepant frustraque timent, at Thessala victrix
ridet anhelantes audito carmine bigas.
  Conlaudant Danai, sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon; maiorque manus speratur in aequo.
  Atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
inmodicas, Fortuna venit. quid numina contra
tendere fas homini? spatium iam inmane parabat,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

682 sq. 'similisque . . . adversum' Servius ad Aen. VIII 91 et XII 856; cf. Verg. Aen. VI 602 sq. quo super atra silex iam iam lapsura cadentique imminet adsimilis 686 cf. Ovid. met. IIII 331 sqq. hic color . . . . est . ., cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae 688 cf. silv. I 3, 46 ridet anhelantes vicino flumine nymphas

VARIA LECTIO.

675 alpheo *f* ‖ utrumque *P* utrumq. *B* 676 Metari *P* 677 Non umquam (n *eras.*) *B* ‖ tranſmittere/flumina *B* 679 sed] ſic *P* ‖ caelum dextra *pm edd. vett.* ‖ humique] ubique *P* 681 ſeſeq. *B* ‖ innubila *c* 683 cessit *coniecit Guietus* ‖ in adverſoſ *Servius ad Aen.* XII 856, *sed* in aduerſum *ad Aen.* VIII 91 ‖ tandem (*sine* que) *c* 684 in] ad *P* 685 quocienſ *f* 687 uictrix *corr. ex* uicuſ *manu eadem c* 689 Conlaudant *PBf* Collaudant *M* ‖ sed non tibi molle tuenti] *id est: te plausum aegre ferente* 690 Hyppomedon *Bf* ‖ in equo *P* inaequo *c* 691 Atque] Aſt *π* ‖ exemplo (t *superscr.*) *f* extimplo *π* ‖ dulce eſt *π* 692 *cf. Theb.* X 384 *sq.* ‖ Immodicaſ *cm* 693 ſpaciumq. (iam *superscr.*) immane (*emendavit, ut videtur, prima manus*) *B* ſpatiumque (ſpaciumque *c*) immane *rc Beh.* 1. 2

iam cervix conversa, et iam latus omne redibat;
excidit ante pedes elapsum pondus et ictus
destituit frustraque manum dimisit inanem.
Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
inde ad conatus timida subit arte Menestheus
cautior, et multum te, Maia crete, rogato
molis praevalidae castigat pulvere lapsus.
illa manu magna et multo felicior exit,
nec partem exiguam circi transvecta quievit.
fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
molitur gressus. namque illum corde sub alto
et casus Phlegyae monet et fortuna Menesthei.
erigit adsuetum dextrae gestamen, et alte
sustentans rigidumque latus fortesque lacertos
consulit ac vasto contorquet turbine, et ipse
prosequitur. fugit horrendo per inania saltu
iamque procul meminit dextrae servatque tenorem
discus, nec dubia iunctave Menesthea victum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

697 cf. Verg. Aen. III 660 ea sola voluptas 704 sqq. cf. Hom. Ψ 842 sqq. *τὸ τρίτον αὖτ' ἔρριψε μέγας Τελαμώνιος Αἴας* [*χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντων*] e. q. s. 710 sq. cf. Verg. Aen. X 340 protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem; silv. IIII 6, 57 haec clavae meminit manus

---

VARIA LECTIO.

694 etiam *fc* 695 iactuſ c^2 696 demiſit B^2 *unus Beh. m* 697 om̃ſ *B* 698 meneſteuſ *f* 699 crete *Schraderus* create *P* nate *BM edd.* 700 Moliſ prę̨ualidę̨ *P Busl.* Mo*l*li*ſ* praegrauid*&* e (*literae inclinatae et emendationes sunt a manu recentissima*) *B* Moliſ praegrauidae *M edd.* ‖ *cf. v.* 671 701 Ille *p* ‖ multo *Pπ* multum *BM edd.* 702 c^i^rci *B* 704 Terciuſ *B* ‖ hyppomedon *f* ‖ tarda *r* 706 phlegycie *P* phlegiae *fc* ‖ m^o^anet *π* mouet f^2m *edd. vett.* ‖ meneſtei *f* 707 adſuetum *PBf* aſſuetum *M* ‖ gestamen] certamen *P probante Barthio, qui confert Verg. ecl.* VII 16 '*et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum*' ‖ altae *P* 708 Suſtentaſ *c* 710 ꝑ *B* 712 iunctaque *P* ‖ meneſtea *f*

transabiit meta. longe super aemula signa
consedit viridesque umeros et opaca theatri
culmina ceu latae tremefecit mole ruinae.
quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
lucis egente manu tamen in vestigia puppis
auditae iuxtaque inimicum exegit Ulixem.
Tum genitus Talao victori tigrin inanem 722
ire iubet, fulvo quae circumfusa nitebat
margine et extremos auro mansueverat unguis.
Gnosiacos arcus habet et vaga tela Menestheus.
'at tibi' ait, 'Phlegya, casu frustrate sinistro,

---

sic et Aloidae, cum iam celaret Olympum 719
desuper Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant
Pelion et trepido sperabant iungere caelo.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

713 cf. Hom. l. l. v. 847 *τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε* 716 sqq. cf. Hom. ι 481 sq. *ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο, κὰδ δ' ἔβαλε προπάροιθε νεὸς κυανοπρῴροιο.* Verg. Aen. III 669 sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit 722 spectat schol. Theb. I 484 724 'auro . . ungues' Servius ad Aen. VIII 553

VARIA LECTIO.

713 metaſ *P* ‖ ſup̧ ęmula *B* 714 umeroſ *PB*[1] humeroſ *M* (*cum glossa* colleſ *man. al. c*). *cf. v.* 259 ‖ theathri *B* 715 ſeu (c *supra*) *π* ‖ latę *PB* late *fm* 716 uaporiferu *P*[1] ‖ poliphoemuſ *P* poliphemuſ *Bfc* ‖ aetna (h *supra scr. man.* 3) *B* aethna *fc* 717 Lucſ *B* ‖ pupiſ (p *supra*) *f* 718 Audita (e *supra*) *P* Auditę *B* ‖ iuxtaqua᷈ *B* iuxta (que *om.*) *f* ‖ inicum *P* inimicū *B* ‖ ulixem *c* ulyxem *Beh.* 1. 2 ulixen *PBrf* ulyſſem *m edd. vett.* *vv.* 719—721, *quos protulit primum Gronovius ex Arondeliano codice, neque existunt in alio codice neque scholiis veteribus illustrantur. praeter ceteros qui reperiuntur apud poetas versus similes interpolatori obversatus esse videtur locus, qui legitur Theb.* X 849 *sqq.* calcaret . . . ipſa . . . ferebat *Arond., correxit Gronovius* 722 Tum *PBf* Tunc *M edd.* ‖ gemituſ *f* gemituſ *c* ‖ tigrim *B* ‖ ianem *c* 723 circumfulſa *f* 724 au/ro *B* aurum *c* ‖ unguiſ *Bfc* ungueſ *PM* 725 Gnoſiacuſ (u *corr. in* o) *f* Gnoſſiacoſ *m* ‖ abet *B* ‖ meneſteuſ *f* 726 phlegia *B* phebia (*corr. in* phlegia) *f*[1] ‖ fruſtrante *P* fruſtiate *B*

hunc, quondam nostri decus auxiliumque Pelasgi,
ferre damus (neque enim Hippomedon inviderit) ensem.
nunc opus est animis infestos tollere caestus
comminus; haec bellis et ferro proxima virtus.'
Constitit inmanis cerni inmanisque timeri
Argolicus Capaneus, ac dum nigrantia plumbo
tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis
induitur, 'date tot iuvenum de milibus unum
huc' ait, 'atque utinam potius de stirpe veniret
aemulus Aonia, quem fas demittere leto,
nec mea crudelis civili sanguine virtus.'
obstipuere animi, fecitque silentia terror.
Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
prosilit Alcidamas, mirantur Dorica regum
agmina; sed socii fretum Polluce magistro
norant et sacras inter crevisse palaestras.
ipse deus posuitque manus et bracchia finxit

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

729 sq. cf. Verg. Aen. V 363 sq. nunc, si cui virtus animusque in pectore praesens, adsit et evinctis attollat bracchia palmis; id. ib. VI 261 nunc animis opus 732 sq. cf. Verg. Aen. V 405 terga boum plumbo insuto ferroque rigebant 738 cf. Verg. Aen. V 404 obstipuere animi; id. IX 123 obstipuere animis Rutuli 739 sq. 'Tandem . . . Alcidamas' schol. Theb. X 499 741 sq. 'sed . . . palaestras' schol. Theb. X 501

VARIA LECTIO.

727 n̄ri *B* || auxiliumquae *B* 729 ċaeſtoſ *P* ceſtuſ *f* 730 cominuſ *m* 731 inmaniſ *P* immaniſ *BM* || inmaneſque *P* immaniſqu/e *B* immaniſque *M* || timeri *PB*[1]*π*[2] *unus Beh. pro varia lectione. cf. Theb.* XII 223 teneri *Colb.* tueri *B*[2]*M*, *quod frustra tuentur Gronovius in diatribe p.* 168 *et Marklandus ad silv.* II 1, 168 732 Argolicoſ *c* 734 induitur] *vide adnotationem ad Theb.* I 487 || da^t^e *B* || millibuſ *m* 736 dimittere *PBM*, *ut Theb.* I 659 II 359 IIII 768 || lęto *f* laeto *c* 737 crudelis] '*forte rectius* cruderet *pro* crudesceret' *Peyraredus* ne mea crudescat *Barthius* || uirtuſ *cum glossa* fieret *c* 738 Obſtipuere *PBr* Obſtupuere *M* || animiſ *m* 739 *cf. v.* 569 || inſ/peratuſ *f* 740 alcidamuſ *rπ*[1] alcimadaſ *c* 742 intercreuiſſe *r* || paleſtraſ *PBf* 743 brachia *PBM* || fincxit *B*

(materiae suadebat amor); tunc saepe locavit
comminus, et simili stantem miratus in ira
sustulit exultans nudumque ad pectora pressit.
Illum indignatur Capaneus ridetque vocantem
ut miserans, poscitque alium, tandemque coactus
restitit, et stimulis iam languida colla tumescunt.
fulmineas alte suspensi corpora plantis
erexere manus; tuto procul ora recessu
armorum in speculis, aditusque ad vulnera clusi.
hic, quantus Tityos Stygiis consurgat ab arvis,
si torvae patiantur aves, tanta undique pandit
membrorum spatia et tantis ferus ossibus extat.
hic paulo ante puer, sed enim maturius aevo
robur, et ingentes spondet tener impetus annos,
quem vinci haut quisquam saevo nec sanguine tingui

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

750 sqq. cf. Apollon. Rhod. *B* 90 sq. *ἔνθα δ' ἔπειτ' Ἄμυκος μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθείς . . . πόδεσσι τανύσσατο.* Verg. Aen. V 426 sqq. constitit in digitos extemplo arrectus uterque bracchiaque ad superas interritus extulit auras. abduxere retro longe capita ardua ab ictu . . . ille pedum melior motu fretusque iuventa, hic membris et mole valens 751 'tuto . . . recessu' schol. Theb. VI 773 754 sq. cf. Valer. Flacc. IIII 244 sq. ingentes umeros spatiosaque pectoris ossa protulit

---

VARIA LECTIO.

744 Materiae (*id est: corporis fingendi*) *Bf unus Beh.* Materie *P* Materiem (*cp*) *vel* Materiam *M* bracchia finxit materiam (suadebat amor) *Gronovius* materiam subdebat amor *Barthius* magnus enim suadebat amor *Kochius* ‖ ſepe *f* ‖ locavit] *scilicet se*, *nisi forte scribendum est* locatus ‖ *totum versum damnat Guietus* 745 Comminuſ *PBf* Cominuſ *M* 746 nuduſque *m* 749 corda *r Barthius* 750 ſuſpenſa *r* 751 Exercere *P* *fortasse legendum:* exeruere ‖ toto *f* 752 uolnera (v *supra scr.* 2 *man.*) *B* ‖ clauſi B^2f *unus Beh.*, *edd. vett.* ‖ *hic versus Guieto suspectus est* 753 Sic c^1 ‖ quantum *PBr unus Beh.* ‖ tityoſ ſtygiiſ *P*, *ut Theb.* I 710 ſtygiiſ tityoſ (ſtigiiſ *Bf*, tytioſ *r* titioſ *f* tycioſ *c*) *BM* ‖ ab] ad *P* ‖ *cf. Theb.* XI 12 *sqq.* 754 torue *B* ‖ patirantur (n *2 man.*) *P* paciantur *B* patiatur *f* 755 ſpacia *fc* 758 aut PB^1 haud B^2M ‖ ſeuo *P* ‖ neq. *Bf* neque *Pc Beh.* 1. 2 *vide Quaestion. Statian. p.* 12 *sq.* ‖ tyngui *B unus Beh.* tingi *m*

malit, et erecto timeat spectacula voto.
Ut sese permensi oculis et uterque priorem
speravere locum, non protinus ira nec ictus;
alternus paulum timor et permixta furori
consilia, inclinant tantum contraria iactu
bracchia et explorant caestus hebetantque terendo.
doctior hic differt animum metuensque futuri
cunctatus vires dispensat; at ille nocendi
prodigus incautusque sui ruit omnis et ambas
consumit sine lege manus atque inrita frendit
insurgens seque ipse premit. sed providus astu
et patria vigil arte Lacon hos reicit ictus,
hos cavet; interdum nutu capitisque citati
integer obsequio, manibus nunc obvia tela
discutiens, instat gressu vultuque recedit;
saepe etiam iniustis conlatum viribus hostem
(is vigor ingenio, tanta experientia dextrae est)
ultro audax animis intratque et obumbrat et alte

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

759 cf. Valer. Flacc. IIII 257 hinc illinc dubiis intenta silentia votis 765 cf. Horat. sat. II 2, 110 metuensque futuri 769 sqq. cf. Valer. Flacc. IIII 271 sq. Pollux sic providus ictus servat et Oebalia dubium caput eripit arte; Verg. Aen. V 438 sqq. corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit . . . . . ille ictum venientem a vertice velox praevidit celerique elapsus corpore cessit

---

VARIA LECTIO.

759 timeant *rc unus Beh.*, *Lips.*, *Bernartius*, *qui spectacula pro spectatoribus dici existimat* 760 oculoſ (i *2 man.*) *f* || et] ut *r* 762 timor paulum *c*[1] || pmixta *B* 763 tandem *unus Beh.* || iactu] *fortasse* tactu 764 Brachia *BM* || et *om.* *π* || habitantque *P* || ferendo *f*[1] *Beh.* 1. 2 (*unus Beh. cum glossa:* al. terendo) 765 futuri] furori *P ex v.* 762 766 Cunctatur *P* 768 irrita *M* || frendet *c*

770 arte] ante *P*[1], *ut videtur* || reicit *Pm* eiecit *B* eiecit *r* re(i)icit (*inclinatae litterae a manu* 2) *f* eicit *c* eiicit *Beh.* 1. 2 773 uoltuque (v *3 man.*) *B* 774 Sepe *Bf* || aetiam *B* || conlatum *PBf* collatum *M* || haſtem (o) *B* 775 est *om. c unus Beh.* *v.* 776 *suspectus Guieto* || inſtatque *unus Beh.*, *Aldd.* || et *om.* *π* || obumbrat (errat *man.* 2) *f* || altae *B*

adsilit. ut praeceps cumulo salit unda minantes
in scopulos et fracta redit, sic ille furentem
circuit expugnans; levat ecce diuque minatur
in latus inque oculos; illum rigida arma caventem
avocat et manibus necopinum interserit ictum
callidus et mediam designat vulnere frontem.
Iam cruor, et tepido signantur tempora rivo.
nescit adhuc Capaneus subitumque per agmina murmur
miratur; verum ut fessam super ora reduxit
forte manum et summo maculas in vellere vidit,
(non leo, non iaculo tantum indignata recepto
tigris) agit toto cedentem fervidus arvo
praecipitatque retro iuvenem atque in terga supinat
dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
multiplicatque manus. rapiunt conamina venti,
pars cadit in caestus. motu Spartanus acuto
mille cavet lapsas circum cava tempora mortes

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

782 cf. Theocrit. idyll. 42 v. 104 sqq. *ἀλλ᾽ ὅτε δή μιν ἀμηχανέοντ᾽ ἐνόησε, μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ᾽ ὀφρύος ἤλασε πυγμήν, πᾶν δ᾽ ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον* 784 cf. Valer. Flacc. IIII 292 conclamant socii et subitas dant gaudia voces 788 sqq. cf. Verg. Aen. V 456 sq. praecipitemque Daren ardens agit aequore toto nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra 790 sq. cf. Valer. Flacc. IIII 287 rotat usque manus

---

VARIA LECTIO.

777 Adſilit *PBrf unus Beh.* Aſſilit *M* ‖ precepſ *B* ‖ cumulo ſagit *P*, *cf. Theb.* IX 465 *sq.* ‖ minantiſ *unus Beh.* minante *vel* minanti *anonymus in miscellaneis. sed cf. Verg. Aen.* I 162 *sq.* '*geminique minantur in caelum scopuli*' 779 expugnant *π* oppugnans *Kochius secundum Verg. Aen.* V 439. *sed cf. Theb.* VII 204 *sq.* IX 315. *verbis* expugnans — callidus (*v.* 782) *exclusis* circuit et mediam *iungendum censet Guietus* 780 inque] illum *P* ‖ o culoſ *B* 781 Aduocat *m* Euocat *c Dan.* 782 et *PBM* nec *Beh.* 1. 2 ac *m edd.* ‖ uolnere (v supra) *B* 783 timpora *cπ* 784 p *B* 785 redixit (v supra) *B* 788 Tygriſ *c* ‖ agi·toto (t supra) *P* ‖ caedentem *c* 789 Precipitatq. *B* Praecipit atque *f* 790 instridens *Barthius* 792 inceſtaſ *c* in ceſtuſ *f* ‖ acito (v *supra scr.* 3 *man.*) *B* 793 timpora *cπ* ‖ mortes] *vide adnotationem Theb.* II 50

auxilioque pedum, sed non tamen immemor artis
adversus fugit et fugiens tamen ictibus obstat.
Et iam utrumque labor suspiriaque aegra fatigant.
tardius ille premit, nec iam hic absistere velox,
defectique ambo genibus pariterque quierunt.
sic ubi longa vagos lassarunt aequora nautas,
et signo de puppe dato posuere parumper
bracchia, vix requies, iam vox ciet altera remos.
ecce iterum inmodice venientem eludit et exit
sponte ruens mersusque umeris; effunditur ille
in caput, adsurgentem alio puer improbus ictu
perculit eventuque inpalluit ipse secundo.
clamorem Inachidae, quantum non litora, tollunt,
non nemora. illum ab humo conantem ut vidit Adrastus
tollentemque manus et non toleranda parantem:
'ite, oro, socii, furit, ite, opponite dextras,
festinate, furit, palmamque et praemia ferte;
non prius, effracto quam misceat ossa cerebro,
absistet, video; moriturum auferte Lacona.'
Nec mora; prorumpit Tydeus, nec iussa recusat

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

796 sqq. cf. Apollon. Rhod. *B* 84 sqq. *οὐ δ' ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες, ἔστέπερ οὐλοὸν ἄσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσεν . . . ἂψ δ' αὖθις συνόρουσαν ἐναντίοι* 803 cf. Lucan. VII 162 pressum signiferi mersere caput 811 cf. Verg. Aen. V 480 effractoque inlisit in ossa cerebro; Aen. X 416 ossaque dispersit cerebro permixta cruento

VARIA LECTIO.

794 atiſ (r) *B* 795 Aduerſuſ *P unus Beh.*, *scholiasta* Auerſuſ *BM* 797 hic *om.* *π* 798 Defeſſique *unus Beh.* || quaerunt *B*[1] 799 laſſaru(N)·ęquora *P* 800 et] Ut *c* || ſignum de puppe datum *PBp codices Lindenbrogii* ad signum de puppe datum *Barthius* 801 Bracchia *PB* Brachia *M* || ciet] citat *Pc* 802 inmodice *PB*, *corr. ex* inmodicae *c* immodice *M* 803 umeriſ *B* humeriſ *PM* || *cf. v.* 850 804 adſurgentem *PBf* aſſurgentem *M* ac ſurgentem *m* || icto *B* 805 inpalluit *PB* impalluit *M* 806 littora *B* 807 Nonne mora *Bfc* 808 parentem *PB*[1] 810 premia forte (e) *B* 811 oſſa *PBrcp Beh.* 1. 2 ora *m edd.* || cerebo (r (*man.* 3)) *f* 813 tideuſ *f*

Hippomedon. tunc vix ambo conatibus ambas
restringunt cohibentque manus ac plurima suadent.
'vincis, abi; pulchrum est vitam donare minori.
noster et hic bellique comes.' nil frangitur heros,
ramumque oblatumque manu thoraca repellit
vociferans: 'liceat! non has ego pulvere crasso
atque cruore genas, meruit quibus iste favorem
semivir, infodiam mittamque informe sepulchro
corpus et Oebalio donem lugere magistro?'
Dixit. at hunc socii tumidum et vicisse negantem
avertunt, contra laudant insignis alumnum
Taygeti longeque minas risere Lacones.
Iamdudum variae laudes et conscia virtus
Tydea magnanimum stimulis ingentibus angunt.
ille quidem et disco bonus et contendere cursu,
nec caestu bellare minor, sed corde labores
ante alios erat uncta pale. sic otia Martis
degere et armiferas laxare adsueverat iras
ingentes contra ille viros Acheloia circum
litora felicesque deo monstrante palaestras.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

820 sqq. cf. Verg. Aen. XII 97 sqq. da sternere corpus loricamque manu valida lacerare revolsam semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis 822 'Oebalio . . . magistro' schol. Theb. VII 21 826 cf. Verg. Aen. V 455 tum pudor incendit vires et conscia virtus; Aen. XII 668 conscia virtus

---

VARIA LECTIO.

814 Hyppomedon *B* ‖ conantibuſ *f* 815 prohibentque *Bfc Beh.* 1. 2 818 thoracaque *P* 819 haſ non *Brfcπ Beh.* 1. 2 820 iste favorem] iſta iuuenta *P* 821 mittam informe *f* forme mittamque *π* ‖ ſepulcro *m* 822 ebalio *c* 823 Dicit *P* ‖ adhuc *Pf* ‖ ſotii *P* 824 contra] quetra *r* 825 Ta/geti *B* Tageti *c* ‖ laconiſ *B*[1] (*corr. B*[2]) *fc* 826 uarie *P* ‖ conscia virtus] *cf. Theb.* I 644 827 ingentibus] urgentibuſ *corr., ut videtur, ex* iungentibuſ *P. cf. Theb.* V 143 829 ceſtu *Bfc* ‖ corde] cara *Marklandus ad silv.* V 3, 93 830 paleſ *PBM scholiasta* pale *edd. inde a Gronoviana. cf. Ach.* II 441 831 laxere (a *supra* e) *P* ‖ adſueuerat *PBf* aſſueuerat *M* 832 acaeloia *P* achęloia *B* 833 Littora *Bm* ‖ paleſtraſ *PBf*

Ergo ubi luctandi iuvenes animosa citavit
gloria, terrificos umeris Aetolus amictus
exuitur patriumque suem. levat ardua contra
membra Cleonaeae stirpis iactator Agylleus,
Herculea nec mole minor, sic grandibus alte
insurgens umeris hominem super improbus exit.
sed non ille rigor patriumque in corpore robur.
luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
membra natant. inde haec audax fiducia tantum
Oenidae, superare parem. quamquam ipse videri
exiguus, gravia ossa tamen nodisque lacerti
difficiles. numquam hunc animum natura minori
corpore nec tantas ausa est includere vires.
Postquam oleo gavisa cutis, petit aequor uterque
procursu medium atque hausta vestitur harena.
tum madidos artus alterno pulvere siccant,
collaque demersere umeris et bracchia late
vara tenent. iam tunc astu deducit in aequum

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

845 sq. 'numquam . . . vires' Priscianus inst. VII 13, 69 (I 346, 15 H.) 848 sq. cf. Ovid. met. IX 35 sq. ille cavis hausto spargit me pulvere palmis, inque vicem fulvae tactu (*vel* iactu) flavescit harenae 850 cf. Ovid. met. IX 33 sq. bracchiaque opposui tenuique a pectore varas in statione manus

---

VARIA LECTIO.

834 citabit *P* 835 umeriſ *B* humeriſ *PM* ‖ aetoluſ (h *supra* t) *B* ethoſuſ (i (*man.* 3) *supra*) *fc* 836 patrumqu/e *B* 837 cleonee/// (ę *in ras. man.* 3) *B* cleoneę *f* cleoneae *c* ‖ ſtirpiſ iactatur *P* iactator ſtirpiſ *π* ‖ agyleuſ *P* agilleuſ *fc* achilleuſ *π* 838 Hercul*ea* (ea *a correctore, fuerat nescio quid*) *P* ‖ nec] non *m* ſigraudib. altne (ſic) *P* 839 umeriſ *P* humeriſ *BM* ‖ inprobuſ *Pm* 841 effuſaque] ł effectaque π^2 842 Mēnbra *P* ‖ unde *π* 843 Oenide *Pc* ‖ patrem *Pc*[1] 845 Difficil . . (*duae litterae legi nequeunt*) *B* 847 equor *P* 848 harena *PBfc* arena *M* ‖ *cf. v.* 874 849 Tunc *π* 850 Collaqu/e *B* ‖ demersere umeris] *cf. v.* 803 humeriſ *M* ‖ bracchia *P* brachia *BM* 851 Vara *Pc* (*cum glossa:* inflexa), *Lips.*, *Dan.*, *scholiasta*, *non perspicue legitur in B* Clara *r* Vaſta *f Dan.*, *unus Beh.* Curua *π alter Beh.*, *m* ‖ deducet *B*[1] ‖ equum *f*

callidus et celsum procurvat Agyllea Tydeus,
summissus tergo et genibus vicinus harenae.
ille autem, Alpini veluti regina cupressus
verticis urguentis cervicem inclinat in austros,
vix sese radice tenens, terraeque propinquat
iamdudum aetherias eadem reditura sub auras,
non secus ingentes artus praecelsus Agylleus
sponte premit parvumque gemens duplicatur in hostem,
et iam alterna manus frontemque umerosque latusque
collaque pectoraque et vitantia crura lacessit.
interdumque diu pendent per mutua fulti
bracchia, nunc saevi digitorum vincula frangunt.
non sic ductores gemini gregis horrida tauri
bella movent; medio coniunx stat candida prato
victorem expectans, rumpunt obnixa furentes
pectora, subdit amor stimulos et vulnera sanat.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

854 sqq. cf. Verg. Aen. IIII 441 sqq. ac velut annoso validam cum robore quercum Alpini boreae nunc hinc nunc flatibus illinc eruere inter se certant; it stridor, et altae consternunt terram concusso stipite frondes; ipsa haeret scopulis et quantum vertice ad auras aetherias, tantum radice in Tartara tendit 861 cf. Ovid. met. IX 37 sq. et modo cervicem modo crura micantia captat aut captare putes, omnique a parte lacessit 865 sqq. cf. Ovid. amor. II 12, 25 sq. vidi ego pro nivea pugnantes coniuge tauros; spectatrix animos ipsa iuvenca dabat

---

VARIA LECTIO.

852 agylea *P* agillea *fcπ* || tydęuſ *P* tideuſ *f* 853 Sūmiſſuſ *P* Summiſſuſ *BM* Submiſſuſ *πm* || harenae *PBf* arenae *M* 854 Alpini *iniuria notat I. C. Scaliger poet.* VI 6 *p.* 777, Albini *substituit Barthius coll. Plini nat. hist.* XVI *c.* 33 veluti alpini *unus Beh.* 855 Verticeſ *P* || urguenti *P* urguenteſ *B* urgenteſ *M* urentes *Barthius* || in] ad *r* 857 etheriaſ *f* aethereaſ *Beh.* 1. 2 || auras] umbraſ *c* 858 precelſuſ *P* || agyleuſ *P* agyllaeuſ *B* agilleuſ *fcπ* 859 hoſte *P* 860 et *om. P* || umeroſque *P* humeroſque *BM* 861 nutantia *f* 863 Bracchia *P* Brachia *BM* || ſeui *f* || frangunt] fallunt *nescio quo errore Gronovius in diatribe p.* 420 865 cīunx *P* coniux *m* || ſtanſ *unus Beh.* 866 expectat *unus Beh.* || furentiſ B^1 (*corr.* B^2) 867 uͮolnera *B* || *cf. Theb.* III 335

fulmineo sic dente sues, sic hispida turpes
proelia villosis ineunt complexibus ursi.
Vis eadem Oenidae; nec sole aut pulvere fessa
membra labant, riget arta cutis durisque laborum
castigata toris. contra non integer ille
flatibus alternis aegroque effetus hiatu
exuit ingestas fluvio sudoris harenas
ac furtim rapta sustentat pectora terra.
instat agens Tydeus fictumque in colla minatus
crura subit; coeptis non evaluere potiri
frustratae brevitate manus, venit arduus ille
desuper oppressumque ingentis mole ruinae
condidit. haut aliter collis scrutator Hiberi,
cum subiit longeque diem vitamque reliquit,
si tremuit suspensus ager subitumque fragorem
rupta dedit tellus, latet intus monte soluto

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

868 cf. Martial. XI 69, 9 fulmineo spumantis apri sum dente perempta   869 cf. Ovid. met. XII 319 villosis pellibus ursae; Lucan. VII 828 tunc ursae . . obscenae   879 cf. Lucan. II 187 sq. sic mole ruinae fracta sub ingenti miscentur pondere membra   880 sq. cf. Lucan. IIII 297 sq. non se tam penitus, tam longe luce relicta merserit Asturii scrutator pallidus auri

---

VARIA LECTIO.

868 Fulmineo *P Dan.*   Fulminei *BM* (i *posterior serius add. in c*), *ut Theb.* XI 530 *Ach.* II 410   fulminei sic dentis apri *Barthius* ‖ ſuoſ B^1 ‖ ſic/hiſpiadatur peſ *B*   hoſpida (i *supra* o) *π*   869 Prelia *f*   870 oenidae (o *in ras. B*)   enidae *c* ‖ feſſi *P*   uerſa (feſſa *supra*) *p*   871 atra *m* ‖ laborat *unus Beh. probante Heinsio*   872 Caſtigatatoriſ *P*   Caſtigata thoriſ *f*   873 egroque *f* ‖ effectuſ *B*   effictuſ *f*   effectuſ *unus Beh.*   effoetuſ *m* ‖ hiatu] alatu (*prior* a *in ras.*) Br^2 874 harenaſ *PBf*   arenaſ *M* ‖ *cf. v.* 848   875 Ac *PBM*   At *Queckius nescio unde* ‖ ſuſtentant fc^1
876 fictumq. (f *corr. ex* r ?) *B*   fictumque *rπ Gronovius coll. Theb.* XII 688   ictumque *PM*; *ictus autem inter luctandum non infligebantur*   et iturum in colla minatus *Barthius*   877 ceptiſ f^1c 878 Fruſtrate *Pf* ‖ breuitataemanuſ *B*   879 ingenteſ P^1 ‖ more *Gronovius coll. Theb.* VII 401 *sq.*   880 Concidit *P* ‖ haut *PB*   haud *M* ‖ hiberi *PBf*   haberi *corr. in* hiberi *c*   iberi *M*   881 rel*iquit* (iquit *in ras.*) *B*   relinquit *f unus Beh.*, *edd. vett.*

obrutus, ac penitus fractum obtritumque cadaver
indignantem animam propriis non reddidit astris.
acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.
nec mora, cum vinclis onerique elapsus iniquo
circuit errantem et tergo necopinus inhaeret,
mox latus et firmo celer implicat ilia nexu,
poplitibus genua inde premens evadere nodos
nequiquam et lateri dextram insertare parantem
improbus, horrendum visu ac mirabile pondus,
sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
raptus in excelsum, nec iam spes ulla cadendi,
nec licet extrema matrem contingere planta.
Fit sonus, et laetos attollunt agmina plausus.
tunc alte librans inopinum sponte remisit
oblicumque dedit, procumbentemque secutus
colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit.
deficit obsessus soloque pudore repugnat.
tandem pectus humi pronamque extensus in alvum
sternitur, ac longo maestus post tempore surgit,
turpia signata linquens vestigia terra.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

885 cf. Verg. Aen. XI 831 = XII 952 vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras 896 cf. Lucan. IIII 615 ille (Antaeus) parum fidens pedibus contingere matrem

---

VARIA LECTIO.

884 obtritumque *P* obductumque *BM* abductumque *m* 885 animam *PBM scholiasta* animum *m* || reddit *r* 886 Hac prior hoc tydęuſ *P* || pectore] corpore *π unus Bch.* 887 honeriq. *B* || et lapſuſ *π* 888 Circu it *P* Circumit *rc* 890 Poblitibuſ *fc* 891 Nequicquam *m* 892 Inprobuſ *B* || miſerabile *Bπ* 894 lybin *Pf* libin *c* anteum (ł libin) *π* || repta *B* 895 Raptat *π* 898 inopine *r* ſopinum (ſ *in ras.*) *f* 899 Oblicumq. (u *suprascr.*) *B* Obliquumque *PM* || procumbentemquae *B* 900 uincxit *B* iunxit *f* tinxit *corr. in* uinxit *c* 901 Defecit *P* 902 pectuſ (ł pronuſ) *π* preſſuſ *m* || pronamquae *B* 903 lango (o *suprascr.*) (*corr. man.* 3) *B* || meſtuſ *Bf* || moeſtuſ *m* || tempora *P* 904 terrę *f*

Palmam autem dextra laevaque nitentia dono
arma ferens Tydeus: 'quid si non sanguinis huius
partem haut exiguam (scitis) Dircaeus haberet
campus? ubi hae nuper Thebarum foedera plagae.'
haec simul ostentans quaesitaque praemia laudum
dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax.
Sunt et qui nudo subeant concurrere ferro.
iamque aderant instructi armis Epidaurius Agreus
et nondum fatis Dircaeus agentibus exul.
dux vetat Iasides: 'manet ingens copia leti,
o iuvenes; servate animos avidumque furorem
sanguinis adversi. tuque o, quem propter avita
iugera, dilectas cui desolavimus urbes,
ne, precor, ante aciem ius tantum casibus esse
fraternisque sinas (abigant hoc numina!) votis.'
sic ait, atque ambos aurata casside ditat.
tum genero, ne laudis egens, iubet ardua necti
tempora Thebarumque ingenti voce citari

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

920 sqq. cf. Verg. Aen. V 244 sqq. tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis victorem magna praeconis voce Cloanthum declarat viridique advelat tempora lauro

---

905 leuaque *Pf* leuaq. *B* 906 tydęuſ *P* 907 haut *PB*[1] haud *M* ‖ dirceuſ *f* ‖ ^{h}aberet *B* 908 hae/nuper *f* haec nuper *m* ‖ thębarum *B* ‖ phoedera *P* in ſoedera *r* 909 quaeſitaquae *B* 910 agylea *P* acyllea *B*[1] (c *corr. in* g *B*[3]) agillea *fc* 911 iubeant *m*
912 *ad tollendam elisionis asperitatem quandam Statio insolitam, quae est in verbis* instructi armis, *transponenda illa iudicavi quaest. Statian. p.* 18 *sic:* armis instructi Epidaurius Agreus. *solet enim Statius cavere, ne longa vocalis vel diphthongus cum syllaba acuta concurrat in medio versus sententiaeve tenore* ‖ epidaureuſ *unus Beh.* ‖ arguſ *f* 913 no//ndum *B* ‖ dyrcaeuſ *B* dirceuſ *f* 914 ${}_{o}$ lęti *B* laeti *c* 916 auerſi *Venett.* 3. 4, *Aldd.* ‖ quaem *B* 917 delectaſ *P* ‖ deſolabimuſ *P* deſolauimuſ (u *in ras.*) *B* 919 abiciant *P* ‖ haec *c*
920 amboſ (*corr.* o *ex* a, *ut videtur*) *c* 921 Tum *Bfc unus Beh.* Tunc *PM edd.* ‖ generum *P* 922 Timpora *c*[1] ‖ ingenti voce] *praeconis* ‖ ci/thari *B*

victorem. dirae recinebant omina parrae.
Ipsum etiam proprio certamina festa labore
dignari et tumulo supremum hunc addere honorem
hortantur proceres; ac, ne victoria desit
una ducum numero, fundat vel Lyctia cornu
tela rogant, tenui vel nubila transeat hasta.
Obsequitur gaudens, viridique ex aggere in aequum
stipatus summis iuvenum descendit; at illi
pone leves portat pharetras et cornua iussus
armiger. ingentem iactu transmittere circum
eminus et dictae dare vulnera destinat orno.
Quis fluere occultis rerum neget omina causis?
fata patent homini, piget inservare, peritque
venturi promissa fides; sic omina casum
fecimus, et vires auxit Fortuna nocendi.
Campum emensa brevi fatalis ab arbore tacta,

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

923 cf. Horat. carm. III 27, 1 Impios parrae recinentis omen ducat 936 cf. Verg. Aen. VI 346 en haec promissa fides est? Iuvenal. X 365 sq. = XIIII 315 sq. nullum numen habes, si sit prudentia; nos te, nos facimus, Fortuna, deam 938 sqq. ex Verg. Aen. V 522 sqq.

VARIA LECTIO.

923 victorem] '*corr.* rectorem, *familiaris Statio vox pro* rege' *Peyraredus. sed praestat tradita lectio* victorem; *cum enim in certaminibus non vicisset Polynices*, *Adrastus illum*, *ne ceteris ducibus invideret*, *qui victores evaserant*, *in omen futurae victoriae multo dignioris Thebarum victorem proclamari iussit* ‖ recinebant omina parrae *scripsi ex coniectura mea* recinebant omina parcae *P Rehd.* retinebant omina parcae *BM edd.* 924 aetiam *B* ‖ feſſa *P* 925 Deſignari *c* ‖ tumuliſ *P* ‖ ſuppremum *Bf* ‖ honorē (ē *in ras.*) *P* 927 lyctia *PB*, *et correxerunt Bentleius atque Schraderus observationum libro p.* 11 lictia *r* litia *f* licia *vel* lycia *M* 928 tenua *r* ‖ uł *B* ‖ haſtu *r* 929 aecūm B^1 (*corr.* B^2) equum *f* 930 Stipatum B^1 (*corr.* B^3) 933 deſtinet *r* *vv.* 934 — 937 *post v.* 941 *collocantur in editionibus nonnullis* ‖ omina *PM scholiasta* omnia *Brcm* 935 inservare] *cf. Theb.* VIII 194 936 pręmiſſa *P*, *idemque Heinsius praefert* ‖ omĩa *Bf* omnia *m* ‖ caſu *unus Beh.* 937 auxit] hauſit *P* 938 emiſſa $\pi^1 m$

horrendum visu, per quas modo fugerat auras,
venit harundo retro versumque a fine tenorem
pertulit, et notae iuxta ruit ora pharetrae.
Multa duces errore serunt: hi nubila et altos
occurrisse notos, adversi roboris ictu
tela repulsa alii. penitus latet exitus ingens
monstratumque nefas. uni remeabile bellum
et tristes domino spondebat harundo recursus.

TESTES. AVCTORES. IMITATORES.

940 cf. Ovid. met. VII 684 revolat nullo referente cruentum
944 cf. Verg. Aen. V 523 docuit post exitus ingens

VARIA LECTIO.

939 Horridum *P* ‖ ꝑ *B* 940 harundo *PBfc* arundo *M* 941 hora *B* 942 ferunt *edd. vett.* ‖ altos] *cf. Theb.* III 435 *Ach.* I 45 *sq.* 943 nothoſ *fc* ‖ aduerſi *P* aduerſo *BM* auerſo *π* ‖ roboreſ (e *corr. in* i) *B* 944 repulſa,alii (*litterae* li *non satis clarae, fortasse* alii *corr. in* labi) *P* ‖ poenituſ *B* 945 monstratumque (neſas!) uni remeabile bellum *distinguendum opinatur Marklandus ad silv.* II 6, 3 946 ſpondebat *P* ‖ harundo *PBfc* arundo *M*

STATII POETAE ThEBAIĐ LIB̃ UI EXPLICIT | INCIPIT EIUSDEM LIBER UII *P* P PĀPĪNĪ STĀTIM THĒBĀIDŌS LIB̃·VI· *EX*PLICIT (*EX in ras.*) (*sequitur argumentum libri* VII) INCIPIT LIBER SEPTIMUS *B*

subscriptio nulla legitur in f Explicit liber VItuſ (*sequitur argumentum libri* VII) incipit liber VII muſ *c*

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Corrigenda in textu:

THEBAIDOS III 22 poenitet] *corr.* paenitet 207 lumina] culmina *tutatus sum ad Theb.* V 325
IIII 157 Paeana] *corr.* paeana 175 galeaque corusca] galeaeque coruscae *substitui ad Theb.* V 510 282 noctisqe] *corr.* noctisque
VI 201 *comma excidit ante extremam versus vocem* umbra

Testium, auctorum, imitatorum indici inserenda sunt haec:

THEBAIDOS I 118 'audiit . . . Parnassus' commenta Bernensia in Lucani V 71 203 sqq. 'nec protinus . . . manu' schol. ad Terentii Andr. V 3, 30 in codice Bembino (Hermes II 3 p. 342) 268 sqq. 'quo tempore . . . emendare facta' Eutyches art. II (grammat. Latin. vol. V p. 473 ed. Keil) 338 'rorifera . . . biga' Pompeius comment. art. Donati (grammat. Latin. vol. V p. 167 ed. Keil) 417 'maior . . . virtus' scholia Bern. ad Verg. georg. IIII 83 485 sqq. 'illius . . . vestitum (sic cod.) proelia monstri' schol. Lucan. IIII 612 in codice Monacensi nr. 349

THEBAIDOS II 244 'divosque in vota fatigant' sine nomine Acron ad Horat. carm. I 2, 26 342 sq. cf. Ovid. met. II 293 nec te mea gratia tangit 465 cf. Ovid. fast. V 410 morum, quos fecit, praemia doctor habet 495 'macte animi' Pompeius comment. (grammat. Lat. vol. V p. 173 ed. Keil)

THEBAIDOS III 704 sq. 'nescis . . . castae (= *P*, causae *BM*) . . marito' comm. Bern. in Lucani II 347

THEBAIDOS IIII 185 sq. 'quis non certamina . . . Celaenas' schol. Benedict. in Lucani III 206 261 Claudiani versus, quos exscripsimus, deficit numerus: 37 sq. 431 sqq. cf. Ovid. met. II 417 sqq. ulterius medio spatium sol altus habebat, cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas. exuit hic umero pharetram, lentosque retendit arcus, inque solo, quod texerat herba, iacebat et pictam posita pharetram cervice premebat 592 in testimonio Cledonii 'auguror hinc Thebis bellum' *corr.* belli m.

THEBAIDOS V 5 sq. cf. Val. Flacc. V 308 sanguinei . . belli, id. VI 134 sanguineis . . bellis 78 'dulcius Edonas (edonis [a] *cod. Bern. lit.* 370) hiemes H. N.' comm. Bern. in Lucani I 675; H. N., id est 'Hebrumque nivalem.' ita enim Servius scripsit ad Verg. Aen. XII 365, a quo, cum in Statii libris lectio illa non reperiatur nec facile umquam extiterit, Lucani commentator, qui ipsum quoque Vergilii versum adscripsit, mutuatus esse videtur

Quae secuntur adicienda ad commentarios criticos, maximam eorum partem acceptam refero benignitati Hermanni Hageni. addentur enim, quae vir ille doctissimus atque diligentissimus e codice Bernensi 156 (*b*) *adnotavit, omissis quae non recedunt a vulgata medii aevi lectione. ubi igitur nulla codicis b varietas adscribetur, ibi putandum erit, ut postulat apparatus critici ratio quae est in hac editione, codicem consentire cum eis, quos littera M significatos comprehendimus; ubi autem non vulgatam sed singularem habet lectionem, si in alio aliisve libris eandem esse varietatem maior apparatus noster, ut solet, docuerit, eius vel eorum librorum signa praescriptis duabus lineis* (=) *adponam, eaque non solum varietati codicis b sed unicuique in his supplementis addendae.*

Praeterea eiusdem viri doctissimi ope atque auxilio varia lectio codicis Roffensis, cum in apparatu editionis quamvis accurate, sed non plenius descripta sit, quam Bentleio placuerat, ita augebitur atque supplebitur, ut, quidquid discrepans a vulgata lectione (*M*) *et omissum a Bentleio Hagenus e Godofredi Kinkelii exemplo excerpsit, solita illud nota r significetur; diversa autem a Bentleii lectione signo r * indicabo.*

Tertiam huius auctarii partem efficiunt ea, quae, quoniam auctorum quos sequi coactus eram fidem non satis certam esse intellexi, rectius tandem scienti corrigenda mihi iam sunt. cum enim diu frustra operam dedissem, ut Adriani Behottii observationes variarum lectionum in XII Thebaidos libros *compararem, de lectionis varietate, quam ex duobus libris vir ille excerpserat, nihil certius proferre primum potui, quam quod expressum inveni in editione Parisiensi Amari et Lemaerii. tum vero nostrae editionis opere usque ad finem quarti Thebaidos libri provecto, tandem ut potirer contigit ipsis illis plagulis, quae adnexae exemplis Lindenbrogianae editionis non omnibus sed paucis illa etiam rariores sunt. inde ea, quae editoribus Parisiensibus fide habita praetermiseram aut eorundem errore perductus falsa dederam, suo loco supplebo atque emendabo. interim placet admonere, ne ipsum Behottium quidem singulis utrumque codicem notis distinxisse.*

Pauca denique sunt, quae corrigenda mihi typothetarum neglegentia reliquit (*ad Theb.* I 96. 480 II 417 III 696 IIII 698 V 483. 607 VI 106. 261. 313. 347), *pauciora, quae passim mutari δεύτεραι φροντίδες iusserint* (*ad Theb.* II 160 III 207 IIII 175. 764).

THEBAIDOS I *inscriptionem hanc* Statii Pampinei Surculi Tholoſani *Adrianus Behottius in uno codice se invenisse, in altero eo, quem vetustissimum dicit, totum librum primum librique secundi initium desiderari adnotat. nullum codicis b titulum adscripsit Hagenus.*
1 prophaniſ *b*
2 ſontiſque *b* = *r*
11 bacho *rb* = *Bfc*
12 arcum *rb* = c^2p *Rehd.*
14 ſotio *rb* ‖ palemone *rb* = *Pc*
16 Preteriiſſe *rb*
18 $\overset{c}{\text{a}}$rthooſ *b*
24 omniſ *b* = *Brfc Beh.*, *Dan.*
26 $\overset{h}{\text{i}}$ulci *b*
29 caedat *aut* coedat *r*
30 contemptuſ *b* ‖ abeniſ *r*
31 ſydera *b*
33 chelin *r* chelym *b*
34 exiciale *r* = *Bc*
35 rebelliſ *b* = *Br*
38 Cerula *r* ‖ larneo (a *corr. in* e) *r*
39 arenteſ adſuetum *b*
40 hiſme non *r*
43 hoſtile propelleuſ caedibuſ agmen *b* = *rf Beh.*
45 Archadoſ *rb*^{1}
47 dampnatum *rb* = *Bc*
48 Oaedipodeſ *b*
52 Seua *rb*
55 praecatur *r*
56 Dii *rb*^{1} = *Pc*
58 michi *b*
59 tyſiphone *r*
62 cirrea *b* = *rc*

63 poſſim *fuit in b* = *Brfc*
64 polibo *rb*
66 quero *r* = *c* || ſpingoſ *r* ſpyngoſ *b*
67 premonſtrante *rb*
68 dulciſ *b* = *Bf Beh.*
70 Sepe *rb*
71 Mox auduſ (q. i *supra*) *b* || poene *b* = *PB*
73 praecor *r*
75 merentem *rb*
81 ordire] *fuit* ordine *in b*
84 in *ante* fratres *insertum in b man.* 2
91 ſulpureaſ *b* = *B*
92 aſtriſ (u *supra*) *b*
93 exiliit *b*
96 *codicum bc lectiones, quas typotheta non recte expressit, sunt hae:* Tenaraeae *B* Tenareae *c* || Tenareae *r* Tenareę *b* = *f*
98 athlaſ *r* = *fc*
102 cognatau/// (e *supra*) *b*
105 phebeſ *r* = *c*
106 Attracia *b* = *P*
108 lo,ga (n (*man.* 1) *supra*) *r*
109 horeida *r* orrida (h *supra*) *b*
110 cerulei *r* = *Pc*
112 ira minaſ (ł illa minauſ (a *incerta*) * *supra*) *r* ira minaſ *b*
113 ydro *rb*
114 citheron *rb* = *PB*
116 om̄ſ achei *r* = *Pc*
117 HOra (H *man.* 2) *b*
118 parnaſſuſ *b*
122 palemola *r* palemona *b* = *PBc*
123 precepſ *r*
126 egraque letiſ *r*
128 Seuuſ *b*
130 regniſ, (*ſ in ras.*) *b*
135 traunt (h *supra*) *b*
143 per duratura *r*
144 laquearıa fulua *b*
146 clientiſ *b* = *Bf*
150 cybiſ *rb*
153 tiri *r*
154 perit *r* = *P*
155 qua *b*
156 ha *b*
158 ibero (h *supra*) *b*
161 nothi *r* || frigiae (ri *in ras.*) tiriaeue *r* frigiae tyrięue *b*
164 Oedipode *r*
165 poliniciſ *rb* = *Bc* || onoſ *r* || tunc *b* = *Ppδ*
169 ethioniae *r*
171 aliquis] aliiſ (.Q *supra*) *b* || leſiſſe *rb* = *Bc*
173 hanc ne ogigiſ *r*
177 ſemper ne *r*
179 ſotiiſ *r et fuit in b*
181 ſydonii *b* || nequicquam *r*
182 carphacio *r* = *B* carphatio *b* = c^1 || querere *b* = *Bc*
184 ſętę *b*
187 Seuior *r* = *c* || adſurgenſ *b* = *PB*
189 unquam *r* = *f*
190 eſſatu rb^1 = Bf^1
191 omniſ *b* = *PB*
194 traunt *r* = *B* thraunt *b*
199 ſpaciiſ r^1 = *Pfc* || omna *r*
201 una *b* = rf^1
210 archano *r* = *Pfc* || limine b^1
212 ſciſ *b* = *Br*
213 ſecuntur b^1 = *PBfc*
214 exuprrabile (*priore* r *corr. ex alia litera*) *r* exuperabile *b* = *f*
215 quomã/uſque *b*
216 tedet *rb* = *c* || chorufco *b* = *c*
218 eoliiſ rb^2 = *c*
221 phethonthęa *b* || ſcalere *fuit in b*
222 nil actum eſt *b*
227 mouet *b* = *Brfc al.*
228 ab ſedibuſ *b* = *Brf*
229 Emenidum *r*

231 ſpacio r^1 = *Bfc*
232 prophanam *b* = *c*
234 inmerita (e *add. in exitu manus posterior*) *r*
241 ſontibuſ (o *ex* u) *b*
243 exiciale r^1 = *Bc*
246 archano *b* = *Pc*
252 magni (*om.* que) *Beh.* = *f* ‖ pharoneoſ *b* = *Brc*² ‖ inclyta *b* = *PB*
254 laetoque *b* = *Bc*
255 Reſtinguaſ *rb* = *fcδ Beh.*, *schol.*
n
256 Metitiſ *b*
i
257 ubi *fuit* t (tibi) *in b*
258 agiſ *suppletum in marg. b*
262 ſpartẽ *b*
263 thuriſ *b*
266 altorum b^1
267 Haec ſera ſubuenitque tuiſ *r* = *Bf*; *lectio vulgata ad marginem r scripta est*
271 praeter labitur *r*
272 alpheuſ *Beh.* = *δ*
273 Archadeſ *r* = *Pc*
275 Onemai *Beh* ‖ hemo *b* = *Prc*
276 in humata *r*
277 Reliquiiſ *b* = *Bf*
279 tectis] terriſ *Beh.* = *f*
283 conuitia b^1 = *Pr*
284 quenquam *r*
288 bachum *r* = *Bfc*
290 ſtigia *r*
294 herebi *r*b* = *Bfc*
302 dicam *b* = *Brfp¹γ*
h
303 aatlanciadeſ *b*
305 Obnubatque *b*
308 exanguiſ *b* = *P¹Brf¹*
309 Diſiluit *r* = *Taur.* ‖ tenuiſque *b*
311 giro *r* = *B*
dio
313 Oediponideſ *b* ‖ furtim *b* = *Laur.*, *Lang.*
t deſcendere = *δ*
317 tecedere *r*
319 haec *b* ‖ luce] laude *Beh.*
324 danaiaque *b* = *Brf*
326 ducit] *fuit* ducat *in b* ‖ heriiniſ *r** herinis *b* = *f*
328 ogyiiſ *r*
329 bacheo *r* = *fc*
330 cytheron *rb*
331 lapſumque *b* = *πδ al.*
333 ſcirone *r* ‖ ſcilleaque *r* = *c*
335 düo aüdit *b*
337 ſubiecta *b* = *Br¹fc²πγδ Dan.*, *schol.*
347 Aeolie *r* ‖ perculſa *b* = *Bfc Beh.*
348 hiempſ *b* = *PB*
349 vellunt] uoluunt *b* = *Dan.*
352 Diffunditque b^2 = *pγδ Laur.*, *Lang.*
353 Preſolidat *b*
354 atrituſ *r* ‖ ether *r*
357 gelidoſ *b* = *B Dan.*
363 lycei *rb*
377 Adcelerat *b* = *PB* ‖ ſaerarum *r*
379 meſta *r* = *fc*
s
382 Lariſſeuſ *r* Lariſeuſ *b*
383 proſimnae *r*
384 Leuuſ *rb* = *B*
385 Lernei *b* = *Bfc*
388 adclinis *b* = *PBr*
396 euo *r*
401 calidona *rb* = *Bc*
402 tideuſ *r*
404 notiſ b^1 ‖ ymbreſ *b*
409 ſotiiſ *r*
n
411 Cunctatur *b*
412 Intimuere *b*
t
415 ex *b*
416 totoſ *b* = *Brcp Pet.*, *Beh.*
420 Ripheae *r* = *Pfc*
422 reddunt *b* = *Brcδ Burn.* 258, *Harl.* 2474
423 ephoeboſ *r* = *f*
re
427 cedentibuſ *r*
433 Mo////uiſſet *b*

436 dimotiſ] *fuit* demontiſ *b*
450 hec *b*
451 Confundere *r* = *f*
452 meſti *b* = *fc*
453 calidoniſ *r* = *Bfc*
455 tectum, al. tecto *Beh.*
457 Molituſ *r* = Pc^1
458 ciclopaſ in aethna *r*
h (*man. post.*)
461 aut *r* *Beh.*
h (*man. post.*) o
462 aut *r* ‖ eſſectuſ *r* = *δ* ‖ ab-orto (a *eras.*) *b*
468 quae *rb* = $PB^1f^1c\pi$
469 ſubcedite *b*
477 pilade *rb*
479 Tam *r*
480 ſuperteſ *r* ‖ *D. Heinsius N(icolai) loco nominatur*
486 Amphitrioniadeſ *r* ‖ iuuenibuſ *r* iuuenalibuſ (i *supra*) *b* = PB^1
488 Terribiliſ (e *supra*) *b* = *P* ‖ ſętiſ *r* = *PB*
490 Eexuuiae *r* ‖ calidoniſ *r*
494 ſentit *b*
495 Adfore *b* = *PB*
499 tranſmitiſ *b*
504 adſiſtaſ *b* = *Br*
507 electa] ł et flexa *supra scr.* r^{1*}
512 etianum *r*
521 Adgreſſi *b* = *PBr* ‖ lichniſ *r* = *Bfc*
522 Hiſ *b* ‖ exſanguia *rb*
527 limphiſ *rb*
528 ora (r *in ras.*) *r* ‖ faedata *b*
529 longeuuſ *r* = *PB*
534 Archano *r* = *Pc* ‖ egreſſa ethalamo (*prior* a *corr. ex* e) *b* = *Brf*
539 redire *b* = *f*
543 Adſueti *b* = *B*
544 praefecto b^1
545 vagas] *om.*, *sed supra lineam scr. man.* 1 *r*
548 frigiuſ *r* = *fc* phyrgiuſ *b* = B^1
550 meſti *rb* = *Pfc* ‖ ſonatia (N *supra*) *b*
554 comitum ſociumque euicta (N *supra*) *b*
557 ea] hęc *b*
560 Religio *b* = *Bf*
563 Tetrigenam (r *supra*) *b* ‖ phitona *b* = *rfc*
567 adſumptiſ (b *supra*) *b* = *B* (*rf*)
569 caedi *Beh.*
571 *et* pubem ineuntibuſ (et *eras.*, *in marg.* uix) *b*
575 nemei *b* = *Pc*
586 peccori *r*
587 uiridi *b* = *Pm*, *si quid ex silentio Hageni colligi licet*
590 Diſiicit *Beh.*
595 loeto *r* = *f*
597 acherante (o *supra*) *b*
601 tum *b* = $Brfc^2$
602 recentiſ *b* = *rfc* *Beh.*
603 Arripere *b* = *rfp* *Beh.*
604 Diueſci *b* *Beh.* = *Brfcδ*
605 preſtanſ *r* = *B*
607 Fama *r*
610 heret *r* = *fc*
611 umgueſ *b*
621 Hic *rb* = cB^3
622 exanimoſ *b* = *Prf* *Dan.*, *Busl.*, *lemma schol. Bamb.* ‖ aſperoſque *b*
628 inſurget b^1 = *B*
631 nubularum *r*
634 leuiſ b^1, leuuſ b^2 = *Pf*
635 ſyriuſ *rb*
637 cede *r* = *Pfc*
643 thimbree *r*
645 cede *r* = *PBc*
648 Queriſ *r* = *fc*
649 iactura (que *supra*) *b* ‖ orbi *b* = *PBrfc* *Taur.*, *Beh.*
650 caelo (*om.* est) *b* = *Prπγδ*
651 obtime *b*
655 et quid (s *supra*) *b*
658 faretraſ *r* = *B*

i
665 ſtupefacta b
669 Voſque b
rg
671 Clamor it r || agroſ b
673 meſtoſ rb = fc
674 leſum rb
675 tunc b
677 michi b
681 michi b
683 aduerſum b = p *schol.* || miceniſ rb = Bc
686 occaſſibuſ r
687 ſirteſ r
692 sed iam] etiam rb
693 yperboreae r
695 iterumque *alterum om.* r^1 (*add. manus recentior*) iterumquę canamuſ iterumque b
696 liciae rb = Bfc
699 thimbreuſ rb
i
700 frigioſ r = c || ſubiſſe b = PBf
701 egeum r = fc
702 Cinthuſ r || adſiduam b = PB
n
703 letanduſ b
704 etherii r = f
707 laetifer b = Bc
708 que mutent (e *ex* a *corr.*) b
709 friga r = f phyriga b || honore b = *Taur.*, *cod. Burmanni*
710 tition r = fc^2 || ſtigiiſ r ||
x
ettendiſ b
712 megera b = Bfc
713 ſlegian r
715 ſamen b
en
v. 718 *in marg.* r || achemiae b || oſyrim r
719 ripibuſ r
720 mitram r = fm

PAPINII STATII SURSULI ThEBAIDOS · LIB̃ · I · EXPLIC̃ · INC̃ · II · b

THEBAIDOS II 4 zephiri r zepyri b || faeda b
5 ſtix rb = Bf
6 claudunt b = cπγδ
15 et iam] aetiam b
16 leua r = fp
18 egreſcere rb = Pf
20 eriniſ rb = PBfc
22 Theſaliſ rb || archano rb = B^2f
27 omniſ *Beh.* || capidum b
30 letheo rb = PB
† tenora
32 Taenara] tenera r enera b
d
34 capud b = f || ammittit b = B
35 hymbreſque b
vv. 37—40 *om.* b = P^1B^1M
41 longaſ b = B^1
† nutat
42 natat r
44 Tenaroſ rb
h
46 arenaſ b
48 pallentiſ b *Beh.* = PBfc *Dan.*
50 archadii r = Pf
53 loetique r = f laetique b = P
55 tum b = Brfc *Beh.*
58 Unde r
60 adſurgit b = PBr
63 Sydera b || cirre r
64 buſtro r
67 et celſiſ rb = PB
68 aetiamnunc b
72 te *om.* r = P^1 || euhie b = PBc^1
76 hanelum b = B
80 cythaeron b
v. 82 *in margine b scriptus est eadem manu*
ill
90 adlapſuſ r
91 extructa rb
92 nichil b
ſ
94 uiſuſ (*m.* 2 iuſuſ) b
95 longeui rb = B
u
105 aſtriſ b = f
108 ſcit b = PBM

h
116 abe *b* ‖ cccumque *rb* = *B*
t federe ceptif
118 ſine ſide receptiſ *r* ſine ſide receptiſ *b* = Bc^1
119 micenaſ *r*
122 Deripuit *rb* = *Bfp*
123 cede *rb* = *Pf*
124 umdanti *b*
125 menbra *b*
141 talaonideſ *b* (*ex silentio Hageni*) = *fp*
142 Dirceuſque *rb* = *B*
143 thoriſ *b*
148 Fa¢ta *b*
150 archanaſ *rb* = *PBf*
158 petat *b* = *fy Taur.* ‖ michi *b*
160 *vide notam ad Theb.* V 682
162 armiſ *b* (*ex silentio Hageni*) = $P^1B^2r^2fc\gamma^1\delta$
163 Obtauere *b* = *f*
e
164 Obaliofque *b* ‖ achea *rb* = *PB*
s
166 Faedera *b* ‖ piſeique *b*
167 michi *b*
170 Dii *rb* = B^2f
a (*m.* 2) = *p*
175 audentior *r*
178 cedit *r* = fc^2p
179 ſiciolif (*in marg.* ſicioniſ) *b*
182 umdiſ *b*
183 Hiſtmoſ. *rb* = *Bf* ‖ ſummouet *b* = *B*
184 micaenaſ *b*
192 adfixique *b* = *PBr*
202 himeneiſ *rb* = *Bf*
h
204 deyphilen *r* deypilem *b*
rg
213 agroſ *b*
214 loeto *b* = *P* ‖ caetu *b* = *B*
218 leuum *rb* = *f*
219 phorone'oſ *r* phoroneoſ *b* = *Bf Dan.*
227 matrum *b* = *BM*
239 Cyntho] cincto *b* ‖ aracintho *r***b* = *Bf*
243 fraretraſ *r*
246 Hii . . . hii *b*
249 dira *non in utroque, sed in uno Behottii codice legitur*
253 est *om. r**
258 heuippi *b* = *P* euripi *non uterque, sed unus Beh.*
u
261 tba *b*
264 terroribuſ *unus Beh., non uterque*
265 tu] tum *b unus Beh.* (*non uterque*) = PB^1rc
y
267 Aermonae *b*
y
272 Hermionae *r** Harmone *b*
vn
273 hoc *b*
276 ſlorentiſ *b* = *Bc* ‖ zmaragdoſ *b* = *PBr*
277 adamantia *b*
279 Fulminuſ r^1 Fuliminiſ *b*
282 auro *unus Beh., non uterque*
283 Tiſiphoniſ *r* = *P* Tyſiſoniſ *b* ‖ cęſton *r* coeſton *b* = *B*
284 unguit *b* = B^1
286 phaſitea *unus Beh.*
y
290 Hermionae *r** Harmonia *b* querellif *rb*
294 deorum *unus, non uterque Beh.*
297 ſororeſ *unus Beh.*
300 Ante igniſ *b* = *B Dan.*
303 impiaſ *b*
307 hiſmeniuſ *b* = *Brfp*
320 qua] quaſi *b*
324 pulſiſ ſolito *unus Beh.* (*Amari et Lemaerii errore perductus in variam lectionem recepi* ſolido)
325 iuenca *b*
327 quercuſ *b* = $P^1B^1r^1$ *Dan.*
331 tacitaſ *b* = *Br*
338 magna *unus Beh.*
341 flamea *r*
343 tu incomitatuſ *r*
iſ = π^2
344 decedere *r*
350 Territat ha *b* = *M*
361 adherit *r*

366 Vincxit *b* = *B* ‖ adfatur *b* = *PBr*
368 Nam *b* = *Brfc Taur.*
369 Pertemptare *rb* = $PBpf^3$
372 Aetholum *r*
373 Deyphile *r*
377 vix] *fuit* uiſ *in b*
379 eooſ zephireſ *r* eoo ſtephireſ *b*
382 eleuxi *Beh.* 2
384 etheoclea *rb* = *fm*
385 Sublimen *b*
386 ferenſ *b* = B^2m
389 ramo *b* = *Bfc Taur.*
versum 391 *in margine supplevit manus* 1 *b*
394 Federiſ *b*
396 deſcendere, *non* diſcedere *exhibent Beh.* 1. 2, *in alterius autem margine* al. diſcedere
398 ſuccederat b^1
405 ſubmiſſum *unus Beh.*
408 te(m)net *r*
417 qua] quam *b* = *PBM* ‖ torvus] *typotheta commisit*, *quod in varia lectione codicum fc* torruuſ *expressum est pro* toruuſ
419 inimicent] ł immiſcent *in marg.* r^2 = *π Beh.*
429 ditauit rb^1
431 dane *b* = f^1
436 pelophſ *b* = *B*
440 qua (*fuit* quam) *r*
443 Adſueuere *b* = *PBr*
448 Hoſ ego *unus Beh.*, *non uterque*
452 Ingecit b^1
453 re(d)deſ *r*
460 excidia *b*
461 SFunera *r* ‖ ſanguineuſque r^1b = *PBfp*
463 Mire quidem b^1 = $P^1B^1f^1$ Mira quidem b^2 = $B^2rcf^2\delta$ *Beh.*
464 ſet *unus Beh.*
467 etiam̄ *b*
470 ſaetiſ *b* = *PB*
473 limquenſ *b*
477 Conſilium *unus Beh.*, *non uterque*
479 et culmine *b* e culmine matreſ Proſpectant ſummo *unus Beh.*
481 regı// (*fuit* regni?) *b*
483 bella(o) *r*
490 o timidum (*non* tumidum) ſemper *unus Beh.*
502 arce *b*
505 Oedipodionidae *r* Oedipodionide *b*
506 Pallentiſ *b* = *Bf*
508 Reliquiaſ *b* = *PBf*
510 Conluſtrat *b* = *PBrπ*
514 Liuentiſque *b unus Beh.* = *PBf*
515 adplauſu *b* = *PBr* ‖ hora *r* = B^1
518 adfligeret *b* = *PBr* affigeret *unus Beh.*, *non uterque*
521 comoda *r*
524 pericula (tura) *r*
525 Adnixi *rb unus Beh.* = *Pfπ*
533 Obſtipuit *b* = Pr^1 *schol. Bamb.*
541 olenei *unus Beh.*
551 prodire] ł exire *sera manu supra scr. in r* ‖ ex uallibuſ *unus Beh.*
553 Conlucere *b* = *PBr*
556 abſciſiſ *b* = *Prf*
564 Magnanimiſ *fuit in r*
570 tempnenda *b* = B^1
571 fulmeneuſ (i) *r*
573 confiſuſ (es (*man.* 2)) *b*
574 aliſ *b* = *fπ Beh.*
578 genſtanſ *r* ‖ adclinia *b* = *PBr* accliuia *Beh.* 1 adcliuia *Beh.* 2 = *π*
586 thrait *b*
588 diffuſuſ *b* = *rfδ Taur.*, *Beh.* 1. 2
591 ipſe *b* = *cπ Beh. man.* 2

592 ſociaſ *unus Beh., non uterque*

c (*man.* 2)
593 ruentiſ *b* = *rf schol. Bamb., Burn.* 258

in (*a manu recenti*)
594 expugnabiliſ *r*

596 aera *unus Beh.* = *f*

ſ
599 lapſo *b* ‖ piragmone *r* ‖ tempnenſ *b* = *B*

615 honeriſque *b* = *B*

616 euhan *b* = *Bc*

620 Increpitanſque (que *primum fuerat omissum, deinde insertum eodem calamo*) unuſne uiri *unus Beh.*

634 Exaurit *b* = P^1 ‖ cohercent *rb* = PB^2p

636 coſtaſ perfringit lancea curuaſ *unus Beh.*

644 parmaque] *fuit* primaque *in b* ‖ moenethum *b*

650 pthebiſ *b*

652 cenam *r*

654 obtanti *b* = *r*

655 nichil *b* = *c*

656 lachrimaſ *b*

661 triaterica *b* = $Brfc^2$

667 prelia *b*

670 cauſoſ *r*

674 Roribuſ et teatra *b* ‖ morientium *r* = *P* ‖ aſpargine *rb* = *PB*

N
‖ manat *b*

676 Maſſilaſ *rb* = Bfc^1

677 gratiatae *r*

688 Adnuimuſ *rb* = *B*

689 obtanda *b* = *B*

692 oma *b*

696 Dampnatur *b*

697 es *om. r*

702 Multiplacare *r*

703 Eenſe *r*

705 iacentum *unus Beh.*

707 iam dudum *unus Beh., non uterque*

716 horrere *r**

r
718 mauoſ *b*

719 abnue *corr. in* annue *b*

721 diuertiſ *rb*

724 aequorum *b* = *B*

o
626 parthaniſ *b*

728 nunc *r*

729 Collibiſ *r*

v. 735 *om.* b^1, *inter lineas addit* b^2

738 uitaſ *b*

PAPINII · SURSVLI · STATII · ThЄBAIDOS LIB̃ SЄCUNDUS EXPLIC̃ INCIPIT TЄRTIUS *b*

THEBAIDOS III 1 aonie *r* ‖ perſiduſ *b*

5 Suppicium *b*

6 ei mihi *b* = P^2Brfp

13 cromiſ *r* = *c* ‖ dorilaſ *r* = *Bf*

17 heret *r* = *f*

21 faciauerit r^1 = *PBf*

22 incoepti *r* ‖ *in textu corrigendum est* paenitet, *et variae lectioni addenda sunt haec:* poenitet *BM* ‖ penitet *r* = *Pf* ‖ ac] aut *b*

28 mallet *r* = *fδm*

32 merentibuſ *rb* = *p*

34 thetiſ *b* = *Brfc*

35 ineoo *r* ‖ yperiona *r* = *P*

37 citheron *r* = *P*

q. (*man.* 2)
39 ſeptenae *b*

42 Hęmonideſ *r* ‖ notari] negari *corr. ex* necari *b* = *Dan.*

44 omniſ *b*

e (*man.* 1)
46 ſtragu *r*

47 erile *r* = *PB*

50 harena rb^2 = *PBfp*

51 Queſtibuſ *r* = *P*

t
52 Odit eamiſſoſ *b* ‖ thauroſ *b*

56 ſuppremuſ *b*

59 tideuſ *r*

61 ira *b* = *P*[1]*Brſ Colb.*, *Dan.*, *Par.* 8053 π^3
64 ſotium *r*
67 michi *b*
68 loeti *r* laeti *b*
69 michi *b*
70 nichil *r*
73 Et cum ſanguineo *b*
75 adſiduiſ *b* = *PB*
77 Adſilient *rb* = *PB*
79 flegiaſ *r* = *ſc*
80 irąe *b*
81 Perturbare *unus Beh.* = δ ‖ audauerat (n *supra*) *r*
83 nunquam *r*
85 fama (t *supra*) *b*
93 Concilium *b* ‖ coniunx *b* = *P*[2]*Br*
95 letąti *r*
96 actenuſ *rb*[1] = *Bſ*
98 nequicquam *r*
100 Si dignum *r* *Beh.* 1. 2 = *Bſc* Indignum *b* (*ex silentio Hageni*)
101 vadere contemptum reges] *cf.* *Theb.* VI 657
102 ſanccire *b*
106 cirreaque *r* = *ſ* cyrreaque *b*
122 puſ (i *supra*) *r*
123 miſſerrimuſ *r*
131 Nequicquam *r*
134 idae *r* = *Bſ*
138 inplexam *r*b* = *P*
139 Querit *r* = *B*
140 haut *b* = *PB*
145 animorum *rb*[1] = *Bc* ‖ quaeruntur *r* = *B*
155 qua tangere (+ contingere *supra*) *r*
158 ululato *b*[1]
159 michi *b* ‖ quippe] qui prope *r*
161 facti *b*
162 Queſiſtiſ *r* ‖ uultuſ (n *supra*) *b*
164 iacentiſ *b*
166 loeti *r*
167 ſubpremiſ *b*
170 Hic thonium *r** Hi cthonium *b* ‖ hic mater enthea *b*
171 Aſtioche *r* Aſtiocheſ *b* = *M* ‖ phoedime *r*
173 Phillea *r* ‖ achamanta *r*
174 Tum *r*
177 ſuoſ *b* = *Brſ*[1]
185 funera (e *supra*) *b*
187 Semianimum *unus Beh.* = $\pi\delta$
194 quereret *r* = *P*
196 Primeuique *r* = *c*
198 ingentes] *fuit* ingenitaſ *in b*
202 temerarįe *b*
204 Defleuerim *b*
207 *vide notam ad Theb.* V 325
211 quantum *b* = πm ‖ rubetiſ *r*
214 etheocliſ *r*
217 ſaeraeque *b* = *B*
220 aciri *r*
221 cedibuſ *r* = *P*
222 etheriaſ *r*
226 aemulus] eminuſ *unus Beh.*
227 etiamnum] etiamnunc *fuit in b* ‖ efflare] afflare *fuit in r*
229 agroſ (*supra scr.* argoſ *eodem stilo*) *unus Beh.*
231 frenos] animoſ *unus Beh.*
236 tideuſ *r*
241 fama (t *supra*) michi *b*
242 horigine *b* = *B*
243 prelia *r*
244 Quod ni *b* = *PB*[1]$r\pi$
245 ſonitiſ (i *supra*) *b*
247 eliſioſ *r* helyſioſ *b* ‖ michi *b*
250 cerula *r* = *P*
253 adtoniti *b*
256 littora *r*
261 leuum *r*
265 ſommo *b*
266 Adclinata *rb* = *PB*
270 abholere *r*
271 Negenuſ (c *supra*) ermione *b*
274 michi *b* ‖ cathenae *b*
275 at] aut *b*

276 leſi *r*
277 michi *b*
280 aena *b* = *PBrf* ‖ prȩcando *r*
281 hoc *om. b* = *Brfπ*
282 tirio ſotiare *r*
283 hymeneiſ *r* = *P*
285 tyrio *unus Beh., non uterque*
286 ha *rb*
288 Tranſ reboam *b* ‖ trachaſque
ł tuoſ
tuaſ *r* trachȩaſque tuoſ *b*
290 illiricaſ *r*
292 leua *r*
293 Haut *b*¹ = *PB*¹*c*
295 michi *b*
298 cede *r*
299 adſiſtere *rb* = *PB* ‖ auelle *r*¹
307 contempnere *b* = *Bf*
398 pro] puro *b*
309 Adtremere *b* = *PBr*
312 tiriiſ *r*
319 Othrin *r* Othyrin *b* ‖ arcteae *unus Beh.*
321 Seua *r* ‖ celumque *r* = *P*
322 agris] aruiſ *unus Beh.*
324 daneia tideuſ *r*
325 proſimnae *r*
327 umeriſ *b* = *B*
332 proſciſſiſque *unus Beh.* = *Pm* ‖ armiſ *b*
333 Tum quoque *rb* = *Bfc Beh.* 1. 2
334 harena *rb*² = *Pfp*
337 Quicquid *b* = *f*
340 Eſſe *b* = *B*¹*rc Dan.*
341 uulnera paſſum (*non* paſſim) *unus Beh.*
349 Auctor *b* = *Brfcδ Beh.*
nudũ (*m.* 1)
358 uudi ignarumque *r* nudum *deest in b*
359 Nequicquam *r*
360 hoſtiſ *b* = *Brfc*
q;
361 exangueſ *b* = *Br*
364 inſicata *r*
366 Inachide *r* = *P*
en (*man.* 1)
367 o ego] ego *r*
380 tideu *r*
384 euo *r*
p
397 excoeptuſ *r* ‖ colũ,na *b*
398 epidauruſ eluit itnon *r*
401 utrimque *r** utrĩ//que *b*
404 meona *r*
406 tiriuſque *r*
407 hȩſperii *r*
409 sub fonte] de fonte *unus Beh.*
410 cursibus] paſſibuſ *unus Beh.* ‖ Horae] ore *r* ʿorae *b*
412 humantia *r*
415 motusque] ſaltuſque *r*
418 Lapdatioque *r** = *p* ‖ tidea *r*
420 armifer *b* = *PBrfc*
421 archadiac *r* ‖ nemeaque *rb* = *Bfc*¹
422 theraphnaſ *b*
423 thonitru *b* = *B*
426 ſuccinta *b*
431 ſcithica *r* ſcytica *b* = *P* aſta *b* = *c*
433 preſe *r* = *B*
i
434 egeo *r* ‖ triſteſ *b* = *rf*
435 nimbique] non ibique *r*
438 Cicladeſ *r* ‖ micono giaroque *r* ‖ reuella *b*¹
442 archana *r* = *Bf*
446 ſcapuliſ *fuit in b*
452 amithaone *r* = *Bf*
454 Aſſotiat *r* Adſociat *b* = *PB*
455 oraque] Omniaque *unus Beh.* cirrhea *r* ‖ ſociaret *idem. Beh.*
458 duraque *b* = *Dan.*
461 lernei *r* = *B*
463 uoluta *r*
465 poene *r*
469 al/genteſ *r*
470 ecliteſ (eclideſ *man.* 2) *b*
474 cirra *r*
476 Caoniaſ *r*
479 piſſe *r**
480 lichaonia *r* = *f*
481 dictee *r* = *Pf*

492 lernea *r* = *PBf*
493 leuuſque *r* = *B* || omniſ ſin *rb*
494 archana *r* = *B*
496 faetuſ *b*
499 cunctaſ *b* (*ex silentio Hageni*) = B^2pm
501 amithaoniuſ *r*
502 limine *b*
505 omne *b* = *r*
513 timbree *r*
515 cedunt *r* = *c*
i
517 pma *r*
520 Obſtipuere *b* = *PBr*
521 Sepiuſ *r* = *f*
525 cigni *r*
526 ſtrimonia *r* = *P*
527 fecunda *r* = *PB*
529 immoti *r**
531 choorſ *b* = *f*
533 inachi *r* = *Bf*
535 Cedibuſ *r* = *f*
l
537 ſtilare *r*
538 lęto inuiſ *r*
540 animaſ *b* = *Dan.* || adortum *b*
544 prepete *r*
547 more *b* = B^1rf^1c *Dan.*, *Beh.*
vv. 548. 549 *inter lineas sunt scripti manu* 2 *characteribus minoribus in b*
552 eger *r*
553 hoc *om.*, *sed supra verbum* munus *add. b* = *B*
559 at] aut *b*
560 auī *b* || ſate *r*
563 *in uno ex codicibus suis* debile *se legisse non adnotat ipse Behottius*
578 linquere *r* || loeti *r*
t
584 atrito *r* atrito *b*
585 Hii *r* || erea *r*
586 Toracum *r* || calibum *r* = *f* || ſcalore *b*
587 cortinia r^1b = *M*, gortynia *in margine r* || tentant *unus Beh.*
590 Cedere *b* = *c*
592 meſtique *r*
594 tirrhoeni *r*
595 Encheladuſ *r*
p
597 abruta *b*
602 Fata *unus Beh.*
605 aetheoſ *r* ethęneoſ *b*
608 Inachadae *r*
610 accintae *b* || genteſque *r*
rg
631 agroſ *b*
636 Caſſuſ *r*
637 penetria *r*
642 lacheſin *rb* = *Bfc* || ſecula *b*
uaniſ
652 ut auibuſ *b*
p
655 abru,ti *b*
663 Iſmenum *b* = *B*
667 terrificiſque *r*
669 frangor *b*
671 terrenſ r^1, torrenſ r^2
683 iam] ia *b*
685 occeanum *b*
686 adfuſa *b* = *PBr*
693 orror *b*
696 tacentiſ *PM*] *corr.* tacentiſ *BM*
698 huic] hinc *b* = *f* || *vox* obuia *deleta erat in altero Behottii libro*, *tum hae suppositae:* o ubi = *P* || primo *b*
700 faeta *b*
ue
702 tuoſque rendoſ (tuoſque *in ras.*) *b* = *Brcπδ Beh.*
705 caſtae *comment. Bernens. in Lucani* II 347 = *P* || nubſiſſe *b* = *B*
710 pater *b* = *Brfcπδ*
712 querellaſ *rb* = *B*
718 neue *r*
721 adſurgere *b* = *PBr*

PAPINII STATII SURSULI THEBAIDOS LIB̄ III EXPLIC̄ INCIPIT QUARTUS

THEBAIDOS IIII 4 miseris data] miserandi (i *ultima in ras.*, *fuit* a) *b*

8 Aoniae celso] aduerſę in celſo *b*
15 pallet et] Palletque *r*
19 ſaltantum *b*
20 Suspiranda] Spiranda *b*
23 fractaque *r* = *P*
25 anchora *b* = *PBf*
27 mandantefque *b*
vv. 29. 30 *desunt in b* = B^1 *Burn.* 258, *scholiasta*
31 nota pupim *r* nota puppim *b* = *M*
32 fana *b* ‖ uetuſti *b*
33 duce ſ c] *corr.* duceſ *c*
35 manu *b*
43 lunctatur *r*
44 proſumna *r*
45 midae *r* mide *b* ‖ phillof *r** philoſ *b* = *Bfπδ*
47 clione *unus Beh.*
49 regiſ *unus Beh.* = π^2
53 luſtra [re] ſeueriſ *r*
54 Heumenidaſ *b* = *B* Eumcnideſ *unus Beh.*
55 anelanteſ *b*
56 trachum *r*
57 cadmeiumue *r**
59 querellaſ *b* = *PB*
60 uatam [v] *r* ‖ anniſ *b*
62 atterriſ *b*
64 ceſa *b* = *B*
67 Adſueti *rb* = *PB*
69 poſſeſa *b*
71 atemptare *r*
74 longeuo *b* = *P* ‖ dirceuſ *b* = P^2B^2
75 Ligna *r* ‖ gerent r^1, al. ſauent *in marg.*
76 choorſ *b*
77 heſit *b*
81 teſeya *b* ‖ troezę *r* = *B* troeze *b* = *c* troeſe *unus Beh.*
86 haſtalia *r*
100 ſiccauerę[i]t *r*
102 philene *b* = *δ*
108 Auſiſ *r* = B^1
110 Omibuſ *b*
112 pudeſ *r*
117 lircēę *r** lircec *b* = *f* lirceae *unus Beh.*
119 perſe,[i]a *b*
122 ari[h]ſtaſ *b*
124 he,[th]neę *b*
125 Mitit *b* ‖ philoſ *b*
126 pilo *r*
128 amorum *r*
130 iuba// *b*
131 ac] et *r* = *m*
136 nemeuſ *rb* = *Bfc*
137 inane *r**
140 ilęuſ *r* hilaeuſ *b* = *B*
141 ferreque *b*
148 Infoeconda *r*
153 ammenta b^1 = PB^1
v. 154 *manu 2 interpositus in b*
156 phateriſ b^1
157 peana *r* = *f*
165 e toto *r*
166 erecta *unus Beh.*, *non uterque*
167 aenc *b*
168 honuſ *b*
172 in ferro *b*
174 ſubtegmine *r* ſubt[eg]mine *b*
175 *vide notam ad Theb.* V 510
176 ulli *b*
179 ithonę *r* ithone *b* = *f*
180 trhyon *r* t//yon *b* ‖ ephy[i] *b*
181 phteleon *b* = B^2
183 Aoniaſ *b* = *rcπδ* ‖ tamyruſ *unus Beh.*, *non uterque*
185 q[is] *b*
193 coniunx *b* = *PBfπ*
195 excedere *unus Beh.*
199 Exuerat cultuſ *unus Beh.*, *non uterque*
202 timorem] tumultum *unus Beh.*
204 claudarc *Beh.* 1. 2 = *p*
206 Aermionę *b*
208 coniunx *b* = *PB*
212 Irr[v]ipit *b*

217 caſiſ *r*
219 abhenaſ *r*
224 maleae *b*
i
226 phariſ *b*
227 oliuiferique *Beh.* 2 = *fcδ*
228 im puluere *b*
230 animiſ] uiriſ b^2 = *Dan.*
232 ephoebum *b* = *PB*
233 coronata *b*
235 clamiſ *rb* = *f*
240 inlecte *b*
245 et *om. r* = *π* ‖ hymber *b* = *B* ‖ harenaſ *b* = *PBf*
248 ſaltuſ tum forte *b* = *B*
255 napeaſ (e *in ras.*) *b* = *f*
258 dicteaque *b* = *PBf*
260 audaciſ *b* = *rfc Dan.*, *Beh.* 1. 2 ‖ perculſuſ *b* = B^2 *Dan.*
266 hiberiſ *b* = *PBf*
269 corinthoſ *r** corythoſ *b* ‖ harundine *b* = *PBfc*
v. 270 *om.* r^1, *sed habet in margine eadem manu seriore scriptum, quae addidit v.* 29 = *Bf Beh.* 2
275 Archadeſ *r* = *f*
276 quoſ *unus Beh.*, *prima tamen littera supposita*
278 Ammirata *r*
a
280 umbroſ *b*
281 Faxinuſ *r*
282 Hii *b* = *Bc*
285 Moenala *r* ‖ parthemium *Beh.*
286 Rhipheq; *rb* ‖ enipſe *uterque Beh.*
o
290 ſacer *b*
292 azon *Beh.*
c
294 nonagria *b*
295 archemonoſ *rb* = *π Beh.*
296 Aepitioſ *r*b* ‖ ſophydaque *b*
298 Stimphallon *b*
302 tela] tale *r* ‖ hiſ caſſida *unus Beh.* = PB^1
308 alti *b* = B^1rfc
313 obſtacia *Beh.*

315 parſa *Beh.*
323 obnixuſ *Beh.* = *c*
324 pone *b* = *B*
325 et niſi *Beh.*
chil hic (*man.* 2)
326 ni mea tela *b*
330 omnia *r* = *cm* ‖ ueri *Beh.* = *Bf*
us
335 firmi *b*
diu (*m.* 2)
343 nequit illa dimittere *b*
v. 347, *qui paginam claudit, praeponitur versui* 346, *a quo nova pagina incipit, in b* = *B*
349 diſtringere (*prior* i *in ras.*) *b* = *δ*
i
354 duceſ *b*
356 adcreſcere *rb* = *PB*
360 boetiſ *b* = *Brc*
362 mouetur *b* = *rc Beh.*
364 ſaetiſ *b* = *PB*
365 iantia *r*
369 Adcumulat *b* = *PB*
371 Hernaeoſ *r*
375 ſaetuſque *b*
380 tryſidamque *b*
v. 386 *om.* r^1 (*in marg. r addidit manus posterior*) *b* = *Bfc* ‖ ligurgo *uterque Beh.* = B^3
387 nouiſſime *b*
392 regni] regiſ, *al.* regni *Beh.*
ł frugeſ
400 truceſ *r*
402 montem] campum *Beh.*
n
405 demigrate *r*
ſ; (*man.* 2)
413 Tam *b*
415 hiſmeni *b* = B^2
420 frondis] frondet *Beh.*
426 cedriſque *Beh.* 1. 2, *liturae in utroque*
429 lumina b^1
431 dulciſque *b* = *Bc Beh.*
432 monet *Beh.*
434 patet *b* = *rc Dan.*
440 im proelia *b*

449 Tun ſera *b*
454 adgeritur *rb* = *Bπ*
455 aduolui//t *b*
456 Triſ *unus Beh.* = *PBrf schol.* || acherunte *r*
ſ ł in auraſ
458 infoſuſ *r* || in aruiſ *r**
460 fonteſ *Beh.* 1 fronteſ *Beh.* 2 = *Brf* || cypreſſuſ *Beh.*
462 Signata b^1
471 clauoſ *b*
482 perſee *b* = *Prfcπδ*
483 Nubibuſ b^1
484 herebo *rb* = *f*
494 gaetuleę *b*
496 ſudatia *b*
497 greſuſque *r*
501 diuae, *deinde correctum* dirae *Beh.*
504 rapido b^1 = *Beh.*
507 adtollere *r*
509 herebique *r*
511 atque] et *Beh.*
514 quicquid *r* = B^2f *schol.* || noſciſque b^1
515 aecaten *r* haec̶catem *b*
518 auidae *b* = B^1rfc^1
519 exſangue *r* = *P* exanguae *b*
520 aeliſium *b*
522 harenaſ *rb* = *PBf*
523 flegeton *r* = *fc* flegethon *b* = *B*
ł ſilentiſ = f^2 *Lang.*
528 ſilenteſ *r*
529 ſuper imminet *Beh.*
530 cortiniuſ *b* = *rfc*
531 nimiſ *b* = *P*(?)*Brf*
535 Vincla *r*
541 Imſpexi *b* || echate *r* = *c* haecate *b* = *B*
542 im pectora *b*
543 adpelle *b* = B^1
544 aliaſ animaſ *b* = $rf^1c\pi$ *Beh.* 1. 2
546 quiſ uultũ *b* = *Dan.*
548 mone *rb* = *fcm edd. vett.*
550 regit et *b* = *BM* regat et *unus Beh.* = *m*
551 ł caeeo r^2* ęeo *b*
552 adſata *b* = *B*
560 cupiunt haurire *Beh.* = *m*
562 autoneen *Beh.* || hanelam *b* = *B*
563 artuſ *r* = *B*
567 lethoeſ *r* loetheſ *b* = *f*
571 honuſto *rb*
577 nil] Hiſ *r*
580 adſurgere *b* = *PB*
581 tenuiſque *Beh.* 1 = *PBM* tenui *Beh.* 2 || inpelliſ b^1
590 ſoeuo *b*
593 monstraut] poſſunt b^2
597 chtoniumque *b* = *Brc* ctoniumque *unus Beh.* = *P* thoniumque *alter Beh.*
599 nil *in marg.* ł nihil *r*
602 Atque iterum deuſ haec dicit *b*
605 inmitti *r**
607 uultum *b* = *m edd. vett.*
613 Exitum *r*
614 in *om.* *b* = *Brπδ*
615 ſenſit *Beh.* *uterque* = *rm edd. vett.*
621 miſerante *b*
622 et obtata *r*
629 ł precari r^2*
631 lato fodit *unus Beh.* || hortuſ *b* = *B*
634 im proelia *b*
quo
636 equidem me *b*
638 trait *b* = *B*
643 enſiſ *b* = *B*
645 relinquit *b* = *Brf Beh.* 1. 2
e
646 nemen *b*
649 que quiſ iraſ *add.* b^2
655 adſueuerat *b* = *PBrf*
662 ſed nunquam *unus Beh.*
n
670 excidere *b*
dic̃
681 anhela *b*
683 ſilentii *b*
688 nemeoſ *r* nemeeſ (eſ *in ras.*) *b* nemeen *Beh.*

690 ni ceſſet *unus Beh.*, *falsa dederam in varia lectione*
692 Erigoneſ] egrigonoſ b^2
698 ſitiſ *f*] *corr.* ſituſ *f*
704 omneſ q. a. natatuſ *b* = B^1
705 ſupreſſit *r*
706 aeoae *b* = *B*
709 Aegyptuſ *b* = *Bcδ Dan.*, *Beh.*
712 aduerrenſque *b* = *Brfc Dan.* || charadrus] cadra dux *unus Beh.*, *lectionem* cara dux *nullam notavit Behottius*
720 fluuii *unus Beh.*, *non uterque*
722 trihetheriſ *b* = *B*
725 ore *unus Beh.*, *per lituram recentem* || anguſti, *tum addita* ſ *alio stilo idem Beh.* || peruſtiſ *b*
732 dominumue *rb* = *cm*
735 ſuperet *Beh.* = *Pδm*
739 heuchiuſ *b*
741 ophetteſ *unus Beh.*
743 neclaeta *r*b* = *Bfc Dan.*, *Beh.*
749 arcyteneuſ *b* = *B*
751 enim *om. r*
752 maeſta *b* = *PB*
754 ſitiſ aſpera *unus Beh.* = *P Colb.*, *Rehd.*, *Gud.* 52
758 tu] heu *b*
763 *sq. fortasse*, *si verum indicat P*, *Statius scripsit:* numerumque rependam sanguinis (*id est: interfectorum hostium*), et magna hic lucus signabitur ara

v
764 luciſ *b*
768 dimiſſo *b* = *Brfc*
769 uobiſ quidem *b*, *sed siglis appositis vulgaris ordo restituitur*
770 haut *om. b*
776 rabidi *unus Beh.* = *Pc* || limite *Beh.* 1 = $P^1δ$ lumine *Beh.* 2 = P^3B^3m
777 fulgurat (u *in ras.*) *b* = *rπ*, *itemque unus Beh.*

† poni † neganteſ
780 ponitque negantem *r**
793 inherrat *r*
794 otriſia *r*
798 ſecuntur *b* = *Bfc*
799 Procelerantque. *b*
800 profundo *r* = *cp*
801 ſaxorumque *b* = B^1
802 primuſ *b* = *PBcδ*
813 Quadripedeſ *rb* = Bf^1 || turba capax *b*
814 iuplicitoſ] *fuit* inplacitoſ *in b*
816 longuſ (*sine* que) *r* || e fontibuſ *b* = *Brfcπδ Beh.*
817 laene *b* = *B*
819 prorupta *r*
820 caenoque *b* = *Bf*

uictoribuſ (*man.* 2)
823 uirtutibuſ *b*
825 nemeae *b* = *rfc*
826 quanſ tũ non *b*
829 hac] Ac *b* || incoepta *b* = *B*
831 ęterrę *r*
835 chori *rb* = *PBc*
838 lycronaſ *b*

be
840 celebrare *b*
843 defeſſaſque *B* = *Brfcδ Beh.* 1. 2.

EXPLICIT LIB̃ IIII INC̃ ARGVM̃TŨ UINI.

LIBRI Q *b*

THEBAIDOS V 4 animaeque *r*
6 Auſiſſent *b* = *B* || im proelia *b*
7 Diſpoſitiſ *b*
8 mouentur b^1
10 fulgora *b* = *P*

a
12 p/raethonio *b*
13 hiempſ *rb* = *PBf*
15 boreanſ *b*
16 aemo *b* = *B*
17 uallente *r**

u
24 aut] at *b* || auſeriſ *b* = *B*
30 artiſ *rb* = *PBf*
31 thoriſ *b*

o
33 a miſerae *b* || hic *om. b* = *B*

ſ. nam
34 illa ego ſum *r*
38 Haec *r*
44 nemeae *rb* = *M*
50 igniferaſ *b*
51 Mulcifer *rb* = *fcπ Beh.* 1. 2.
57 Diiſ *r*
versus 59 *manu* 2 *insertus ita:* Indignata dea eſt mouet et celeſtia quondam *in b* = *Dan.*
p
61 pahon *b*
63 Caeſton *b* = *Bf*
64 unbra *b*
ł uulgarent
67 Iactarent *r** ‖ archana *b* = *Bf*
72 thori *b*
75 hora *r*
78 Edonaſ hiemeſ H. N. *commenta Bernensia ad Lucani* I 675 = *Servius ad Verg. Aen.* XII 365
83 Adſiduiſ *b* = *PBf* ‖ aegre lacrimiſ *b*
84 Conloquia *b* = *PB*
ſe
86 axereno *b*
92 uelut *r*
108 flore] Ferre *b* = $\pi^2\delta$ *Taur.*
112 hiempſ *b* = *PB*
ł quae = *B Dan.*
113 quod coniuge *r* quae coniuge *b* = *B Dan.*
117 graiuſ *b* = *PBf schol. Bamb.*
120 propprioribuſ *b*
121 coniunx *b* = Prc^2f^3
123 ſecuraque *r* = *cπδ*
126 morantur *b* = r^1
129 animaim b^1
133 ira *b*
n
141 ſpumat *b*
146 hoſtia *rb* = *Bfc*
150 adſringere *b*
155 tum *b* = *Brfcπ*
158 iras] araſ *b*
164 michi *b* = *B*
173 othryſio *rb*
174 Auſerit *r*

180 perſecto] perſerto *r*
194 igne *b* = *B unus Beh.*
196 deſcreſcunt *b*
197 loeti *b* = *B*
199 implicito, al. implacido *Beh.* 1; *in altero deleta antiqua scriptura repositum* in placido ‖
n
fudit *b*
206 Quoſ *corr. ex* Quot *b*
217 bracha *r*
220 Quod — quod *corr. ex* quid *b*
221 creneę *rb* = *P*
224 toroſque *rb* = *PB*
225 epopea *b* = *rfδ*
234 conlapſa *b* = *PBf*
265 sub nocte *om. b*
269 diſtrinxerat *b* = *r*
271 Adloquitur *b* = *PB*
274 abſciderant *b* = *fpπ Gud.* 52, *Guelf.*
280 in illa *b* = *r* ‖ qua rere *b* = *P*
288 Diiſ *b* = B^2r
290 ni] niſi *b* = *rπδ*
294 et] haec *b*
304 Exturbare *b* = *rcπp Colb.*, *Par.* 8053, *Gud.* 52
307 hethere *b*
311 tabo] ambo *r*
316 aſto *b*
323 Acceſſiſ *r*
332 Maſſillo *b*
333 it] Et *b*
337 myniae et geminuſ *b*
347 artata *b* = *PBrp* ‖ visu *om. b*
354 traepidae *b* = *B*
375 im pectuſ *b*
377 ab auſtriſ *b* = r^1
386 hiempſ *b* = *PBf*
389 abiunctis] a cunctiſ *b*.
395 patuere fulmiue *b* = *B*
396 Deriguere *b* = *B*
405 oenidem *b* = *rc* ‖ hortatibus Idan *om.* b^1, *sed add. man.* 2
406 aſpargine *b* = B^1
408 calaim *b* = *δm*
413 typhiſ *b* = *B*

416 extremo (o *in ras.*) *b* = *m*
417 mobſi *b* = *B*
420 quierunt *b* = B^2fc^2m *edd. vett.*
431 adſerto *b* = *PBrf*
438 clamiſ huic clamiſ *b* = *Pf*
454 cineren *b*
458 generat^{ſ}iſ *b*
462 lemnoſ clamatur $^{\text{ł celebratur}}$ *r* lemnoſ celebratur *b* = Bfr^2 *Colb.*, *Gud.* 52. 54
463 monimenta *b* = *PBf*
464 dureque *b*
466 nam *b* = *rc Dan.* ‖ quinquennia] quinquem tua *r*
472 tunc *b* = *PBr Beh.* 1. 2, *Lindenbrog.*
477 Typhiſ *b* = *Bc*
483 *operarum culpa omissa sunt haec:* hiantes] eunteſ *PBM edd.*
486 trans alta] *fuit* tranſacta *in b* = π^1
496 hean *r* euhan *b* = *PBfc*
497 adpulſa *b* = *Bfc*
498 Abripit *b* = *PBc*
501 dii *r*
513 nun ille *b*
514 vago] *fuit* uagenſ *aut* uaganſ *in b*
517 amnis] anniſ *b*
518 Ogygii] ogii *r*
519 im puluere *b*
525 rodenſ *b* = *f*
527 Grimina *r* ‖ adflatibuſ *b* = *B*
532 parnaſi *b* = *Brfc*
533 harundineam *b* = *PBrc*
536 graiſ *b* = *PBf*
537 mo^{re}rere *b* = *Brc*
538 diſtrictuſ (di *ex* de *corr.*) *b* = *m*
542 querellíſ *b*
543 totas] tantaſ *fuit in b*
549 Amiſerae *b*
562 duciſ *b* = Pf^1B^3 *Colb.*, *Gud.* 52. 54 ‖ iam *b* = *Br Beh.*
574 peraegit *b* = *B*
576 Circumit *b* = *Br*
578 adſibilat *b* = *PB*
580 adſuetae *b* = *PBf*
582 harundine *b* = *PBrfc*
587 librauit *b* = *Brfcπ Beh.*
607 genituſ (*om.* que) *f*] *corr.* gemituſ
611 Extincxere *b* = *B*
619 linquitur b^1 = $r^1\pi$ ‖ hymber *b* = *B*
631 Nec *b*
637 merentibuſ *b* = *c*
639 impleuerat *r*
640 perſei ſub uertice *b*
646 uoxque ^{ex} adytiſ *b* = *Br*
651 Aduehit *b* = *Bfcp Par.* 8053
657 dampna *b* = *B*
660 loetumque *b* = *B*
665 Adſuit *b* = *PBf* ‖ retorque *b*
668 Mitiuſ *b* = *PBrf Beh.* ‖ uitę *b* = $Pf^1r^2\pi$
693 loeto *b*
694 ipſiphylen *b*
698 Femeiſ *r*
700 fremibunda *b* = PB^1f
710 ſunera] munere *b* = *Brfδ Beh.*
711 maeſte *b* = *B*
712 hipſiphyle *r* hypſiphyle *b*
717 extinctinctae (*linea subducta a manu posteriore*) *r*
721 matre^{ſ}que *r*
725 argo relictiſ *b*
731 priuſ *b* = *Bfm*
745 Caſſibuſ *r*

THEBAIDOS VI 2 ſollempnia *b* = *Bc*
4 Preſudare *b* = *fc*
5 piſea *b* = *Bcm*
6 Pelopi] pelo *r*
7 deſſit *b*
9 pharethrę *b* = *B*
11 reſummit *r*
12 littora *b* = *B*

14 Iſtmoſ *b* = *Bfc* ‖ aechioniae *b* = *B Beh.* ‖ taebae *b*
16 Contexum *b*
20 tyrhenam b^1 = *B*
22 ræmoſ *b*
23 choorſ *r* ‖ tunc *b* = *Brcδ Beh.* 1. 2 ‖ inrupere *r**
26 dſee *b* = *B*
30 ſed & *rb* = *c*
33 plantuſque *b*
36 aduulſa *r*
37 merentia *b* = *f*
38 in//achii *b*
47 Adloquiiſ b^1 = *B*
51 adſatuſ *b* = *B*
55 Dampnatuſ *b*
59 adſurgenſ *b* = *PB*
64 mediuſ b^1 ‖ achanto *r* = Pcf^3
65 Laetiferique *b* = *B*
67 exuvias *om.* b^1, *supplevit man.* 2 *saec.* XI
68 Gratia *b* = B^1 *Dan.*
69 honuſ *r*
70 rogo *b* = PB^1 *Colb.*
74 Nam illi et phaleraſ *b*
81 atris *om. r*, *suppl. saec.* XVIII
82 Dampnat *rb*
86 Monti (ſ *man.* 2 *add.*) *b*
92 lycaeoſ *b*
98 aves cadit *supplevit* b^2
101 ilicieque *r* ‖ ſuco *b* = *Bfc*
102—104 et — pinus *supplevit* b^2
105 adclinant *b* = *PBr*
106 inhoſpita *B*] *corr.* inhoſp/ita *B*
109 notho *b* = *fc* ‖ ciciuſ *b* = *c* ‖ paegit *b* = *B*
113 amplexe *b*
115 aptare (r *supra*) *b*
122 meſta *b* = *Bf*
123 Exſequiale *b* = *B*
124 nio (be *supra*) *b*
125 ſyphilon *r* = *c Beh.* 1 ſypylon *b* ‖ diduxerat *b* = *Bfcπ*
127 teſtatur *b*
130 thoruſ *b* = *f*
131 Lernei *b* = *Bfc*
132 ipſiphyle *r*
inter versus 136 *et* 137 *unius versus spatium relictum est in b*
146 coediſ *b* = B^1
158 notho *b* = *f*
163 matriſ *b*
169 nihil *b* = B^1
172 Qui *r*
173 Ogigyae *r* Ogygyae *b* = *B*
178 Hipſiphilen *r* = *c* Hypſiphylem *b* ‖ neque (enim *supra*) illa *b* = *c*
181 neſas *om. r* = *margo Bfc*
187 Cui *r manu alia*
191 meſtoque *b* = *Bf*
193 ſceptriſque *b*
196 pueri ora *b* = *Dan.*
199 uiridiſ *b* = *Bc Beh.* ‖ diſſeſ (eſ *corr. ex* et) *b*
204 obtentis] obtiſ *r*
209 aſyriiſ rb^1 ‖ ſuciſ *b* = *PBfc*
214 Urget *b ex silentio Hageni*
216 ſtantiſ *b* = *Bfc*
219 famularum *corr. ex* famulorum *b* ‖ bracchia *b* = *PB*
222 ſenſit *b* = *Brfcδ Beh.* 1. 2
224 uelamen *b* = *rcδπm lemma scholii*
234 iam Mulciber] iam iam roguſ *b* = *Dan.*
236 poſitoſ *b* = *Brf Beh.*
237 Exhauſit *b* = $Brfc\pi^1$ ‖ feriſ *r*
242 accelerante manu *b* = $B^2r^2c\pi^2$ *Beh.* ‖ stat *om.* (*sed supra scr.*) *b* = *B*
243 illa *b* = $PB^1rf\pi^2$
245 Hypſiphilae *r* Hypſypile *b*
249 inhermeſ *rb* = *B*
250 cunctoſ aruiſ *b* = *Bfc Beh.* 1
252 effeta *b* = *P*
253 ephireo *b* = B^2f
254 aut *om.* b^1, *sed supra scr.* b^2
259 Graminaee *b* = *B* ‖ caeſpite *b* = *B*
261 confertim *b* = *Brc*, *quibus*

libris typothetarum errore in varia lectione tribuitur conſertim *pro illo* confertim
267 iuuenci *r*
270 tyrinthiuſ *rb* = *PBf*
273 Inachide *b* = *P* ‖ uidere *corr. ex* uiride *b*
274 recubanſ (que *om., sed supra scr. man.* 2) *b* = *rπ*
275 inhachuſ *b* = *B*
285 Mirtyluſ *b*
286 coroebi *b* = *PB*
288 arimimone *b* ‖ Alcmena] elimena *b*
292 Aegyptuſ b^1 = PB^1, Aegyſtuſ b^2 = B^2M ‖ manifeſtum eſt adcognoſcere *b*
293 pa///ciſq; *b*
295 Preſtauteſque *b* = *PBf*
302 equi *b* = *Dan.*
304 im puluere *b*
307 libicumque *b* = *Bfc*
308 adſuetuſ *b* = *Br*
310 ſecuntur *b* = *PBf*
311 euriſtea *r* = *c* curyſtea *b* = *Bf*
312 Amphytrioniaden *b* = *B* ‖ ſuco *b*
313 illi *P*] *immo* illi *P*
318 ne ſeua *b* = *c*
319 inquid *b* = *P*
324 cautuſ *b* = *B Beh., Taur., edd. vett.*
328 Gillare *r* ‖ hoſtia *rb* = *fc*
329 Paſtor *r* = *c* ‖ amycleaſ *b* = *PB* ‖ abhenaſ *r*
332 theſaliciſ *r* = B^1f
333 centurica *b*
336 Adſimulaut *b* = *PBf*
338 ſibilat *b*
341 Hypſiphileſ *r* = *f* Hypſipileſ *b* = *PB*
343 Euneoſ] Huneoſ *b*
346 chormiſ *b* ‖ hyppodamuſque *b* = *c*
347 prenſet *pro* prenſet *codici c tribuit typotheta*
348 attille *r*
349 Piſei *b* = *Pc*
351 inſtiar *b*
352 omniſ *b*
354 harundine *b* = *PBfc*
356 cytharaeque *b* = *c*
357 Parnaſi *rb* = *Bfc*
358 phlegreaque caſtra b^2 = *Dan.*
359 pioſ *b* = *P Rehd., edd. vett.* ‖ cantabat *b* = *Bπ Colb.*
363 Precipitet *b* = *PBf*
366 Tumque *b* = *Dan.*
372 iſta b^2 ‖ phebi *b* = *c*
377 Iura *r* Thura *b*
379 Aetheriae *rb* = *PB*
384 poene *b* = *B*
389 protheuſ *b* = *m edd. vett.*
391 decora ęque *r** decorique *b* = $r^2π$ *Dan., varia lectio apud scholiastam*
versum 396 *manus saeculi* XI *inseruit in b*
399 tranſumat *r*
401 uncula *b*
403 moſtrant *r*
407 *verba* minor est, minor impetus igni *supplevit man. saec.* XII *in b*
409 in ſummoſ *b* = *Bfπ Beh.* 1, *Dan.* ‖ fulmina *b* = $fcπ^2$ *Dan.* ‖ monteſ *b* = *Bfc Beh.* 1
414 uolebat *b* = *Brfcπ Beh., Dan.*
426 Oedipodionidem *b*
433 heuneoſ *b*
434 cendunt *r* ‖ iuncuntque *b*
435 conlidit *b* = *PBrf*
439 Fer gemituſ *r* ‖ umeroſ *b* = *PB*
443 propriore *b*
446 Admoetuſ *r* ‖ ex (*man.* 2) ab orbe *b*
462 Lunalemque *b* = *Dan.*
463 Eſcheton *b*

464 ſtrimon *b* = *fc*
467 ethionideſ *r* ‖ curru *ex* curſu *b*
468 Meſta *b* = *f*
474 Hinc *r* = *c Beh.*
489 tyrinthiuſ *b* = *c*
490 Torſiſet *b* ‖ conlaudatuſ *b* =
ł abit ſed
PBrf ‖ abiſſet *r*
492 fauoriſ *b*
496 herebo *r* ‖ ſeu fiucxit (= *B*) in haſtu *b*
503 utrumque *b*
508 Taenaregi *r*
510 tandendem *r*
516 lariſaque *rb* = *PB*
521 refovetque *manus posterior inseruit in r*
522 Seu *b*[1]
524 Increpitanſ eſchetonque leuem *b* ‖ ſignumque *r*
526 offoſſę *b* = *B*[1] ‖ harenae *b* = *Pc*
531 pretium] precipum *r*
532 tyrynthiuſ *r* tyrinthiuſ *b* = *P*
540 lymbo *b*
541 clamiſ *b* = *fc*
547 Sheſtiaſ *b* = *B*
551 Procelereſ *b* = *Dan.*
556 Elaeaeque *b* = *B*
557 harena *b* = *PBfc*
559 dimaſ *b* = *Bfc* ‖ tardante *corr. ex* tandante *b*
561 parthaenopaeum (*inclinata e a manu* 2) *r*
562 denſiſque *r*
563 moenaliae *b* = *B*
565 honerat *b* = *B*
566 inhermeſ *b* = *B*
567 cervas] dammaſ *b*[2]
568 curſum *r*
570 clamidem *b* = *Bfc*
572 inſigneſ (*om.* que) *b* = *Brfπ Beh.*
p
573 latuitque *b*
577 niteſteſcunt *r*
581 Heſperuſ *b* = *fm edd. vett.*
589 Extimulant *b* = *p*
591 conlidunt *b* = *PBrf*
593 ſummiſit *b* = *fm*
594 leue *b* = *Brf*[1]*c Beh.*
595 hiſdem *b* = *P*
596 ex plebe *b*
e
599 inſauſti *b*
613 Inpendit *r* ‖ oſtenditur *rb* = *cm*
614 adcommoda *b* = *Bf Beh.* 1. 2
617 hoſtia *b* = *B*
620 Intendunt *b* = *Dan.*
622 madæteſ *b*
624 merenſ *rb* = *Pf*
627 Concilium *b* = *PBf*
631 ſuplex *b*
632 tegaeuſ *rb* = *PB*
636 Emerui *b* ‖ ominime *b* (*cf. B*)
642 preſſaque *b* = *Bm edd. vett.*
652 ephiriadae *r* = *c Beh.* 1 ephiryadę *b* ‖ acarnam *b*
655 In medio *b* = *Brfcπ*
659 adreptum *b* = *B*
663 conceſſit *r* (*cum glosſa:* locum dedit ł conſentit)
territat
667 Temptat *b*
672 latoſ *r* ‖ uulnae *r*
677 tranſ (*om.* mittere) *r*
680 geno *r*
689 Conlaudant *b* = *PBf* ‖ donai *r*
que
690 maior manuſ *b*
691 illi *om. r*
693 spatium iam] ſpatiumque *b* = *B*[1]*rc Beh.* 1. 2
696 demiſit *rb*[1] = *B*[2] *Beh.*, *m*
a
701 manu magna *r*
702 cyrci *b*
707 adſuetum *b* = *PBf*
716 ęthna *rb* = *fcB*[3]
717 pupiſ *b* = *f*[1]
718 ulixem *b* = *c*
722 trigrin *b*
727 condam *r*
733 molior *r*

736 loeto *r*
742 inte creuiſſe *r**
743 ſincxit *b* = *B*
745 Nominuſ *r*
750 planctiſ *b*
752 clauſi *b* = B^2*f Beh.*, *edd. vett.*
758 haut *r* ‖ neque *rb* = *PBfc Beh.* 1. 2
759 timeant *b* = *rc Beh.*, *Lips.*
n (*man.* 2)
762 Alteriuſ *b*
763 iactu *corr. ex* iacta *b*
770 eicit *rb* = f^1*c*
775 liſ uigor *r*
777 Adſilit *b* = *PBrf Beh.*
at (*man.* 1)
780 In latuſ q. oculoſ *b*
781 Aduocat *r* = *m* Euocat *b* = *c Dan.* ‖ interferit *r*
784 ad hunc *r*
795 Aduerſuſ *b*
799 laſarunt *r* ‖ nautiſ *r*
800 Et ſignum de puppe datum *b* = *PBp* ‖ depoſuere *r*
804 adſurgentem *b* = *PBf*
809 obponite *b*
810 palmantémque *r*
811 oſſa *b* = *PBrcp Beh.* 1. 2
812 Abſtet *r*
815 prohibentque *rb* = *Bfc Beh.* 1. 2
817 nihil *b*
819 haſ non *b* = *Brfcπ Beh.* 1. 2
1 tageti = B^2*c* i
825 Targeti *r* tageti *b* ‖ locaneſ *b*
831 aſſuerat *r* adſueuerat *b* = *PB*
835 etholuſ *b* = *fc*
837 gleoneae *r*
848 harena *rb* = *PBfc*
851 vara] Vaſta *b* = *f Dan.*, *Beh.* ‖ astu *manu post. add. in b*
853 harenae *b* = *PBf*
855 urguenteſ *rb* = *B*
857 aethereaſ *r* = *Beh.* 1. 2
858 agillęoſ *r*
861 uitantia b^1, uĕtantia b^2
866 fureutiſ *b* = B^1
868 Fulmineo *b* = *P Dan.* ‖ hyſpida *r*
873 halatu *b*
874 ingestas] ingenteſ *b*
877 deualuere *r*
879 oppreſumque *r*
880 haut *rb* = *PB* ‖ hiberi *rb* = *PBf*
881 relinquit *b* = *f Beh.*
883 mote *r*
887 honerique *b* = *B*
894 lybin *r* = *Pf* ‖ lybim *b*
900 iunxit *corr. ex* uinxit *b* = *f*
906 quod ſi *r*
909 ſimulo *r*
913 dyrceuſ *b*
914 loeti *b*
921 Tum *b* = *Bfc Beh.*
927 lytia *b*
934 ocultiſ *r*
940 harundo *rb* = *PBfc*
942 ferunt hii *b*
943 Occurriſe *r*
946 harundo *rb* = *PBfc*

EXPLICIT LIBER QVINTVS · | INCIPIT ARGVMENTVM LIBRI VI (*sequitur argumentum libri* VII)
EXPLICIT LIBER VI ARG · INČ LIB · VII · *b*

Typothetae corrigere iussi cum iterum peccaverint, addenda restant haec: Theb. I 96 Tenaraeae *B* Tenareae (*non* Tenareae) *c* (r suprascr.)
II 32 tenera (*non* enera) *b*





